ÆSCHINIS SOCRATICI DIALOGI TRES GRÆCE ET LATINE, AD...

Aeschines : Socraticus, Jean Le Clerc

5.6.44

A 7.

ÆSCHINIS SOCRATICI
DIALOGI TRES
GRÆCE ET LATINE,

AD QUOS ACCESSIT QUARTI Latinum Fragmentum.

VERTIT ET NOTIS ILLUSTRAVIT
JOANNES CLERICUS;

Cujus & ad calcem additæ sunt

SILVÆ PHILOLOGICÆ,

Cum omnium Indicibus necessariis.



AMSTELODAMI,
Apud PETRUM DE COUP Bibliopolam

M DCC XI.

HONORATISSIMO
ET
NOBILISSIMO VIRO,
CAROLO
SPENCERO,
SUNDERLANDIÆ COMITI,
S. P. D.

JOANNES CLERICUS.

NEMO mirabitur, VIR NOBILISSIME, qui Te paullò propiùs norit, Illuſtriſſimo Tuo Nomini ÆSCHINIS Socratici reliquias à me dicari. Sciunt enim omnes, qui Te vident, audiúntque, imò & remotiores, quibus ea non contigit felicitas, non tantùm Te amantiſſimum Litterarum, ſed etiam Litteratorum fautorem eximium eſſe. Litteras ita diligis, ut omnia & antiqua & nova alicujus pretii monumenta, quibus priſci ævi & poſteriorum æta-

tatum ingenia prodeſſe æqualibus & poſteris conata ſunt, magnâ diligentiâ, ſumtibúſque non exiguis, in Tua Bibliotheca collocanda, coëmas; quæ jam in eam magnitudinem excrevit, ut ei, multitudine & delectu Librorum, perpaucæ poſſint comparari. Eo verò laudabili ſtudio, non poteris diutiùs multò flagrare, quin Attalorum & Ptolemæorum theſauros Tibi congeras; è quibus veteris & recentioris Sapientiæ præclara inventa & ſalubria præcepta, quotieſcumque opus erit, depromere, aut eruditis hominibus permittere depromenda poſſis. Sic non tantùm Magnæ Britanniæ, ſed & toti Europæ Pharum veluti adtolles, cujus certiſſima & ſplendidiſſima lux, Litterarum Oceanum navigantibus, adſulgeat, & ad exoptatum veræ Eruditionis, Veritatiſque portum tendentibus tutam navigationem præſtet. Hòc demum eſt opibus ſuis ad utilitatem Patriæ, imò & totius Eruditi Orbis pulcherrimè uti, uſúmque illum ad ſeram poſteritatem tranſmittere.

Quod

Quod est eò pulcrius, laudabiliúsque, quò pauciores nunc sunt, inter Tui loci, ordinisque Viros, qui facultatibus suis eo modo & in eam rem utantur. Plerique in venatu, alea, conviviis, confabulationibus inanibus, aliisque idgenus delectamentis, inertem vitam traducunt; nec Libros, aut Litteras magis curant, quàm si nihil umquam scriptum fuisset, quod quidem servatu & lectu dignum esset; vitámque, barbarorum instar, in ignorantia & illiterato otio degere pulcrum foret. Macte verò isto animo esto, VIR HONORATISSIME, nec judicia imperitorum flocci facito; dummodò Eruditorum & Bonorum omnium suffragia merearis. Dum alii in tenebris & oblivione jacebunt, erúntque omnibus ignoti, Doctorum virorum sermonibus celebraberis, qui Nomen Tuum immortalitati consecrabunt.

Recordor sæpe illius temporis, quo Amstelodami, ante multos annos, cùm esses, méque invisere, cum ornatissimo

Flornoisio Tuo, meóque, dignareris, exiguam meam supellectilem librariam videre voluisti, & curiosis oculis, in tenera ætatula, libros meos lustrasti ac multos etiam aperuisti; unde jam tum augurari potui, licèt vates non sim, fore ut brevi nobili rei librariæ studio incensus, Tibi Bibliothecam Tuo loco, ingenióque dignam coëmeres, amicisque, qui minùs iis thesauris instructi essent, utendam præberes. Quod cùm nunc feliciter exsequutus sis, quid est aliud optandum, nisi ut diu ea fruaris & fruendam aliis suppedites? Id verò à Deo Optimo Maximo Tibi, VIR ILLUSTRISSIME, ut concedatur precibus & votis impetrare est omnium, qui Litteras amant, quorum è numero me esse libentissimè profiteor. Quin & eam augere, dum utiles optimorum Scriptorum libellos, non satis Studiosorum manibus tritos, novâ veluti veste indutos, in lucem iterum protraxi, conatus sum & Te, ut spero, favente, conabor.

Fiet

DEDICATIO.

Fiet fortaſſe ut eo modo excitatâ ad elegantiorum, meliorúmque Litterarum ſtudia Juventute, exoriantur tandem ingenia veterum æmula, quæ noſtri temporis Hiſtoriam conſcribere adgrediantur; in qua Nobiliſſimus atque Illuſtriſſimus Dux & Princeps MARLEBURGIUS, ſocer Tuus, utrámque paginam faciet. Legentur in ea à poſteris, cum ſumma admiratione, inſignes illæ victoriæ Bleinhemenſis, Ramilienſis, Aldenardenſis, & Blaniacenſis, ab eo de fortiſſimis, maximis atque antea invictis Gallorum exercitibus, relatæ. Valla ſummâ arte confecta, profundiſſimis cincta foſſis & à frequentibus legionibus ſervata; oppida munitiſſima, & maximis præſidiis lectiſſimorum Præfectorum & Militum defenſa, vi perrupta & capta; gloriámque antiquam Britannicæ gentis, longo otio & diuturnâ pace minimè fractæ, novis rebus geſtis ſuperatam nemo non ſtupebit. Nec prætermittetur ea laudum ejus pars, quæ ad civiles artes per-

tinet; quibus ita excellit, ut non minùs tractandis ingeniis, legationibúsque dextrè obeundis, quàm bello gerendo, natus esse videatur. Quod etiam Summi Viri ingenium prudens, humanum, atque ab omni fœda æmulatione alienum summopere in communicando cum Serenissimo Principe EUGENIO A SABAUDIA imperio, omnibúsque de ejus & Legatorum Ordinum Fœderati Belgii consilio administrandis, emicuit. Sed nec oblivioni mandabuntur Sapientes Viri, qui, dum foris hæc gererentur, Rempublicam domi prudentissimè administrarunt, effecerúntque ne quid interea sociis, fœderatisque populis quod quererentur esset, imò ut ii SERENISSIMÆ REGINÆ, totique Britannicæ Genti gratias haberent & agerent. Quibus in rebus, Tu quoque, VIR HONORATISSIME, & in legatione Vindobonensi & in amplissimo Scribæ Regii munere partes tuas, bonis omnibus plaudentibus, egisti. Sed nemo hæc, prout decet, narrabit, qui interiores Litteras non norit,

nec

nec ſit ita adfectus ut Veritatem omnibus præferat, Virtutique laudem ſuam, & Vitiis meritam caſtigationem tribuere, ſine ullo partium ſtudio, ſuſtineat. Quales quin ſint, aut futuri ſint poſthac, in florentiſſima Veſtra Inſula, dubitare non licet. Nec deerit fortaſſe, niſi obſtent tempora, qui in ciſmarinis oris minùs fortè ſuſpectas laudes in eos, qui meriti fuerint, conferat, auſitque damnanda vituperare. Hoc unum, ad hunc uſque diem, rebus veſtris defuit, ſed non diu deerit; niſi qui digna quæ ſcribantur geſſerunt ingeniis favere nolint, ut poſſunt, ac Poſteritati ſuæ deſint. Quod futurum, dum bonæ artes apud vos florebunt, non ſperamus.

Ego verò non meis, ſed SOCRATIS præceptis inſtruere hîc interea æquales meos conatus ſum; quibus adducantur ad Virtutem colendam, Divitias ex ſolo uſu æſtimandas, & ita vivendum, ut mortem, quocumque tempore venerit, minimè horreant. Hæc parabunt animos, ad ſublimia cœpta, ſi admittantur, ut par

eſt; cui rei, Tua & Tui ſimilium indulgentia non parum opitulabitur. Sic verò Vobis Divina Providentia adſit, & ſecunda omnia concedat, prout præclara conſilia probabitis & adjuvabitis; quod Vos omnes facturos planè confido, nec me fiduciæ hujuſce de Vobis meæ, ſat ſcio, umquam pœnitebit. Vale, VIR HONORATISSIME, pateréque me inter Illuſtriſſimi Nominis Tui cultores cenſeri.

Dabam Amſtelodami Calendis Februariis MDCCXI.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD
CANDIDUM LECTOREM.

RECENSITO jam ac edito Pentateucho meo, CANDIDE LECTOR, circumspicere cœpi numquid esset, quod animum gravioribus studiis defessum nonnihil recreare posset. Itaque cùm recordarer inter νοθευομένυς διαλόγυς Platonis, nonnullos esse, quos Æschinis Socratici fœtus habuerunt Veteres, & quorum unum Gallico sermone aliquando verteram; eos relegi, quos hîc vides, consiliùmque cepi de iis edendis, ut Studiosis commodiùs teri possent; quibus non, nisi post ingens volumen, quod perpauci hodie legunt, suppetebant. Semper mihi placuit id eorum institutum, qui non tantùm tritos vulgò omnium manibus Scriptores, sed & alios, æquè probandos, qui minùs leguntur, neglectique sine ratione jacent, in lucem revocare conati sunt. Quare sine mora laborem inchoavi, qui cùm in versione nova adornanda, tum in notulis adscribendis, quibus juvarentur minùs exercitati, versatus est. Videbam enim versiones Rodolphi Agricolæ, Sebastiani Corradi & Joannis Serrani, sæpe à sententia ipsa Æschinis, aut certè à verbis Græcis nimiùm recedere; cùm in ejusmodi versionibus quàm minimè à Græcis abire liceat, si velis, ut debes, iis qui Græca minùs intelligunt utilis esse; ideòque laborem vertendi suscipere denuo non dubitavi, in quo quàm maximè potui Græcis adhæsi. Elegantiam hîc nullam, sed tantùm perspicuitatem, & sententiæ Scriptoris quàm fidelissimam expressionem, sectatus sum. Quod si præstiti ubique, satis me Lectoribus æquis fecisse existimabo; sicubi verò, post viros eruditos, lapsus sum, venia me non indignum vel solum juvandi studium, apud om-

omnes bonos, faciet. Notulas etiam addidi, in quibus conatus sum quæ videbantur corrupta emendare, aut, si minùs poteram, tibi, LECTOR, indicare; ut ea, si queas, ipse emendes; digna enim sunt sanè, quæ hîc habentur, quæ Eruditorum industriam exerceant, ut in posterum majore cum voluptate, fructúque legantur. Obscurum etiam interdum ratiocinationum filum evolvere adnisus sum, & sententiam elucidare, non operosis quidem commentariis, sed brevibus notis, quas satis esse putabam.

Sequutus autem sum Editionem Henr. Stephani, *omnium emendatissimam & elegantissimam; è qua, si quid calamus meus, aut typothetæ fortè peccarunt, emendare commissa poteris. Seriùs, dialogisque jam typis descriptis, accepi collationem Codicis Medicei, quam in mei gratiam eruditissimus ac diligentissimus vir* Joan. Maria Salvinius, *Florentiæ Græcarum Litterarum Professor meritissimus, cum doctissimo Jurisconsulto* Henrico Brencmanno, *perfecit. Eam ad calcem testimoniorum subjeci, ut aliis usui esse possit, si fortè hæc recudantur, sintque in ea, ut sunt nonnulla quæ breviter notavi, quæ emendando* Æschini *nostro utilia esse queant. Gratia totius hujus rei viris doctissimis, quos nominibus adpellavi, quibus etiam aliquando plura & majora multò omnes debebimus, habenda est.*

Quarti Dialogi fragmentum è Cicerone *adjeci, quod est eâ elegantiâ, eôque sale perfusum, ut totius desiderium non leve in me accenderit, &, ut puto, in omnium elegantiorum animis excitaturum sit. Utinam verò è Monasteriorum Græciæ, Italiæve Bibliotaphiis, potiùs quàm Bibliothecis, simile quiddam erui aliquando posset, & publicâ luce donari! Pluris hoc faciendum esset, quàm thesauri quivis, quibus abutuntur multò frequentiùs, quàm rectè utuntur, mortales; cùm bonorum Scriptorum vix ullus possit esse abusus, usus verò quàm maximus sit.*

Addidi etiam, in Silvis Philologicis, *Caput integrum, quod est ordine secundum, in quo primi Dialogi doctrina copio-*

pio-

pioſiùs & adcuratiùs explicatur, quàm in anguſtiis notarum potuerat fieri. Cetera ejus Opuſculi, hac occaſione à me ſunt edita, ut Vetuſtatis Studioſos in ea intelligenda, quoad poſſem, adjuvarem. Sunt enim permulta, poſt tot egregias Veterum Editiones, vigiliiſque hominum eruditorum, quæ in Scriptoribus Græcis & Latinis luce, aut emendatione etiamnum egeant; nec umquam, ut puto, exhauriri omnino id argumentum poterit. Paſſim aut quærentibus, aut aliud agentibus & animi cauſâ legentibus occurrunt, quæ doctiſſimorum & perſpicaciſſimorum virorum oculos fugerunt. Rem experti ſunt & experiuntur quotidie quicumque adtento animo & ſtudioſis oculis Veterum Scripta perluſtrant. Mihi quidem non exigua Silva eſt, in Adverſariis, ejuſmodi rerum; quam, prout per alia graviora ſtudia licebit, particulatim aliquando in lucem emittam, ſi hac ingrata non fuiſſe Eruditionis priſcæ amantibus videro. Si juviſſe Litteras, ut optabam, non dicar, at certè voluiſſe juvare nemo negare poterit, quod mihi ſatis erit.

Sed ut ad Æſchinem *meum revertar, præfixi etiam Dialogis vitam ejus è* Diogene Laërtio, *cui ſubjuncta ſunt Veterum de eo teſtimonia, quæ reperire quidem potui, videbanturque digna quæ memorarentur. In iis quoque nonnullæ ſunt* Æſchinis *reliquiæ, è Dialogo, qui* Alcibiades *inſcriptus erat, in* Ariſtidis *Oratoris verbis, lectu digniſſimæ. Quibus, ſi quæ ſimiles alibi occurrant, conjungi poterunt. Notas etiam omnibus hiſce, cùm aliorum, quorum nomina adduntur, tum meas ſubjeci. Caſaubonianæ & Menagianæ invenientur, ſub vita* Æſchinis, *quatenus quidem neceſſariæ videbantur ad ea intelligenda, quæ de eo habet* Laërtius; *cetera enim omnia, quippe ad rem meam nihil facientia, omiſi. Sub teſtimoniis præſertim quaſdam etiam meas addidi, ut & Caſaubonianas ad nonnulla ex* Athenæo *producta loca; ita tamen ut nuſquam ulla luxuries redundantium animadverſionum inveniri poſſit. In notis ad* Laërtium *& ad teſtimonia, invenies, LECTOR, quæcumque de* Æſchinis *reliquiis mihi innotuerunt; nec erit,*

ut

ut opinor, si Laërtii *aliorúmque verba legas, & animadversiones subjectas, cur multò plura hac de re inventum iri putes. Ad illa itaque, ne quid hîc frustra repetam, te amando.*

Non potuit non fieri ut, dum de multis vocibus, loquendique generibus ago, subinde in sententias irem, contrarias iis quæ à viris doctis sunt vulgatæ. Sed operam ubique dedi ut ne qua vel minima acerbitas esset in viros eruditos, si Phileleutherum *nescio quem, qui se falsò* Lipsiensem *vocat, excipias. Is enim adeò superbè, contumeliosè & ferociter in me invectus est, tótque calumniis me adpetivit, numquam ulla in re à me læsus, & fortè etiam laudatus, ut indignus sit qui comiter ab ullo habeatur; nec tamen ei vices, quas meritus erat, reddidi. In lucem prodibit, unà cum hoc libello, opusculum Viri Eruditi, mihi prorsus ignoti, in quo excipitur pro merito, & quod tu, LECTOR, evolves non sine fructu. De reliquis omnibus aliis ita loquutus sum, errantibus licèt, ut sæpe nomina omiserim, si vivant, comiterque, & ut æquitas postulabat, de eorum eruditione ubique verba fecerim. Attamen interdum sat gravia in grammaticas leges delicta admiserant; sed talia in viris de Litteris ceteroqui bene meritis, aut qui certè iis bene voluerunt, quasi flagitia, more* Phileleutheri, *exagitare, & exprobrare hominis sani esse non putavi. Faciant hoc Grammatistæ & Pædagogici ingenii homines, qui in bonos mores peccata nihili faciunt, dum in grammatica* παροράματα *debacchantur; non ii qui Virtutem Grammaticæ à se præferri oportere putant, inter quos me semper profitebor.*

Scio fore Animalia quædam Grunnientia & Onagros fortè nonnullos, omnibus infensos & invisos, qui hæc adlatrent, conentúrque, ut antea fecerunt, me à melioribus occupationibus ad reponendum eorum dicteriis avocare. Sed sciant illi, me ab institutis studiis propterea aversum non iri, & quò acerbiora scribent, eò minùs responsi à me laturos. Satis superque erit occasionis, quibus me & mea aliud agendo tuear, ubi necesse erit; atque omnes Litterarum amantes à prava con-

consuetudine detrahendi & calumniandi, quam pauci aliquot homines in Rempublicam Litterariam intromittere viribus omnibus nunc conantur, absterream. Nec desinam, quâ potero, de Litteris bene mereri, quia mihi tenebriones conviciabuntur: οἷον εἴ τις, *ut verba* M. Antonini *usurpem*, παραστὰς πηγῇ διαυγεῖ καὶ γλυκείᾳ βλασφημοίη αὐτήν, ἡ δὲ οὐ παύεται πότιμον ἀναβλύουσα, κἂν πηλὸν ἐμβάλῃ, κἂν κοπρίαν, τάχιστα διασκεδάσει αὐτὰ καὶ ἐκκλύσει καὶ οὐδαμῶς βαφήσεται: quemadmodum si quis adstans fonti ei conviciaretur, ille verò non desinit laticem potui adcommodum emittere, & si lutum & stercus in eum quis injecerit, brevi ea dissipabit & ejiciet, nec ullo modo inquinabitur. *Lib. VIII*, 51. *Dabo operam ut illi intelligant me egregios Scriptores, non propter Græcam, aut Latinam Linguam, vel elegantiam tantùm styli legisse, ut multi faciunt; sed potissimùm ut rectè ab iis dicta in vitæ ipsius usum convertam; quod ni fiat, præstaret omnia illa Scripta numquam legisse. Nos priùs homines, hoc est, Veritatis, Virtutisque, & omnium quibus confirmantur, amantes & cultores esse oportet, quàm ulli peculiari arti nomen demus, & Grammaticorum aut Theologorum, si ita res ferat, famam ambiamus. Quòd si secus fecerimus, dum horum numero adscribemur, ex hominum censu expungemur, atque ad feras amandabimur.*

Dabam Amstelodami Calendis Februariis anni MDCCXI.

Ad-

Addenda & Emendanda.

Pag. 37. ad calcem §. 9. adde. *Nec propterea ditior esses.*

59. in notis col. 2. post versum 7. adde : Eodem planè modo ratiocinatur Socrates apud *Xenophontem* OEconomici Cap. I, 7. & seqq. Sæpe videtur iisdem ratiocinationibus usus, diversis occasionibus.

104. in notis col. 2. vers. 10. certò, lege *certè.*

142. In penultimo versu *Philippi* Epigrammatis, pro *ἐς αἰῶνα*, lege *εἰς αἰῶνα.*

220. versu quarto ante finem, pro verùm, lege *verum.*

224. versu 26. pro ubi, lege *uti.*

225. versu 9. pro plena, lege *pleni.*

241. versu ultimo, pro uxor, lege *uxore.*

254. versui antepenultimo adde : Sic etiam *Sophocles* Antigone vers. 162. Βακχεῖος ἄρχοι. *Bacchus incipiat.*

256. versu 15. pro redamus, lege *redeamus.*

Alia si sint errata, neque enim volumen maximâ curâ legere licuit, ob alias occupationes, ea verò omnia

GITONIBUS ET PHILELEUTHERIS,
qui iis delectantur,
D. D. C. L. M.

A I-

ÆSCHINIS SOCRATICI

VITA EX DIOGENE LAERTIO,

CUM NOTIS IS. CASAUBONI ET ÆG. MENAGII, PAUCULISQUE ALIIS,

ac Veterum Testimoniis

DE ÆSCHINE,

Ubi nonnulla ejus Fragmenta.

* * A I.

ΑΙΣΧΙΝΟΥ ΒΙΟΣ.

α' ΑΙΣΧΙΝΗΣ Χαρίνου, τοῦ ἀλλαντοποιοῦ, οἱ δὲ Λυσανίου, Ἀθηναῖος, ἐκ νέου φιλόπονος. διὸ καὶ Σωκράτους οὐκ ἀπέστη· διὸ καὶ ἔλεγε· μόνος ἡμᾶς οἶδε τιμᾶν ὁ τοῦ ἀλλαντοποιοῦ. τοῦτον ἔφη Ἰδομενεὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ συμβουλεῦσαι περὶ τῆς φυγῆς Σωκράτει καὶ οὐ Κρίτωνα· Πλάτωνα δὲ, ὅτ' ἦν Ἀριστίππῳ μᾶλλον φίλος, Κρίτωνι περιθεῖναι τοὺς λόγους.

β' Διεβάλλετο δ' ὁ Αἰσχίνης καὶ μάλιστ' ὑπὸ Μενεδήμου τοῦ Ἐρετριέως, ὡς τοὺς πλείστους διαλόγους ὄντας Σωκράτους ὑποβάλλοιτο, λαμβάνων παρὰ Ξανθίππης. ὧν οἱ μὲν καλούμενοι ἀκέφαλοι σφόδρ' εἰσὶν ἐκλελυμένοι καὶ οὐκ ἐπιφαίνοντες τὴν Σωκρατικὴν εὐτονίαν, οὓς καὶ Πεισίστρατος ὁ Ἐφέσιος ἔλεγε μὴ εἶναι Αἰσχίνου. καὶ τῶν ἑπτὰ δὲ τοὺς πλείστους Περσαῖος φησὶ Πασιφῶντος εἶναι τοῦ Ἐρετρικοῦ, εἰς τοὺς Αἰσχίνου δὲ καταλάξαι. ἀλλὰ καὶ τῶν Ἀντισθένους, τόν τε μικρὸν Κῦρον, καὶ τὸν Ἡρακλέα τὸν ἐλάσσω, καὶ Ἀλκιβιάδην καὶ τοὺς τῶν ἄλλων δὲ ἐσκευώρηται.

Οἱ

N O T Æ

1. Οἱ δὲ Λυσανίου Ἀθηναῖος] *Suidas*: τινὲς δὲ Λυσανίου παῖδά φασιν, Ἀθηναῖον, Σφήττιον, id est, *Atheniensem Sphettium, è tribu Acamantide. Diodorus* Siculus L. XV. Αἰσχίνης, ὁ Σφήττιος, ὁ Σωκρατικός. *Menagius.*

Ἔφη Ἰδομενεὺς] In libro περὶ Σωκρατικῶν. *Idem.*

Ὅτ' ἦν Ἀριστίππῳ μᾶλλον φίλος] Id est, *quia Aristippo amicior erat Æschines, quàm Platoni*, ut rectè *Aldobrandinus.* Idem. Nec tamen hoc credibile est, ut, lecto *Critone*, omnes facilè intelligent; quæ enim illic dicuntur non conveniunt Æschini pauperi, & farctoris filio. Si quis velit totum Dialogum esse à *Platone* confictum, nec umquam Socrati dicta, quæ in eo habentur; rem probabilem fieri posse vix crediderim.

2. Διεβάλλετο &c.] Exscripsit

ÆSCHINIS VITA.

ÆSCHINES Charini, lucanicarum farctoris, sive, ut alii, Lysaniæ *filius*, à puero industrius fuit. Quare nec à Socrate umquam discessit, quamobrem dicebat *Socrates:* solus nos colere novit lucanicas vendentis filius. Hunc ait Idomeneus in carcere Socrati auctorem fuisse ut fugeret, non Critonem; Platonem verò, quòd esset Aristippo amicior *Æschines*, Critoni eos sermones tribuisse. 1

CALUMNIIS adpetitus est Æschines, præsertim à Menedemo Eretriensi, quasi plerósque dialogos, qui essent Socratis, sibi supposuisset, cùm eos à Xanthippa accepisset. Quorum qui dicuntur Acephali, valde sunt remissi, neque Socraticam vehementiam præferunt; quos & Pisistratus Ephesius Æschinis esse negabat. Sed & plerósque è septem *dialogis*, Persæus Pasiphontis Eretriaci esse ait, & inter eos qui Æschinis erant ab eo fuisse relatos. Sed & Antisthenis & parvum Cyrum, & Herculem minorem & Alcibiadem, & alios aliorum confictos esse. 2

Qui

fit ad verbum *Hesychius* Illustris. *Phrynichus* quoque *Æschinis* Socratici Dialogos, propter illorum excellentiam, ad Socratem referri testificatur. Vide *Photium* in Bibliotheca. Hujus plagii meminit & *Athenæus* L. XIII. circa finem. *Menagius.* Verba *Photii* & *Athenæi* sunt inter testimonia, suo loco.

Ἀκέφαλοι] Sunt autem isti, *Suida* teste, Φαίδων &c. *Menagius.* Vide infra locum *Suidæ.*

Καὶ οὐκ ἐπιφαίνοντες] De genere dicendi Socratico, auctor libri περὶ ἑρμηνείας. *Menagius.* Locum infra vide.

Πεισίστρατος ὁ Ἐφέσιος] Ignotissimus mihi omnium scriptorum. *Menagius.*

Περσαῖος] De quo pluribus, in Zenone Cittieo. *Idem.*

Πασιφῶντος] Nec meliùs mihi notus *Pasiphon* ille Eretriacus, quàm Pisistratus Ephesius. *Idem.*

Ἀλλὰ καὶ τὰ Ἀντισθένους] Ita quoque Regius Codex. Τὸν Ἀντισθένους Editio Stephanica & Ba-

γ' Οἱ δ' οὖν τοῦ Αἰσχίνου, τὸ Σωκρατικὸν ἦθος ἀπομεμαγμένοι, εἰσὶν ἑπτά· πρῶτος Μιλτιάδης, (διὸ καὶ ἀσθενέστερόν πως ἔχει) Καλλίας, Ἀξίοχος, Ἀσπασία, Ἀλκιβιάδης, Τηλαυγὴς, Ῥίνων.

δ' Φασὶ δ' αὐτὸν δι' ἀπορίαν ἐλθεῖν εἰς Σικελίαν πρὸς Διονύσιον, καὶ ὑπὸ μὲν Πλάτωνος παροφθῆναι, ὑπὸ δὲ Ἀριστίππου συσταθῆναι· δόντα δέ τινας τῶν διαλόγων, δῶρα λαβεῖν. ἔπειτ', ἀφικόμενον Ἀθήναζε, μὴ τολμᾶν σοφιστεύειν, εὐδοκιμούντων τότε τῶν περὶ Πλάτωνα καὶ Ἀρίστιππον. ἐμμίσθους δὲ ἀκροάσεις ποιεῖσθαι. εἶτα συγ-

Basileensis, minùs rectè *Idem.* Regio Codici concinit Arundelianus. Fortè tamen meliùs legas τοὺς Ἀντισθένους, cùm propter structuram verborum, tum quia plures Dialogi *Antisthenì* tribuebantur, ut docet *Diogenes*, in ejus vita §. 15 & 16. *Clericus.*

Τὸν μικρὸν Κῦρον] Memorantur, in *Antisthenis* vita, libri inscripti Κῦρος ἢ περὶ βασιλείας & Ἡρακλῆς ὁ μείζων ἢ περὶ ἰσχύος. Qui an hîc respiciantur nescio. Sic & *Menagius*. Idem.

Ἐσκευωρῆσθαι] Sic ex emendatione *Joach. Kuhnii* legendum ostendit orationis structura, non ἐσκευώρηται, ut vulgò. *Idem.*

3. Εἰσὶν ἑπτὰ] Totidem fuisse scribit *Phrynichus*, in Bibliotheca *Photii* & *Suidas* in Αἰσχίνης. *Menagius.*

Μιλτιάδης] Meminit *Lucianus*, in Parasito. *Idem.* Postea in testimoniis ejus verba legentur.

Καλλίας] Vide *Athenæi* verba, è Lib. V.

Ἀξίοχος] *Harpocrationis, Athenæi*, *Pollucis* & *Suidæ* hunc Dialogum laudantium verba sunt in testimoniis. Ex *Athenæi* verbis, ubi dicitur *Æschines* in Axiocho insectatus esse Alcibiadem, collegit *Thom. Stanleius*, in vita Anglica *Æschinis* nostri, Dialogum qui exstat ejus non esse, quia in eo nulla fit Alcibiadis mentio. Sed multò malim Athenæum arguere μνημονικοῦ ἁμαρτήματος, aut dicere non unum fuisse nostri Dialogum sic inscriptum, quales etiam duo sunt apud *Platonem*; quàm hunc Dialogum elegantissimum, Socratéque & *Æschine* dignissimum suo auctori abjudicare. Sæpe memoriæ non satis firmæ delicta in *Athenæo* arguit *Is. Casaubonus*. Fateor & *Pollucem* vocis ἀλεκτρυονοφόροι meminisse, quasi ex *Axiocho Æschinis*, quæ in nostro non exstat. Eadem tamen ratione *Pollucis* testimonio pondus detrahere posse videmur; ita ut ex *Axiocho* protulisse vocem censeatur, quæ alibi exstabat, nisi malis duplicem fuisse *Axiochum*. Clericus.

Ἀσπα-

Qui verò ſunt Æſchinis, & Socratis ingenium ex- 3
primunt, ſunt ſeptem; primus Alcibiades (quare eſt quodam modo languidior) tum Callias, Axiochus, Aſpaſia, Alcibiades, Telauges, Rhinon.

Aiunt eum, ob paupertatem, iviſſe in Siciliam ad 4
Dionyſium & à Platone quidem contemtum, ab Ariſtippo verò commendatum fuiſſe; cúmque dediſſet quoſdam dialogos, munera accepiſſe. Deinde quando rediit Athenas, non auſum philoſophari, cùm Plato & Ariſtippus in magna exiſtimatione eſſent; ſed ſcho-

Ἀσπασία] Loca *Harpocrationis*, *Athenæi* & *Philoſtrati*, ubi meminere Aſpaſiæ, à *Menagio* laudata, leguntur in teſtimoniis. Fragmentum ejus Dialogi omnino videtur eſſe, quod, è *Cicerone*, ad calcem edidimus. *Idem.*

Τηλαύγης] Loca *Athenæi* & auctoris libri περὶ ἑρμηνείας, de hoc Dialogo, ſunt inter teſtimonia. Putat *Menagius* ad hunc Dialogum reſpexiſſe *M. Antoninum*, cùm diceret Lib. VII, 66. Πόθεν ἴσμεν εἰ Τηλαυγοῦς (ſic legit pro τηλαυγής, ut vulgò) Σωκράτης τὴν (pro καὶ) διάθεσιν κρείσσων ἦν; *unde ſcimus an Telauge melior fuerit Socrates, ad adfectionem animi quod adtinet?* Non malè. *Clericus.*

Ῥίνων] Citatur à *Jul. Polluce* Lib. VII. *Menagius.*

4. Δι' ἀπορίαν ἐλθεῖν εἰς Σικελίαν] More Philoſophorum hujus ævi, quos eo nomine ſuggillat apud *Suidam* neſcio quis, in *Æſchines*. *Iſ. Caſaubonus.* Profert locum *Suidæ Menagius*. Scriptor ille eſt *Philoſtratus*, in vita Apollonii Tyanei, cujus verba ſunt inter teſtimonia, ut & locus *Luciani* è Paraſito, ab eodem prolatus.

Ὑπὸ μὲν Πλάτωνος] Repetuntur hæc & quidem iiſdem verbis in *Platone*. Ceterùm undecúmque hæc exſcripſerit *Laërtius*, pugnant ea omnino cum iis quæ ſcripſit *Plutarchus* gravis Auctor, in libro de diſcrimine amici & adulatoris, ubi facit *Platonem* pluribus commendantem *Æſchinem* Dionyſio. *Iſ. Caſaubonus.* Protulit, more ſuo, locum *Plutarchi Menagius*, qui ſic habet: ὁ δὲ Πλάτων οὔπω πῶς διελέχθη πρὸς αὐτόν· (Dionyſium) εἰ αἴσθοιο, Διονύσιε, δυσμενῆ πεπλευκότα εἰς Σικελίαν, κακόν τί σε ποιῆσαι βουλόμενον, οὐκ ἔχοντα δὲ καιρὸν, ἆρ' ἐάσειας αὐτὸν ἐκπλεῦσαι, καὶ περιίδοις ἀθῷον ἀπαλλαγέντα; Πολλοῦ δέω, εἶπεν ὁ Διονύσιος, ὦ Πλάτων, δεῖ γὰρ οὐ τὰ ἔργα τῶν ἐχθρῶν μόνον ἀλλὰ καὶ τὴν προαίρεσιν μισεῖν καὶ κολάζειν. Εἰ τοίνυν, εἶπεν ὁ Πλάσων, ἐπ' εὐνοίᾳ τις ἀφιγμένος

συγγεγράφειν λόγους δικανικοὺς τοῖς ἀδικουμένοις· διὸ καὶ τὸν Τίμωνα εἰπεῖν ἐπ' αὐτῷ ἥτ' Αἰσχίνου οὐκ ἐπιπειθὴς γράψαι. Φασὶ δ' αὐτῷ λέγειν Σωκράτη, ἐπειδήπερ ἐπιέζετο ὑπὸ πενίας, παρ' ἑαυτοῦ δανείζεσθαι, τοῦ σιτίου ὑφαιροῦντα. Τούτου τοὺς διαλόγους καὶ Ἀρίστιππος ὑπώπτευεν· ἐν γοῦν Μεγάροις ἀναγινώσκοντος αὐτοῦ, φασὶ σκῶψαι, εἰπόντα, πόθεν σοι, λῃστά, ταῦτα;

6 Φησὶ δὲ Πολύκριτος ὁ Μενδαῖος, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ Διονύσιον, ἄχρι τῆς ἐκπτώσεως συμβιῶναι αὐτὸν τῷ

μένος τῇ σῇ δεῦρο, βούλεται μὲν ἀγαθοῦ τινος, αἴτιός σοι γενέσθαι, σὺ δὲ καιρὸν οὐ παρέχεις, ἄξιόν ἐστι τοῦτον ἀχαρίστως περιέπεσθαι καὶ ὀλιγωρεῖς; ἐρωτήσαντος δὲ τοῦ Διονυσίου, τίς οὗτός ἐστιν; Αἰσχίνης, εἶπεν, ἀνὴρ τῷ τε ἤθει παρ' ὁντινοῦν τῶν Σωκράτους ἑταίρων ἐπιεικής, καὶ τῷ λόγῳ δυνατὸς ἐπανορθοῦν οἷς συνείη. πλεύσας δὲ δεῦρο πολλὴν θάλατταν, ὡς συγγένοιτό σοι διὰ φιλοσοφίας, ἠμέληται· ταῦτα οὕτως ἐκίνησε τὸν Διονύσιον, ὥστε τὰς μὲν χεῖρας τῷ Πλάτωνι εὐθὺς περιβαλεῖν καὶ κατασπάζεσθαι, τὴν εὐμένειαν καὶ μεγαλοφροσύνην ἀγάμενον, τοῦ δ' Αἰσχίνου καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ἐπιμεληθῆναι: *Plato verò sic apud Dionysium verba fecit : si quem, Dionysi, sentire hostili animo in Siciliam adpulisse, tui lædendi causâ, sed occasione destitui, patererisne eum hinc abnavigare & fineres impunè abire? Multùm abest, ait Dionysius, ô Plato, ut hoc velim; hostium enim non facta modò, sed & voluntatem odisse & punire oportet. Si ergo, subjecit Plato, quispiam, benevolentiâ erga te adductus, huc venisset, cuperétque tibi alicujus boni esse auctor, neque tu ei commodum tempus præberes, dignus est qui ingratè & negligentur prætereatur? Quærente verò Dionysio quisnam ille esset, Æschines, inquit, moribus, si quisquam alius Socratis familiarium, probus, & qui oratione potest emendare eos, quibuscum versatur. Multum autem ille mare emensus, ut colloqueretur tecum philosophicè, negligitur. Hæc ita commoverunt Dionysium, ut & Platonem statim manu injectâ sit amplexatus & Æschinis honestè & magnificè curam gesserit.* Si hæc vera non sint, certè *Platonis* ingenio & moribus indigna non sunt, ut quæ à *Diogene* narrantur.

Λόγους δικανικοὺς] De quibus *Hermogenes* Lib. II. de formis Orationis. *Menagius.* Locum *Hermogenis* vide inter testimonia.

Ητ' Αἰσχίνου οὐκ ἐπιπειθὴς γράψαι] Legendum videtur ἲς τοῦ Αἰσχίνου, *vis Æschinis*, id est, Æschi-

ſcholas inſtituiſſe, mercedis causâ. Poſteà ſcripſiſſe orationes judiciales, in eorum gratiam qui injuriâ adficerentur, ideóque Timonem de illo dicere; *aut Æſchinis, nolens obſequi ut ſcribat.* Aiunt autem illi dixiſſe Socratem, quandoquidem paupertate premebatur, ut à ſe ipſe uſuras exigeret, ſubducendo ſibi cibaria. Hujus dialogos etiam Ariſtippus ſuſpectos habuit, cúmque eos legeret *Æſchines* Megaris, aiunt *Ariſtippum* irriſiſſe his verbis: unde tibi iſta, latro?

Ait etiam Polycritus Mendæus, in primo rerum 5
Dionyſii, vixiſſe illum cum tyranno, quoad tyrannide

Æſchines, de qua re ad *Xenophontem*, §. 55. *Menagius.* Conjecturam hanc, quæ *Caſaubono* debetur, repetit illic vir doctiſſimus. Intelligimus facilè quid ſit ἢς Αἰσχίνη, ſed nemo facilè dixerit quid ſibi velit ἢς Αἰσχίνη οὐκ ἐπιτηδῆς γράψαι. Fatuum eſſet in ejuſmodi lacero fragmento ingenium oſtentare, cùm ſint omnia hîc incertiſſima, & ne centum quidem conjecturis adtingi ſcopus fortè queat, ita certè ut nullum ſuperſit dubium. *Clericus.*

Παρ' ἑαυτῷ δανείζεσθ] Id eſt, *ut à ſe ipſo mutuaretur, ſubducendo ſibi cibaria*; quod miror non vidiſſe Interpretes. *Menagius.*

Τούτου τοὺς διαλόγους] Hoc eſt, *ejus dialogos & Ariſtippus ſuſpectos habuit. Ergo cùm eos Megaræ legeret, ferunt Ariſtippum cavillatum dixiſſe: unde tibi iſta, Plagiarie?* Vel, *unde potuiſti conſequi?* Æſchinis ſeptem dialogos Socrati tribui, teſtis eſt quoque *Phrynichus* apud Photium. *Idem.* Hæc ex *Iſ. Caſaubono* habet, qui putat ex Poëta quopiam eſſe deſumta. Quòd ſi verum eſt, fuerit è Comico, apud quem fortè ſic diſpoſita fuerint hæc verba:

— πόθεν
Σοὶ λῃστὲ, ταῦτα; —

Si tamen licet in ejuſmodi re conjectare. Ceterùm ſi Socrates hæc ſcripſit, ô nos beatos, quibus ipſa Socratis verba legere licet! Sin minùs, gaudio perfuſum fuiſſe oportet, talibus auditis, *Æſchinem*; qui tam bene Socratis dialogos memoriæ mandarat, aut ingenium ejus expreſſerat, ut à Socrate ipſo ſcripti vulgò putarentur. Alterutrum verum habeatur, eſt nobis cur gratulemur omnia *Socratis*, aut certè *Æſchinis*, non periiſſe. *Clericus.*

5. Πολύκριτος ὁ Μενδαῖος] Rectè *Aldobrandinus*: *Polycritus Mendæus.* Malè vetus Interpres: *Polycritus Mendeſius*, nam, ut bene *Voſſius*, à Μένδαι & Μένδη eſt Μενδαῖος, à Μέν-

τῷ τυράννῳ, καὶ ἕως τοῦ Δίωνος εἰς Συρακούσας καθόδου· λέγων εἶναι σὺν αὐτῷ Καρκῖνον τὸν Κωμῳδοποιόν. φέρεται δὲ καὶ ἐπιστολὴ πρὸς Διονύσιον Αἰσχίνου.

ς´ Ἦν δὲ καὶ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς ἱκανῶς γεγυμνασμένος, ὡς δῆλον ἔκ τε τῆς ἀπολογίας τοῦ πατρὸς Φαίακος τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τῆς Δίωνος. μάλιστα δὲ μιμεῖται Γοργίαν τὸν Λεοντῖνον. καὶ Λυσίας δὲ κατ' αὐτοῦ συγγέγραφε λόγον, περὶ συκοφαντίας ἐπιγράψας. ἐξ ὧν δῆλον ὅτι καὶ ῥητορικός τις ἦν, γνώριμος δὲ αὐτοῦ φέρεται εἷς, Ἀριστοτέλης ὁ Μῦθος ἐπικληθείς.

ζ´ Πάντων μέντοι τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων Παναίτιος ἀληθεῖς εἶναι δοκεῖ τοὺς Πλάτωνος, Ξενοφῶντος, Ἀντισθένους, Αἰσχίνου. διστάζει δὲ περὶ τῶν Φαίδωνος καὶ Εὐκλείδου· τοὺς δὲ ἄλλους ἀναιρεῖ πάντας.

Γε-

Μένδης autem est Μενδήσιος. Μένδαι urbs est Siciliæ, Μένδη urbs Thraciæ, nec non Ægypti. Et tamen idem vir doctus, libro de Græcis Poëtis, ubi de Carcino, Polycritum *Mendesium* quoque adpellat. Cùm autem Dionysius, cujus Historiam scripsisse dicitur, hoc loco, Polycritus, Siciliæ fuerit tyrannus; planè idem erit Polycritus, quem res Siculas carmine Heroïco panxisse narrat *Aristoteles* libro de Memorabilibus auditu perceptis, quod rectè memoratus *Vossius* conjiciebat. *Idem*.

Καρκῖνον τὸν Κωμῳδοποιόν.] *Carcini* Poëtæ duo fuerunt, Tragicus utérque; Carcinus Atheniensis, de quo *Suidas* in Καρκῖνος & *Athenæus* Lib. VIII. & quem suggillat *Aristophanes*, in Pace & Vespis; & *Carcinus* Agrigentinus, de quo & *Suidas*. De Agrigentino *Laërtium* accipit *Vossius*, Libro de Poëtis Græcis, & sanè Comicus quoque videtur fuisse, cùm ejus Πλοῦτος memoret *Athenæus* Lib. III. teste *Vossio*. Vixere ambo circa Olympiadem C. *Idem*.

Φέρεται δὲ καὶ ἐπιστολή] Orationem præterea de Thargelia scripsisse testatur *Philostratus*, in Epistola ad Juliam Augustam, in eáque eum γοργιάζειν ait. Hanc Gorgiæ imitationem, in *Æschine* Socratico, notavit & *Laërtius*. *Athenæus*, loco laudato, meminit etiam Æschinis Dialogi, quem πολιτικὸν vocat. *Idem*. Locum non invenio in *Athenæo*. Quærant diligentiùs, qui otio abundant, si modò non erravit memoriâ *Menagius*. Clericus.

6. Ἦν γὰρ καὶ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς] *Phrynichus*, apud *Photium*, ubi de *Æschine* Oratore, *Æschinem* Socraticum inter optimos oratores recenset; ejúsque orationes sinceri, puri, & Attici sermonis regulam, normam at-

de excidiſſet, & donec Dion Syracuſas rediiſſet, dicitque cum eo fuiſſe Carcinum Comicum. Circumfertur & Epiſtola Æſchinis ad Dionyſium.

Erat etiam in Rhetoricis ſatis exercitatus, ut manifeſtum eſt ex Apologia pro patre Phæacis ducis, & pro Dione. Imitatur potiſſimùm Gorgiam Leontinum. Lyſias etiam in eum ſcripſit orationem, cui titulum fecit, de Calumnia. Ex quibus liquet eum fuiſſe Rhetoricæ peritum. Diſcipulus ejus unus fertur, Ariſtoteles, cognominatus Fabula. 6

Omnium Socraticorum dialogorum Panætius veros eſſe putat, Platonis *dialogos*, Xenophontis, Antiſthenis, Æſchinis. Dubitat autem de *dialogis* Phædonis & Euclidis; omnes verò alios damnat. 7

Fue-

atque exemplum eſſe ait. Non diſſimile fuit de eo *Hermogenis* judicium. *Menagius.* Loca in teſtimoniis legentur.

Καὶ Λυσίας &c.] Τοὺς τῶν συμβολαίων λόγους appellat *Athenæus* Lib. XIII. extremo. Hujus orationis meminit & *Harpocration* in καταπτυλὴξ, & in ἄπικτον χωρίον & in Ἀσπασία, ubi poſtrema verba *Caſaubonum* ad *Athenæum* & *Mauſſacum* ad *Harpocrationem* mirè & fruſtra exercuerunt. Locum mutilum eſſe, ſicque reſtituendum exiſtimamus: Λυσίας ἐν τῷ περὶ Αἰσχίνου τοῦ Σωκρατικοῦ. Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς, ἐν διαλόγοις ἐπιγραφομένοις, Ἀσπασία. Socraticum quemdam ibi fuiſſe laudatum, apparet ex ſequentibus: μνημονεύουσι δ' αὐτῆς πολλάκις καὶ οἱ ἄλλοι Σωκρατικοί.

Præterea Dialogi Aſpaſiæ auctor fuit Æſchines Socraticus, teſte *Laërtio* & *Athenæo*, non verò *Lyſias.* Iteratum Æſchinis nomen Librarium in errorem induxit. *Idem.*

Φαίακος] A recto Φαίαξ, quod nomen occurrit initio *Axiochi*, ubi vide notata. *Clericus.*

Ἀριστοτέλης ὁ μῦθος &c.] De quo *Laërtius* in Ariſtotele. *Menagius.*

7. Πάντων μέντοι &c.] Hæc ſunt alieno loco poſita, & videntur inſerenda ſuprà, poſt hæc verba: καὶ τοὺς τῶν ἄλλων δὲ ἐσκευώρηται. *Idem.* Nihil opus ordinem mutare, cùm nullum fermè ſervet *Laërtius*, cujus idioticus ſtylus eſt à viris doctis notatus. *Clericus.*

ή Γεγόνασι δὲ Αἰσχῖναι ὀκτώ· πρῶτος, αὐτὸς οὗτος· δεύτερος δὲ, ὁ τὰς τέχνας γεγραφὼς τὰς ῥητορικάς· τρίτος, ὁ ῥήτωρ ὁ κατὰ Δημοσθένην· τέταρτος, Ἀρκὰς, μαθητὴς Ἰσοκράτους· πέμπτος, ὁ Μιτυληναῖος, ὃν καὶ Ῥητορομάστιγα ἐκάλουν· ἕκτος Νεαπολίτης, φιλόσοφος Ἀκαδημαϊκὸς, Μελανθίου τοῦ Ῥοδίου μαθητὴς καὶ παιδικά· ἕβδομος, Μιλήσιος πολιτικὸς συγγραφεύς· ὄγδοος, ἀνδριαντοποιός.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ ΤΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ
ΠΕΡΙ ΑΙΣΧΙΝΟΥ,

Ὅπου ἐξ αὐτοῦ ἀποσπασμάτια τινά.

Συγγραφεὺς περὶ ἑρμηνείας τμ. τί.

ά ΠΟλλαχῆ μὲν τοι καὶ ἐπαμφοτερίζουσιν· οἷς ἐοικέναι εἴτις ἐθέλοι, καὶ ψόγους εἰκαιοψόγους εἶναι θέλοι τις, παράδειγμα τὰ τοῦ Αἰσχίνου ἐπὶ τοῦ Τηλαυγοῦς. πᾶσα γὰρ σχεδὸν ἡ περὶ τὸν Τηλαυγῆ διήγησις ἀπορίαν παράσχοι ἂν, εἴτε θαυμασμὸς, εἴτε χλευασμός ἐστι.

Ὁ αὐτός. τμ. τιθ′.

β′ Τὸ δὲ ἰδίως καλούμενον εἶδος Σωκρατικὸν μάλιστα δοκοῦσι ζηλῶσαι Αἰσχίνης καὶ Πλάτων.

Πλούταρχος ἐν Ἀριστείδῃ σελ. τλδ′.

γ′ Καλλίας ὁ δᾳδοῦχος ἦν αὐτῷ (Ἀριστείδῃ) γένει προσήκων· τοῦτον οἱ ἐχθροὶ θανάτου διώκοντες, ἐπεὶ περὶ ὧν ἐγρά-

In Testimonia.

1. Εἰκαιοψόγους] Sensus omnino postulat ἐπαίνῳ ὁμοίως, quomodo legendum putarem, nisi duæ postremæ syllabæ obstarent. Conjiciebam ἐπαινοψόγους, voce fictâ, quâ optimè exprimeretur quod vult hic Scriptor. Meliora inveniant qui

Fuerunt autem Æſchinæ octo; primus, hic ipſe; ſecundus, qui ſcripſit artes rhetoricas; tertius rhetor Demoſthenis æqualis; quintus, Mitylenæus, quem & Rhetoromaſtigem vocabant; ſextus, Neapolitanus, Philoſophus Academicus, Melanthii Rhodii diſcipulus & amaſius; ſeptimus Mileſius, qui de reipublicæ adminiſtratione ſcripſit; octavus, ſtatuarius. 8

TESTIMONIA VETERUM DE ÆSCHINE,

Ubi nonnulla ex eo fragmenta.

Scriptor de Eloquutione §. CCCX.

SÆpe etiam in utramque partem dicunt; quibus ſi quis velit eſſe ſimilis, & vituperationes ſimiles laudi eſſe cupiat, exemplum erit quod ſcripſit Æſchines de Telauge. Omnis enim fermè de Teleuge narratio dubitationem præbere queat, admiratióne ſit, an irriſio. 1

Idem §. CCCXIX.

Quæ autem propriè vocatur forma Socratica, eam maximè imitari videntur Æſchines & Plato. 2

Plutarchus in Ariſtide p. 334.

Callias Daduchus ei genere propinquus erat. Hunc cùm inimici capitis accuſarent, poſtquàm accuſationem 3

qui poterunt. Hoc unum conſtat εἰκαιοψόγους eſſe vocem nihili, neque ſententiæ convenire. *Clericus.*

2. Ἀσπασίδην &c.] Nihil vetat quidem hæc *Æſchinis* ipſa verba haberi, ſed nihil adfirmo. Optandum eſſet *Plutarchum* dixiſſe, in quo opuſculo *Æſchinis* hæc narrarentur. Sunt ele-

ἐγράψαντο μετρίως κατηγόρησαν, εἶπόν τινα λόγον ἔξωθεν τοιῦτον, πρὸς τοὺς δικαστάς, „ Ἀριστείδην, ἔφησαν, ἴστε τὸν Λυσιμάχου, θαυμαζόμενον ἐν τοῖς Ἕλλησι· τούτῳ πῶς οἴεσθε τὰ κατ᾽ οἶκον ἔχειν ὁρῶντες „ αὐτὸν ἐν τρίβωνι τοιούτῳ προσερχόμενον εἰς τὸ δημόσιον; ἆρ᾽ οὐκ εἰκός ἐστι τὸν ῥιγοῦντα φανερῶς καὶ πεινᾶν οἴκοι, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων σπανίζειν; τοῦτον „ μέντοι Καλλίας ἀνεψιὸν αὐτῷ ὄντα, πλουσιώτατος „ ὢν Ἀθηναίων, περιορᾷ μετὰ τέκνων καὶ γυναικὸς ἐνδεόμενον, πολλὰ κεχρημένος τῷ ἀνδρὶ, καὶ πολλάκις „ αὐτοῦ τῆς παρ᾽ ὑμῖν δυνάμεως ἀπολελαυκώς· ὁ δὲ Καλλίας ὁρῶν ἐπὶ τούτῳ μάλιστα θορυβοῦντας τοὺς δικαστὰς καὶ χαλεπῶς πρὸς αὐτὸν ἔχοντας, ἐκάλει τὸν Ἀριστείδην, ἀξιῶν μαρτυρῆσαι πρὸς τοὺς δικαστάς, ὅτι πολλάκις αὐτοῦ πολλὰ καὶ διδόντος καὶ δεομένου λαβεῖν, οὐκ ἠθέλησεν, ἀποκρινόμενος ὡς μᾶλλον αὐτῷ διὰ τὴν πενίαν μέγα φρονεῖν, ἢ Καλλίᾳ διὰ πλοῦτον προσήκει. πλούτῳ μὲν γάρ ἐστι πολλοὺς ἰδεῖν εὖ τε καὶ κακῶς χρωμένους, πενίαν δὲ φέροντι γενναίως οὐ ῥᾴδιον ἐντυχεῖν· αἰσχύνεσθαι δὲ πενίαν τοὺς ἀκουσίως πενομένους. ταῦτα δὲ Ἀριστείδου τῷ Καλλίᾳ προσμαρτυρήσαντος, οὐδεὶς ἦν τῶν ἀκουόντων ὃ οὐκ ἀπῄει πένης μᾶλλον, ὡς Ἀριστείδης, εἶναι βουλόμενος, ἢ πλουτεῖν ὡς Καλλίας· ταῦτα μὲν Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς ἀναγέγραφε.

Ὁ αὐτὸς περὶ παίδων ἀγωγῆς σελ. ια.

Ὅταν δ᾽ αὖ πάλιν ἐνθυμηθῶ τὸν Σωκράτην, τὸν Πλάτωνα, τὸν Ξενοφῶντα, τὸν Αἰσχίνην, τὸν Κέβητα, τὸν πάντα χόρον ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν, οἱ τοὺς ἄῤῥενας ἐδοκίμασαν ἔρωτας, καὶ τὰ μειράκια προήγαγον ἐπί τε παιδείαν καὶ δημαγωγίαν καὶ τὴν ἀρετὴν τῶν τρόπων, πάλιν ἕτερος γίνομαι καὶ κάμπτομαι πρὸς τὸν ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ζῆλον. μαρτυρεῖ δὲ τούτοις ὁ Εὐριπίδης οὑτωσὶ λέγων,

Ἀλλ᾽ ἔστι δή τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρως.
Ψυχῆς δικαίας, σώφρονός τε κἀγαθῆς.

Ἀρι-

nem modicâ ratione eſſent perſequuti, orationem quamdam habuerunt extra cauſam ad Judices: *Ariſtidem, inquiunt, noſtis Lyſimachi filium, qui apud Græcos admirationi eſt. Quomodo putatis huic rem familiarem habere, cùm videatis eum in ejuſmodi trito pallio in publicum prodire? Hunc qui in publico riget, nonne conſentaneum eſt domi eſurire, & aliorum, quæ ad vitam neceſſaria ſunt, penuriâ laborare? Eum tamen conſobrinum ſuum Callias, Athenienſium ditiſſimus, negligit indigentem, cum liberis & conjuge; quamvis multùm hominis opera uſus fuerit, & ejus apud vos potentiæ fructum ſæpe ceperit.* Callias verò videns propterea maximè tumultuantes judices, & in ſe graviter adfectos, vocavit Ariſtidem, orans ut ſibi teſtimonium perhiberet apud Judices, cùm ſæpenumero multa ei daret, & ut acciperet oraret, ipſum noluiſſe & reſpondiſſe, convenire ſibi ut majores animos gereret, paupertatis causâ, quàm Callias propter divitias. Divitiis enim licere multos videre, qui bene & malè uterentur, ſed non eſſe facile incidere in hominem, qui generosè paupertatem ferret. Eos verò pudere paupertatis, qui inviti pauperes eſſent. Cùm autem hoc Ariſtides teſtimonium Calliæ perhibuiſſet, nemo erat auditorum, qui non abiens mallet pauper eſſe inſtar Ariſtidis, quàm dives ut Callias. Hæc quidem Æſchines Socraticus litteris mandavit.

Idem de puerorum educatione p. 11.

Quando iterum in animum revoco Socratem, Platonem, Xenophontem, Æſchinem, Cebetem & totum chorum illorum virorum, qui maſculos amores probarunt, & adoleſcentes perduxerunt ad eruditionem, adminiſtrationem Reipublicæ & morum virtutem; immutor, & deflecto ad eorum virorum imitationem. Teſtimonium autem his perhibet *Euripides*, his verbis: *Sed alius eſt quidam, inter mortales, amor, animi juſti, temperantis & boni.* 4

Ari-

'Αριστείδης λόγ. Πλατων. α'. σελ. λ. ἐκδ. Καντ.

ε Οὐ γάρ που δυσχεραίνει Πλάτων εἰ Αἰσχίνης ἐπιψηφίσῃ Πλάτωνος εἰπόντος: „ ἘΓΩ δ' εἰ μὲν τινι „ τέχνῃ ᾤμην δύνασθαι ὠφελῆσαι, πάνυ ἂν πολλὴν ἐ„μαυτοῦ μωρίαν κατεγίνωσκον· νῦν δὲ θείᾳ μοίρᾳ ᾤ„μην μοι τοῦτο δεδόσθαι ἐπ' Ἀλκιβιάδην. —— Οὐ „ χρὴ θαυμάζειν, εἴτις καὶ τέχνην μὴ κτησάμενος οἷός „ τ' ἐστιν ὠφελεῖν ἀνθρώπους· πολλοὶ γὰρ καὶ τῶν καμνόν„των ὑγιεῖς γίγνονται, οἱ μὲν ἀνθρωπίνῃ, οἱ δὲ θείᾳ „ μοίρᾳ· ὅσοι μὲν οὖν ἀνθρωπίνῃ τέχνῃ ὑπὸ ἰατρῶν θε„ραπευόμενοι, ὅσοι δὲ θείᾳ μοίρᾳ, ἐπιθυμία αὐτοὺς „ ἄγει ἐπὶ τὸ ὀνῆσον· καὶ τότε ἐπεθύμησαν ἐμέσαι, ὁ„πότε αὐτοῖς ἔμελλε συνοίσειν, καὶ τότε κυνηγετῆσαι, „ ὁπότε συνοίσειν ἔμελλε πονῆσαι. Ἡράκλεις, ὡς διαφερόντως καὶ περιφανῶς Αἰσχίνης, ὁ τοῦ Πλάτωνος συμφοιτητὴς, μαρτυρεῖ Πλάτωνι

Αὐτόθι, σελ. λδ'.

ς' „ Ἐγὼ δὲ διὰ τὸν ἔρωτα ὃν ἐτύγχανον ἐρῶν Ἀλκιβιά„δου, οὐδὲν διάφορον τῶν Βακχῶν ἐπεπόνθειν· καὶ γὰρ αἱ „ Βάκχαι, ἐπειδὰν ἔνθεοι γένωνται, ὅθεν οἱ ἄλλοι ἐκ τῶν „ φρεάτων οὐδὲ ὕδωρ δύνανται ὑδρεύεσθαι, ἐκεῖναι μέλι „ καὶ γάλα ἀρύονται. καὶ δὴ καὶ ἐγὼ οὐδὲν μάθημα ἐ„πιστάμενος ὃ διδάξας ἄνθρωπον ὠφελήσαιμ' ἂν, ὅ„μως ᾤμην ξυνὼν ἂν ἐκείνῳ διὰ τὸ ἐρᾶν βελτίω ποι„ῆσαι. Ἐνταῦθα τελευτᾷ τῶν διαλόγων καὶ τὰ ἑξῆς.

σελ.

elegantissima & digna quæ altè in animum admittantur.

4. Οἱ τοὺς ἄῤῥενας ἐδοκίμασαν ἐρῶντες] Ea de re egimus in Silvis Philologicis Lib. I. c. III. §. 2. de Ironia Socratis p. 192.

5. Ἐγὼ δ' εἰ μὲν τινι &c.] Verba hæc sunt Socratis, ex *Æschinis* Dialogo, ut videtur, qui vocabatur *Alcibiades*. Docet hîc Philosophus se non arte quadam animos adolescentium ad virtutem adducere potuisse, sed tantùm θείᾳ μοίρᾳ, hoc est, divino quodam auxilio, quo φύσει indita hominum ingeniis aptiores virtuti faciebat, ut docemur, in I. *Æschinis* Dialogo, & quo etiam ipse aptus factus erat ad docendum.

Πλά

Ariſtides Orat. Platon. I. p. 30. Ed. Canter.

Neque enim ægrè feret Plato, ſi Æſchines ipſius 5
ſententiam ſuffragio ſuo confirmet; *Ego verò ſi arte quapiam crederem me poſſe utilem eſſe, ſummopere ſtultitiam meam damnarem; nunc verò divinâ ſorte putabam id mihi erga Alcibiadem conceſſum eſſe —— Non eſt mirum, ſi quis arte carens hominibus prodeſſe poteſt; nam & ægroti multi ſanantur, hi quidem humano, illi verò divino auxilio. Qui humanâ arte, à medicis curantur; qui autem divino auxilio, eos cupiditas ad id, quod utile ſit futurum, ducit. Et tunc quidem concupiſcunt vomere, cùm hoc illis utile futurum eſt; tum verò canibus venari, cùm laboraſſe illis proderit.* O Hercules, quàm disertè & quàm clarè Æſchines, Platonis condiſcipulus, Platoni teſtimonium perhibet?

Ibid. p. 34.

Mihi verò propter amorem, quo Alcibiadem proſequebar, idem, atque Bacchis, accidit. Nam & Bacchæ poſtquam à Deo ſunt correptæ, ex quibus puteis alii ne aquam quidem poſſunt haurire, mel ipſæ, vel lac extrahunt: & ipſe nullam tenens diſciplinam, quam docens hominem juvare poſſem, exiſtimabam tamen ſi cum illo verſarer, quoniam eum amabam, meliorem eſſe redditurum. Hîc dialogos concludit &c. 6

Pag.

Πάνυ μὲν ἂν πολλῶ &c.] Quòd, nimirum, Socrates, negaret ullam artem à ſe teneri, ulláque proinde uti ſe dicere non poſſet. Vide ſequentia verba

Οὐ χρὴ θαυμάζειν &c.] Hæc verba Socratis etiam eſſe oſtendit *ἐπιφώνημα* iis ab *Ariſtide* ſubjectum, quibus initio verba quædam interponit orator, qui ſic loquitur: *εἰ χρή, φησι, θαυμάζειν, ὦ Πλάτων, εἴπερ καὶ τέχνην, καὶ τὰ ἑξῆς.* Oſtendit autem Philoſophus etiam iis, quæ arte curari poſſunt, ſanandis ſæpe conferre ſolius *θείας μοίρας* auxilium; quod in rebus moralibus magis neceſſarium eſt & prodeſt, cùm ſine eo perfici nihil poſſit. Vide hac de re quæ *Ariſtides* ipſe poſtea habet.

6. **Οὐδὲν διαφέρειν τῶν Βακχῶν ἐπι-**

σελ. λέ.

Καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτ᾽ ἐς εἰπεῖν ὡς ἄρ᾽ ὁ μάρτυς οὐδενὸς ἄξιος, ἢ πόῤῥω τῶν πραγμάτων, ἢ καταφεύγομεν εἰς ὄνομα αὐτὸ δὴ τοῦτο. ἀλλ᾽ εἴ γέ τινας ὥσπερ παῖδας οὕτω καὶ ἑταίρους χρὴ λέγειν γνησίους, Αἰσχίνην Σωκράτους παρειλήφαμεν. μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ ψευδὴς ἐνίων δόξα τοῦ αὐτοῦ Σωκράτους εἶναι τὰ γράμματα ταῦτα ὑπειληφότων· οἷς εἰ μὴ τὸ ὅλον πιστεύειν ἄξιον, ὥσπερ ἐγὼ πρῶτος οὐκ ἂν φαίην. ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ πάσης γε τῆς ἀλογίας ἡ πλάνη συμβέβηκεν· ἀλλ᾽ οὕτω σφόδρα ταῦτ᾽ οἰκεῖα τῷ Σωκράτους ἤθει καὶ προσήκοντα ἐκείνῳ, ὥστε καὶ ταύτῃ τῇ δόξῃ ψευδεῖ χώραν. δοκεῖ δέ μοι καὶ Σωκράτης αὐτὸς, εἰ καὶ μηδεὶς λόγος αὐτοῦ γραφῇ σώζεται, οὐχ ἧττον οὔτε Πλάτωνος τοῦ σεμνοῦ, οὔτ᾽ Αἰσχίνου τοῦ κομψοῦ μαρτυρεῖν.

Ὁ αὐτὸς λόγ. Πλατων. β΄. σελ. τξγ΄.

Σκεψώμεθα δὴ ποῖ᾽ ἄττα λέγει περὶ Θεμιστοκλέους ἡμῖν Αἰσχίνης ὁ Σωκράτους μὲν ἑταῖρος, Πλάτωνος δὲ συμφοιτητής: „ ΕΠΕΙΔΗ τοίνυν τοῦ Θεμιστοκλέους βίον „ ἐπιλαμβάνεσθαι ἐτόλμησας, σκέψαι οἵῳ ἀνδρὶ ἐπιτιμᾶν ἠξίωσας· ἐνθυμήθητι γὰρ ὁπόθεν ὁ ἥλιος ἀνίσχει „ καὶ ὅπη δύεται. ΑΛΛ᾽ οὐδὲν, ἔφη, χαλεπὸν, ὦ „ Σώκρατες, τὰ τοιαῦτα εἰδέναι. ΗΔΗ οὖν σοι „ πώποτ᾽ ἐμέλησεν ὅτι ταύτης τῆς χώρας τοσαύτης οὔσης, „ ὅσον ὁ ἥλιος πορεύεται, ἣ καλεῖται Ἀσία, εἷς ἀνὴρ „ ἄρχει; ΠΑΝΥ μὲν οὖν, ἔφη, ὁ μέγας βασιλεύς. „ΟΙΣΤΑ

ἐπεπόνθειν] Ad hæc verba videtur respicere *Maximus* Tyrius primâ Dissertatione περὶ τῆς Σωκράτους ἐρωτικῆς p. 86. Ed. Davisianæ, ubi ait dixisse Socratem se ἐπτοῆσθαι καὶ ἐνθουσιᾶν, καθάπερ τὰς Βάκχας, ἐπὶ Ἀλκιβιάδῃ, *percelli & furere, non secus quàm Bacchæ solent, propter Alcibiaden.*

Μέλι καὶ γάλα ἀρύονται] Nempe, ut dicebant, furore vero, aut, quod malim, simulato percitæ.

8. Ἐπειδὴ τοίνυν &c.] Videtur Alcibiades, capessendæ Rei-

est verisimile. SED fortasse Thucydides fuit homo tenuis fortunæ, neque multos amicos habebat Athenienses, vel socios. Quin imò fuit simul ex ampla familia, multúmque in urbe & apud ceteros Græcos poterat, ita ut si virtus institutione comparari potuisset, invenisset qui ei filios bonos redditurus fuisset, aut apud populares, aut apud peregrinos; si ipse, propter Reipublicæ curam, otio non abundasset. Sed enim, ô amice, virtus doceri non potest. FORTASSE.

SED si doceri nequit, an ergo naturâ fiunt boni? Et hoc si nunc quæramus, fortasse invenerimus. Age enim, súntne nobis naturæ equorum bonorum? SUNT. SUNTNE igitur homines qui teneant artem, quâ bonorum equorum naturas dignoscant, quod adtinet ad corpus, ad cursum; & quod pertinet ad animum, quinam sint animosi, quinam timidi? MAXIME. QUÆNAM verò hæc est ars? quonam nomine vocatur? VETERINARIA. ESTNE & circa canes ejusmodi, vel quâ bonas & malas canum naturas secernant? EST. QUÆNAM illa est? CYNEGETICA. SED & circa aurum & argentum, súntne nobis probatores, qui videntes judicent quid melius, quid deterius sit? SUNT. QUOMODO ergo eos vocas? ARGENTARIOS.

QUI

ejus seminibus instructi; quæ postea, ubi adoleverunt, fructus proferunt eò præstantiores, quò major fuit εὐφυΐα. Stoïci postea aliter censebant quàm Socrates, si verba spectemus; quod multis ostendit *Just. Lipsius*, Manuductionis ad Philos. Stoicam Lib. II. Diss. X. Sed peculiari Dissertatione, quod non potest in his notarum angustiis fieri, verbis potiùs, quàm re dissentire eos ostendemus.

Ἱππικὴ] *Veterinariam* vertimus, quòd alia commodior vox non occurreret, nam *ars equestris* Latinè non dicitur, neque Græcam vocem hîc usurpare licebat, ut inferiùs *Cynegeticen* retinuimus.

Δοκιμασταὶ] Vide hac de re dicta ad *Menandri* fragmenta, ex incertis Comœd. vers. 251.

ια΄ ΚΑΙ μὴν οἱ παιδοτρίβαι γινώσκουσι, σκοπούμενοι τὰς φύσεις τὰς τῶν σωμάτων τῶν ἀνθρώπων, ὁποῖαί τε χρησαὶ, καὶ ὁποῖαι μὴ, πρὸς ἑκάστους τῶν πόνων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ νέων, ὅσα μέλλει τῶν σωμάτων ἄξια λόγου ἔσεσθαι· καὶ ἐν οἷς ἐστὶν ἐλπὶς πολλὴ τὰ ἔργα, ὅσα σώματος ἔχεται, εὖ ἀπεργάσασθαι. ΕΣΤΙ ταῦτα.

ιβ΄ ΠΟΤΕΡΟΝ οὖν σπουδαιότερον ἐστὶ ταῖς πόλεσιν ἵπποι καὶ κύνες ἀγαθοὶ, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα, ἢ ἄνδρες ἀγαθοί; ΑΝΔΡΕΣ ἀγαθοί. ΤΙ οὖν; οἴει ἂν, εἴπερ ἦσαν φύσεις ἀγαθαὶ πρὸς ἀρετὴν ἀνθρώπων, οὐκ ἂν πάντα μεμηχανῆσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ὥστε διαγινώσκειν αὐτάς; ΕΙΚΟΣ γε. ΕΧΕΙΣ οὖν τινὰ εἰπεῖν τέχνην, ἥτις ἐστὶν ἐπὶ ταῖς φύσεσι ταῖς τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀγαθῶν ἀποδεδειγμένη, ὥστε δύνασθαι αὐτὰς κρίνειν; ΟΥΚ ἔχω. ΚΑΙ μὴν δὴ πλείστου ἂν ἦν ἀξία καὶ οἱ ἔχοντες αὐτήν. οὗτοι γὰρ ἂν ἡμῖν ἀπέφαινον τῶν νέων τοὺς μέλλοντας ἀγαθοὺς ἔσεσθαι ἔτι παῖδας ὄντας. οὓς ἂν ἡμεῖς παραλαβόντες ἐφυλάττομεν ἐν ἀκροπόλει δημοσίᾳ, ὥσπερ τὸ ἀργύριον καὶ μᾶλλόν τι, ἵνα μή τι φλαῦρον ἡμῖν πάθοιεν, μήτε ἐν μάχῃ, μήτε ἐν ἄλλῳ μηδενὶ κινδύνῳ· ἀλλ᾽ ἀπέκειντο τῇ πόλει σωτῆρές τε καὶ εὐεργέται, ἐπειδή γε εἰς τὴν ἡλικίαν ἀφίκοιντο. ἀλλὰ κινδυνεύει οὔτε φύσει, οὔτε μαθήσει ἡ ἀρετὴ τοῖς ἀνθρώποις παραγίγνεσθαι.

ΠΩΣ

Ἀργυρογνώμονας] *Hesychius* : ἀργυρογνώμονες, τραπεζῖται, δοκιμασταί. Fortè ex hoc loco. Sic & *Suidas*.

11. Παιδοτρίβαι] Nempe, Gymnastæ, qui præerant puerilibus exercitationibus ; de quo munere, vide *Æliani* Interpretes ad Lib. II, 6. *Plato* in Protagora p. 199. ubi de institutione puerorum : ἔτι τοίνυν πρὸς τούτοις εἰς παιδοτρίβου πέμπουσιν, ἵνα τὰ σώματα βελτίω ἔχοντες ὑπηρετῶσι τῇ διανοίᾳ χρηστῇ οὔσῃ, καὶ μὴ ἀναγκάζωνται ἀποδειλιᾶν διὰ τὴν πονηρίαν τῶν σωμάτων, καὶ ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πράξεσι: *præterea ad exercitatorem puerorum eos mittunt, ut corpora meliora habentes serviant bonæ menti, néve cogantur despondere animum, propter infirmitatem corporum, & in bellis & in aliis actionibus.* Vide & infra Dial. III. ubi de educatione puerorum.

12. Σπου-

QUI etiam puerorum exercitationibus præſunt, 11
conſiderantes naturas corporum humanorum, quæque aptæ, & quæ ineptæ ſunt ſingulis laboribus, quænam cùm ſeniorum, tum juniorum corpora futura ſint memorabilia norunt, & quænam multa ſpes ſit quæcumque corpore fiunt rectè perfectura. SUNT hæc, *ut dicis.*

UTRUM ergo Reipublicæ majori curæ ſunt equi 12
& canes boni & alia ſimilia, aut viri boni? VIRI boni. QUID ergo? annon putas ſi eſſent naturæ hominum aptæ virtuti, omnia illos molituros fuiſſe, ut eas dignoſcerent. VERISIMILE eſt. POTESNE ergo dicere quampiam artem, quæ in bonorum virorum naturis demonſtretur, ut poſſimus eas ſecernere? NON poſſum. ATTAMEN eſſet multò majoris pretii, ut & qui eam callerent. Hi enim nobis eos juvenum, qui futuri eſſent viri boni, dum eſſent adhuc pueri, declararent. Quos ſumtos publicè in arce ſervaremus, inſtar pecuniarum aut eo etiam diligentiùs, ne quid mali iis contingeret, aut in prœlio, aut in alio quovis periculo; ſed ut repoſiti eſſent urbi, ſervatores & benefactores futuri, ſi quando ad *virilem* ætatem perveniſſent. Verùm vereor ut virtus aut naturâ, aut diſciplinâ hominibus adſit.

QUO-

12. *Σπουδαιότερον*] Res, nimirum, quæ *σπουδαιοτέρως* curetur.

Εἴπερ ἦσαν φύσεις ἀγαθαί] Reverâ jam à puero igniculos virtutis animadvertere eſt in iis, qui olim eximii viri ſunt futuri, quod ex magnorum virorum vitis diſcere licet. Sed quia cum virtutibus humanis vitia miſta ſunt, quæ interdum majora fiunt, interdum minora, pro genere vitæ, & bono aut minùs recto liberi arbitrii uſu; falluntur interdum ſagaces etiam magiſtri, vidéntque eos, à quibus meliora ſperaverant, in deteriorem partem, malis conſortiis aut exemplis, mutatos. Sed hinc non ſequitur non fuiſſe in illis ſemina virtutum, cùm earum quæ communes eſſe debent, tum etiam ſingularium. Ipſe Socrates de Alcibiadis indole probè judicavit, ut ex priore Alcibiade *Platonis* & *Xe-*

 no-

ιγ' ΠΩΣ οὖν ἄν, ὦ Σώκρατες, σοὶ δοκοῦσι γίγνεσθαι, εἰ μήτε φύσει, μήτε μαθήσει γίγνονται; τίν' ἄλλον τρόπον γίγνοιντ' ἂν οἱ ἀγαθοί; ΟΙΜΑΙ μὲν οὐκ ἂν ῥᾳδίως αὐτὸ δηλωθῆναι· τοπάζω μὲν δὴ θεῖόν τι μάλιστα εἶναι τὸ κτῆμα, καὶ γίγνεσθαι τοὺς ἀγαθοὺς, ὥσπερ οἱ θεῖοι τῶν μάντεων καὶ χρησμολόγοι· οὗτοι γὰρ οὔτε φύσει τοιοῦτοι γίγνονται, οὔτε τέχνῃ, ἀλλ' ἐπιπνοίᾳ ἐκ τῶν Θεῶν γιγνόμενοι τοιοῦτοι εἰσίν· οὕτω δὲ καὶ οἱ ἄνδρες οἱ ἀγαθοὶ λέγουσι ταῖς πόλεσιν ἑκάστοτε τὰ ἀποβησόμενα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι ἐκ Θεοῦ ἐπιπνοίας πολὺ μᾶλλον καὶ ἐναργέστερον, ἢ οἱ χρησμῳδοί· λέγουσι γάρ που καὶ αἱ γυναῖκες ὅτι θεῖος ἀνὴρ οὗτός ἐστι· καὶ Λακεδαιμόνιοι ὅταν τινὰ μεγαλοπρεπῶς ἐπαινῶσι θεῖον ἄνδρα φασὶν εἶναι. πολλαχοῦ δὲ καὶ Ὅμηρος τῷ αὐτῷ τούτῳ κα-

nophonte, Lib. I. ἀπομνημονευμάτων Socratis intelligere est. Quum egregias dotes, quibus instructus erat Alcibiades non ignoraret Socrates, summam ejus ambitionem etiam perspectam habebat.

Ἀποδεδειγμένη] Quod vertere etiam possis, *quæ in naturis* (secernendis) *spectetur*. Posset esse re ipsâ ejusmodi ars, quæ non semper falleretur, quâ intelligere liceret quænam ingenia singularem quampiam virtutem pollicerentur; possétque etiam esse ratio, quâ publicè adolescentes instituerentur & alerentur, ne vitiis, dum malè à parentibus educantur aut temerè cum omnibus versantur, corrumperentur. Sed in rebus humanis omnia sunt mutationi obnoxia, nec tam bene usquam cum hominibus est comparatum, ut optima consilia deterioribus præferantur, aut ut præstantissimis ingeniis ii faveant, qui rerum potiuntur.

Κινδυνεύει] Elegans Atticismus, qui vix ullâ aliâ Linguâ possit exprimi, ut ostendimus *Artis Criticæ* Parte 2. Sect. I. C. II, 26.

13. Θεῖόν τι κτῆμα] Possessio quæ divinitus accipitur, hoc est, Dei donum. Nec potest hoc negari de εὐφυΐᾳ, quâ quis ad virtutes quasdam singulares aptus nascitur; imò nec de iis facultatibus, quæ omnibus sunt communes, nam eas quoque Deus dedit. Sed de priore præsertim hîc agitur.

Οἱ θεῖοι τῶν μάντεων] Hoc est, ii vatum qui divino spiritu adflati putabantur vaticinia fundere; nam erant alii vates, qui arte, non adflatu, futura prædicebant, ut auspices, haruspices, aliique id genus homines.

Χρησμολόγοι] Credebantur enim solo Dei adflatu oracula edere.

Οἱ

QUOMODO ergo, ô Socrates, tibi videntur 13
fieri *boni viri*, si neque naturâ, neque disciplinâ fiant? Quonam alio modo boni fieri queant? NON puto me facilè declarare hoc posse. Conjicio quidem divinam quamdam esse possessionem & fieri bonos *viros* eodem modo, quo fiunt divini vates & fatidici. Hi enim neque naturâ, neque arte tales fiunt, sed Deorum adflatu tales facti sunt. Sic & viri boni prædicunt sæpe urbibus eventura & quæ futura sint, Dei adflatu, multò clariùs & manifestiùs quàm fatidici. Dicunt enim & mulieres: *hic vir divinus est*, & Lacedæmonii quum quempiam magnificè laudarint, *divinum virum* esse dicunt. Sæpe etiam & Homerus & ceteri Poëtæ eodem hoc *vocabulo* abutuntur; ac quo-

Οἱ ἄνδρες οἱ ἀγαθοὶ καὶ τὰ ἑξῆς] Respicit fortè ad Epimeniden, qui nonnulla Atheniensibus prædixit. *Plato* Lib. I. de legibus p. 572. Cliniam Cretensem ita loquentem inducit: Ἐπιμενίδης γέγονεν ἀνὴρ θεῖος, ὃς ἦν ἡμῖν οἰκεῖος· ἐλθὼν δὲ πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἔτεσι πρότερον παρ' ὑμᾶς, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ μαντείαν, θυσίας τε ἐθύσατο τινὰς ἃς ὁ Θεὸς ἀνεῖλε· καὶ δὴ καὶ φοβουμένων τὸν Περσικὸν Ἀθηναίων στόλον, εἶπεν ὅτι δέκα μὲν ἐτῶν οὐχ ἥξουσι· ὅταν δὲ ἔλθωσι ἀπαλλαγήσονται πράξαντες οὐδὲν ὧν ἤλπιζον, παθόντες τε ἢ δράσαντες πλείω κακά: *Epimenides fuit vir divinus, qui erat è familia nostra. Cùm venisset ad vos ante tempora Persica, decem annis priùs, ex Dei monitu, sacra quadam fecit quæ Deus responso ediderat; & cùm Athenienses Persicam classem timerent, dixit intra decennium non venturos, & postquàm venissent abituros, nullâ re earum quas speraverant factâ, & plura mala passos, quàm fecissent.* Prædixit etiam de Munychia, quàm exitialis futura esset Atheniensibus; sed quia vaticinium impletum est, post Socratis tempora, eò respicere non potuit. Vide *Laërtium* Lib. I, 114.

Ὅμηρος τῷ αὐτῷ τούτῳ καταχρῆται] Qui passim θείους, aut δίους, aut ἰσοθέους, aut θεοεικέλους, aut θεοειδεῖς homines vocat. Sic & Hebræi solent, qua de re vide quæ observavimus ad Gen. XVIII, 25. XXX, 8.

Ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐνεποίησεν] Quod de singularis virtutis viris intelligendum, quos Deus veluti excitare dicitur. Sed de nemine meliore jure hæc dixeris, quàm de Hebræorum Judicibus, quos re verâ, ut Reipublicæ populi Hebræi bene faceret, adflatu quodam excitabat Deus, ut ex Judicum libro liquet. Alioquin etiam, ut *Seneca* verba ex L. IV. c. I.

καταχρῆται, καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί. καὶ ὅταν βούληται Θεὸς εὖ πρᾶξαι πόλιν, ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐνεποίησεν· ὅταν δὲ μέλλῃ κακῶς πράξειν πόλις, ἐξεῖλε τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς ἐκ ταύτης τῆς πόλεως ὁ Θεός· οὕτως ἔοικεν οὔτε διδακτὸν εἶναι, οὔτε φύσει ἀρετὴ, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγίγνεσθαι κτωμένοις.

c. 1. de Beneficiis mea faciam, *insita sunt nobis omnium ætatum, omniúmque artium semina, magistérque ex occulto Deus proaucit ingenia. Natura, inquit, hæc mihi præstat. Non intelligis te, cùm hoc dicis, mutare nomen Deo. Quid est enim aliud natura, quàm Deus?* &c.

Ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ.] *Plato* Lib. I. de Legibus pag. 575. Megillum Lacedæmonium sic loquentem inducit: ὡς ὅσοι Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοὶ διαφερόντως εἰσὶ τοιοῦτοι δοκεῖ ἀληθέστατα λέγεσθαι· μόνοι γὰρ ἄνευ ἀνάγκης, αὐτοφυῶς, θείᾳ μοίρᾳ, ἀληθῶς καὶ ὄντι πλαστῶς εἰσὶν ἀγαθοί: *quotquot Atheniensium sunt boni eximiè esse tales videtur verissimè dictum, soli enim, sine necessitate, suapte naturâ, divinâ sor-*



quotiescumque Deus urbem feliciter agere voluit, viros bonos in ea fecit. Quum verò futurum est ut urbs adversas res patiatur, Deus ex ea urbe viros bonos sustulit. Itaque virtus neque institutione comparari posse, neque naturâ adesse, sed divinâ sorte, iis qui eam possident videtur.

te, verè, neque ullo modo fictè sunt boni. Θεῖα μοῖρα dicebatur ὅτι ὑπὸ Θεῶν μεμερίσθαι, *à Diis* bona hominibus *dividentibus manasse* putabatur; qua de re vide elegantem fabellam, quæ exstat apud *Platonis* Protagoram pag. 197. ubi Dii fecisse animalia, dein Epimetheus animalibus varias dotes divisisse narratur, hominémque nudum reliquisse; cui incommodo suppetias tulit Prometheus, divisis illi Vulcani & Minervæ artibus; quibus rebus narratis, subjicit Protagoras: ἐπειδὴ ὁ ἄνθρωπος θείας μετέσχε μοίρας, πρῶτον διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ συγγένειαν, ζώων μόνον τοὺς Θεοὺς ἐνόμισε: *quandoquidem homo divinæ sortis particeps fuit, primùm, propter Dei adfinitatem, solum animalium Deos esse credidit.*



ΑΙΣΧΙΝΟΥ
ΤΟΥ ΣΩΚΡΑΤΙΚΟΥ
ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

ÆSCHINIS
SOCRATICI
DIALOGUS SECUNDUS.

ΕΡΥΞΙΑΣ, Η ΕΡΑΣΙΣΤΡΑΤΟΣ,

ΠΕΡΙ ΠΛΟΥΤΟΥ,

Εἰ ἀγαθόν.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΕΡΥΞΙΑΣ, ΚΡΙΤΙΑΣ, καὶ ΕΡΑΣΙΣΤΡΑΤΟΣ.

α' ΕΝΤΥΓΧΑΝΟΜΕΝ περιπατοῦντες ἐν τῇ Στοᾷ τοῦ Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου ἐγώ τε καὶ Ἐρυξίας ὁ Στειριεύς· εἶτα προσελθέτην ἡμῖν Κριτίας τε καὶ Ἐρασίστρατος ὁ Φαίακος τοῦ Ἐρασιστράτου ἀδελφιδοῦς. ἐτύγχανε δὲ τότε νεωστὶ παρὼν ἀπὸ Σικελίας καὶ τῶν τόπων τούτων ὁ Ἐρασίστρατος. προσελθὼν δ' ἔφη, ΧΑΙΡΕ, ὦ Σώκρατες.

ΚΑΙ σύ γε, ἦν δ' ἐγώ, τί γάρ; καλόν τι ἀπὸ Σικελίας ἔχεις λέγειν ἡμῖν; ΚΑΙ πάνυ, ἀλλὰ βούλεσθε, ἔφη, πρῶτον καθιζώμεθα; κέκμηκα γὰρ χθὲς βαδίσας Μεγαρόθεν. ΠΑΝΥ γ', εἰ δοκεῖ. ΤΙ οὖν, ἔφη, βούλεσθε πρῶτον ἀκούειν τῶν ἐκεῖ; πότερον περὶ αὐτῶν ἐκείνων, ὅ, τι πράττουσιν, ἢ ὅπως πρὸς τὴν πόλιν ἔχουσι τὴν ἡμετέραν; ἐκεῖνοι γὰρ ἐμοὶ δοκοῦσι πεπονθέναι πρὸς ἡμᾶς, οἷόνπερ οἱ σφῆκες· καὶ γὰρ τούτους ἐάν τις κατὰ σμικρὸν ἐρεθίζων ὀργίσῃ, ἄμαχοι γίνονται, ἕως τις αὐτοὺς ἐπιθέμενος πανοικὶ ἐξέλῃ. οὕτως οὖν καὶ οἱ Συρακούσιοι, εἰ μή τις ἔργον ποιησάμενος σφόδρα μεγάλῳ στόλῳ ἥξει ἐκεῖσε, οὐκ ἔστιν ὅπως ἐκείνη ἡ πόλις ἔσται ποτὲ ἡμῖν ὑποχειρία. ὑπὸ γὰρ τῶν σμικρῶν τούτων ἂν μᾶλ-

NOTÆ

In Dialogum Secundum.

1. Ἐντυγχάνομεν περιπατοῦντες] Hinc videtur initium Tabulæ suæ desumsisse *Cebes*.

Ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Διὸς Ἐλευθερίου] Ea porticus aliter dicebatur *porticus Regis*, ut docet *Pausanias*

ERYXIAS, vel ERASISTRATUS, DE DIVITIIS,

an ſint bona.

SOCRATES, ERYXIAS, CRITIAS & ERASISTRATUS.



MBULABAMUS in porticu Jovis Libé- 1
ratoris ego & Eryxias Stirieus; acceſſerúntque poſtea ad nos Critias & Eraſiſtratus Phæacis Eraſiſtrati fratris filius. Redierat autem nuper è Sicilia, iiſque locis Eraſiſtratus. Cùm verò acceſſiſſet, SALVE, inquit, Socrates, SALVE & tu, inquam ego; quid? bonine aliquid è Sicilia habes, quod nobis dicas? MAXIME, ſed vultíſne, inquit, priùs ſedeamus? defeſſus enim ſum, qui heſternâ die pedibus Megarâ veni. ADMODUM, ſi ita videtur. QUID ergo, inquit, primum audire vultis eorum, quæ illic fiunt? An de illis ipſis quæ agant, aut quomodo ſint erga urbem noſtram adfecti. Illi enim ad nos quod adtinet ita ſe habere videntur, quemadmodum veſpæ. Etenim ſi quis haſce paullatim irritando in iram conjecerit, invictæ evadunt, donec eas aliquis ex inſidiis funditus perdat. Sic & Syracuſii; niſi quis hoc ſibi negotii dari ratus cùm maxima claſſe eò advenerit, fieri nequit ut illa urbs nobis umquam ſubdita ſit.

nias in Atticis c. III. p. 8. unde conſtat etiam illic ſtetiſſe Δία ὀνομαζόμενον Ἐλευθέριον, à quo nomen porticus duxit. Fuit autem in eo Ceramico, qui intra urbem. Vide *Pauſaniam.*

Ὁ Στειριεὺς] Στειριὰ populus aut δῆμος fuit Pandionidis tribûs, de quo ſat multis *Joan. Meurſius* de Populis Atticæ.

Ὁ Φαίακος] *Seb. Corradus* & *Joan. Serranus*, verterunt hîc

μᾶλλον ὀργίζοιντο, οὕτως ὡς ἂν μάλιστα χαλεπώτατοι εἴησαν· πεπόμφασι δὲ καὶ νῦν ὡς ἡμᾶς πρέσβεις, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, βουλόμενοι τὶ ἐξαπατῆσαι τὴν πόλιν.

β′ Μεταξὺ δὲ ἡμῶν διαλεγομένων, ἐτύγχανον οἱ Συρακούσιοι πρέσβεις παριόντες. Εἶπεν οὖν ὁ Ἐρασίστρατος, δείξας εἰς τὸν ἕνα τῶν πρέσβεων, ΟΥΤΟΣΙ μέντοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, πλουσιώτατός ἐστι τῶν Σικελιωτῶν καὶ Ἰταλιωτῶν. Πῶς, δ᾽ οὐχὶ; ἔφη, ᾧ γε ὑπάρχει γῆ τε ἄφθονος οὕτως ὥστε εὐπορίαν εἶναι, εἴ τις βούλοιτο, πάνυ πολλὴν γεωργεῖν; καὶ αὕτη μὲν τοιαύτη οἵα οὐχ ἑτέρα ἄλλη, ἔν γε τοῖς Ἕλλησιν. ἔτι δὲ τἄλλα εἰς πλοῦτον ἥκοντα ἁπλᾶ, τὰ ἀνδράποδα, καὶ ἵπποι, καὶ χρυσὸς, καὶ ἄργυρος. ὁρῶν δὲ ἐγὼ αὐτὸν ἀναγόμενον, ὡς ἀδολεσχήσοντα περὶ τῆς οὐσίας τῆς τοῦ ἀνθρώπου, ἠρόμην, ΤΙ δὲ, ὦ Ἐρασίστρατε; ἀνὴρ ποῖός τις εἶναι δοκεῖ ἐν τῇ Σικελίᾳ; ΟΥΤΟΣ, ἔφη, Σικελιωτῶν καὶ Ἰταλιωτῶν καὶ δοκεῖ, καὶ ἔστι πλέον πάντων πονηρότατος, ἢ ὅσῳ πλουσιώτατος· οὕτως ὥστε εἴ τινα βούλει Σικελιωτῶν ἐρωτᾷν, ὅντινα πονηρότατον νομίζει εἶναι καὶ πλουσιώτατον, οὐδεὶς ἂν φήσειεν ἄλλον ἢ τοῦτον. Οἰη-

hîc *Erasistratus Phæacus*; quasi indicaretur populus, ad quem pertinebat. At nullus memoratur Atticæ Demus, ad quem hæc vox referri queat. Adde quòd filius Fratris Erasistrati Stiriei, ejusdem demi fuit, ac Patruus. Itaque ὁ Φαίακος interpretati sumus ὁ τοῦ Φαίακος υἱὸς, à nominativo Φαίαξ, quod nomen Græcum fuit, ut ex Phæacum conditore intelligere est.

Βαδίσας Μεγαρόθεν] Pedibus, nempe, nam βαδίζειν est pedibus incedere.

Ἄμαχοι γίνονται] Propter iram iis cum Apibus communem. *Virgilius* Georg. IV, 230.

Illis ira modum supra est, læsæque venenum
Morsibus inspirant & spicula cæca relinquunt,
Adfixæ venis, animásque in vulnere ponunt.

Πανοικὶ] *Tota domus* est tota proles, quæ alveario, aut eo, quod alvearii loco est continetur.

Ἔργον ποιησάμενος] Galli optimè Linguâ suâ exprimunt quid hæc sibi velint, hac loqutione, *se faire une affaire*; hoc est, summo studio hoc age-

sit. A parvis verò hisce magis exacerbari queant, ut nobis sint longè molestissimi. Miserunt autem nunc quoque ad nos legatos, quia, ut mihi quidem videtur, urbem quapiam in re fallere volunt.

Dum nos colloqueremur, transierunt casu Syra- 2
cusani legati. Tùm verò Erasistratus, ostenso uno legatorum, HIC, inquit, ô Socrates, ditissimus est Siculorum & Italorum. Quî verò non esset, ait, cui est ager usque adeò amplus, ut facultas ei sit, si quis velit, multam terram exercendi; & ea quidem ejusmodi est, nulla ut alia similis sit apud Græcos? Habet insuper omnia quæ ad divitias pertinent, mancipia, equos, aurum & argentum. Cùm verò viderem eum altiùs provectum garriturum de hominis divitiis, eum *sic* interrogavi. QUID verò? Erasistrate, quænam est ejus fama in Sicilia? HIC, inquit, & Siculorum & Italorum omnium habetur longè nequissimus, eáque re alios superat, plus quàm divitiis; ita ut si quem Siculum interrogare velis, quem putet pessimum esse & ditissimum, nemo alium quàm hunc sit nominaturus.

Quum

agere, quasi ei sit id negotii mandatum, intersitque ejus id ad optatum exitum perduci.

2. Ἐτυχέτην-παρελόντες] Sic est in Basileensi, Stephanica, & Lugdunensi editionibus, nec ulla ratio est suspicandi aliquid esse corruptum. Attamen *Corradus* & *Serranus* verterunt, quasi esset παρόντες, habet enim prior *casu advenerunt*, alter *aderant jam.* Sed absit ut propterea viris doctissimis insultemus, ut solent feroces Grammatici, si quam ἀπροσεξίαν in molesto versionum labore deprehendant! Quisquis diceret nescivisse eos discrimen παρόντος & παρελόντος, mentiretur.

Εἴ τις βούλοιτο] Si quis vellet ab eo exercendam terram accipere, poterat ei multam concedere; plus enim possidebat agri, quàm arabat.

Ἀπλᾶ] Quid sibi velit ea vox, hoc in loco, non intelligo. Suspicor legendum ἅπαντα, *omnia*. Scriptum fortè fuit, compendiariâ ratione, ἅπᾶ, cum linea super imposita, quæ cùm oculos fugeret Librarii, scripsit ἁπλᾶ. *Serranus* quoque vertit *omnia*, *Corradus* omisit.

Ἀναγόμενον] Omnes norunt propriè hoc dici de nave, aut

nauta

γ' Οἰηθεὶς δ' αὐτὸν ἐγὼ οὐ περὶ μικρῶν τὸν λόγον ποιεῖσθαι ἀλλὰ περὶ τῶν μεγίστων δοκούντων εἶναι, ἀρετῆς τε πέρι καὶ πλούτου, ἠρόμην πότερον ἂν φαίη πλουσιώτερον εἶναι ἄνθρωπον, ὅτῳ δύο τυγχάνει τάλαντα ἀργυρίου, ἢ ὅτῳ ἀγρὸς ἄξιος δυοῖν ταλάντοιν. ΟΙΜΑΙ μὲν ἐγώ, ἔφη, ὅτῳ ἀγρός. ΟΥΚΟΥΝ, ἔφην ἐγώ, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ εἰ τυγχάνει τῳ ἱμάτια ὄντα, ἢ στρώματα, ἢ τἄλλα ἔτι πλέονος ἄξια, ἢ ὅσου τῷ ξένῳ, οὗτος ἂν εἴη πλουσιώτερος. ΣΥΝΕΦΗ καὶ ταῦτα. ΕΙ δέ τις σοὶ διδοίη αἵρεσιν τούτοιν, πότερον ἂν βούλοιο; ΕΓΩ μὲν ἄν, ἔφη, τὸ πλείστου ἄξιον. ΠΟΤΕΡΩΣ ἂν οἰόμενος πλουσιώτερος εἶναι; ΟΥΤΩ. ΝΥΝΙ μὲν ἄρα φαίνεται οὗτος ἡμῖν ὢν πλουσιώτατος, ὅστις πλείστου ἄξια κέκτηται. ΝΑΙ, ἔφη.

δ' ΟΥΚΟΥΝ, ἦν δ' ἐγώ, οἱ ὑγιαίνοντες τῶν καμνόντων πλουσιώτεροι ἂν εἴησαν, εἴπερ ἡ ὑγίεια πλείονος ἄξιον κτῆμα ἢ τὰ τοῦ κάμνοντος χρήματα. οὐδεὶς γὰρ ἂν οὖν ὅστις οὐχὶ προτιμήσειεν ὑγιαίνειν ὀλίγον κεκτημένος ἀργύριον, μᾶλλον ἢ τὰ βασιλέως τοῦ μεγάλου χρήματα κεκτημένος νοσεῖν. δῆλον ὅτι πλείονος ἄξιον οἰόμενος εἶναι τὴν ὑγίειαν. οὐ γὰρ ἄν ποτε προῃρεῖτο, εἰ μὴ προτιμότερον ἡγεῖτο εἶναι τῶν χρημάτων. ΟΥ γάρ. ΟΥΚΟΥΝ καὶ εἴ τι ἄλλο φαίνοιτο πλείονος ἄξιον τῆς ὑγιείας, ὁ τοῦτο κεκτημένος, οὗτος ἂν πλουσιώτατος εἴη. ΝΑΙ.

nauta in altum provectis. Tralatitiè hîc de oratione, quæ longa futura videbatur, dicitur.

Ποῖός τις εἶναι δοκεῖ] Hoc est, quid videtur de eo Siculis, quæ est ejus, apud populares, existimatio? Ita passim, apud *Platonem*, **δοκεῖν** sumitur. Vide infra §. 3. & postea

Πάντων πονηρότατος ἢ ὅσῳ πλουσιώτατος] *Serranus* sensum expressit barbarè, sed perspicuè: *plus pessimus, quàm ditissimus.* Corradus: *tantò est nequissimus, quantò est ditissimus*, minùs commodè. Sensus est: est quidem omnium ditissimus, sed potiore etiam jure omnium nequissimus dicatur.

3. **Ὅτῳ ἀγρὸς**] Quòd tutiùs possideatur, quàm pecunia, quæ à furibus aut debitoribus auferri potest.

Quum autem eum non de rebus parvis sermones putarem serere, sed de iis quæ maximæ habentur, de virtute & divitiis, interrogavi, utrum diceret ditiorem, eum cui essent duo talenta argenti, aut eum qui haberet agrum, cujus pretium sit duorum talentorum. PUTO, inquit, eum, cui esset ager. 3

ERGO, inquam, ex eodem calculo, si cui sint indumenta & stragulæ vestes, vel alia adhuc majoris pretii, quàm sunt illi peregrino, hic esset ditior. HIS quoque adsensus est. Si quis verò tibi daret horum electionem, utrum malles?

EGO quidem, inquit, id quod pluris esset.

UTRO verò modò putares te locupletiorem esse? HOC *quem dixi.* NUNC quidem liquet eum à nobis ditiorem haberi, qui res majoris pretii possidet. ITA, inquit. 4

ITAQUE, inquam ego, qui valent ditiores essent ægrotantibus, si modò valetudo possessio sit, quæ pluris fiat, quàm ægrotantis divitiæ. Nemo enim sit qui non malit se valere exiguam possidentem pecuniam, quàm Magni Regis opes habentem ægrotare; majoris, videlicet, pretii rectam valetudinem esse ratus. Neque enim umquam eam præferret, nisi pretiosiorem divitiis esse putaret. MINIME sanè.

ERGO si quid aliud videretur sanitate pretiosius, qui hoc possideret locupletior esset. ITA.

SI

4. Ὑγίεια πλείονος ἄξιον] Perpetua, per totam vitam, valetudo intelligenda, quæ perpetuo itidem morbo opponatur. Alioqui multi sunt, qui mallent morbo quopiam non nimis longo, & è quo convalescerent, laborare semel in vita, aut aliquando; atque in reliquum tempus divites esse & deliciari; quàm valere quidem per totam vitam, sed pauperes esse, neque umquam è paupertate eluctari posse. Sæpe adjuvandi sunt, commodâ interpretatione, hujusmodi Dialogi, sine quo absurdi viderentur.

Βασιλέως τοῦ μεγάλου] Norunt omnes sic, apud Græcos, Persarum Regem vocitatum esse.

Πλείονος ἄξιον τῆς ὑγιείας] Vulgò putabant valetudinem esse rerum omnium optimam.

Pla-

ε′ **ΕΙ** δὲ δή τις ἡμᾶς νυνὶ προσελθὼν ἔροιτο, ὦ Σώκρατες καὶ Ἐρυξία καὶ Ἐρασίστρατε, ἔχοιτ᾽ ἂν εἰπεῖν μοι τί ἐστιν ἀνθρώπῳ πλείστου ἄξιον κτῆμα; ἆρά γε τοῦτο ὃ κτησάμενος ἄνθρωπος ἄριστα βουλεύοιτο περὶ τούτου, ὅπως ἂν βέλτιστα λίαν πράττοι τά τε αὑτὸς αὑτοῦ πράγματα, καὶ τὰ τῶν φίλων; τί ἂν εἶναι τοῦτο φήσαιμεν; **ΕΜΟΙ** μὲν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, εὐδαιμονία πλείστου ἄξιον ἀνθρώπῳ εἶναι.

ϛ′ **ΚΑΙ** οὐ κακῶς γ᾽, ἔφην ἐγώ· ἀλλ᾽ ἆρά γε τούτους ἂν τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονεστάτους ἡγησαίμεθα εἶναι οἵτινες μάλιστα εὖ πράττοιεν; **ΕΜΟΙ** γοῦν δοκοῦσιν. **ΟΥΚΟΥΝ** ἂν οὗτοι ἄριστα πράττοιεν ὅσοιπερ καὶ ἐλάχιστα ἐξαμαρτάνοιεν περὶ σφᾶς αὐτοὺς, καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, τὰ δὲ πλεῖστα κατορθοῖεν; **ΠΑΝΥ** γε. **ΟΥΚΟΥΝ** οἱ ἐπιστάμενοι τὰ κακὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ, καὶ ὅσα πρακτέα καὶ ὅσα μὴ, οὗτοι ἂν ὀρθότατα πράττοιεν καὶ ἐλάχιστα ἐξαμαρτάνοιεν; **ΣΥΝΕΔΟΚΕΙ** καὶ ταῦτα. **ΝΥΝ** ἄρα ἡμῖν φαίνονται οἱ αὐτοὶ ἄνδρες σοφώτατοί τε καὶ ἄριστα πράττοντες καὶ εὐδαιμονέστατοι καὶ πλουσιώτατοι· εἴπερ ἄρα ἡ σοφία τοῦ πλείστου ἄξιον κτῆμα φαίνεται. **ΝΑΙ.**

ζ′ **ΑΛΛ᾽**, ἔφη ὑπολαβὼν ὁ Ἐρασίστρατος, ὦ Σωκρα-

Plato in Gorgia Socratem inducit Scolium quoddam recitantem, cujus hæc sunt verba: ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἐστί· τὸ δὲ δεύτερον καλὸν γενέσθαι· τρίτον δὲ τὸ πλουτεῖν ἀδόλως: *valere quidem omnium optimum est, secundum verò pulcrum natum esse, tertium sine fraude divitem.*

5. Ὁ κτησάμενος] Sic malui legere, quàm ὁ κτησάμενος, quod molliùs oratio fluat.

Βουλεύοιτο] Verti *consilium capere*, non *deliberare*, quod sola deliberatio nihil boni habeat, nisi optimum capiatur consilium.

Εὐδαιμονία] Non satis directè respondet, neque enim εὐδαιμονία, seu beatitas, aut bonorum omnium adfluentia causa est, sed potiùs effectus rectorum consiliorum. Accipit tamen Socrates, quasi rectum responsum, quòd ad εὐδαιμονίαν spectent omnia hominum consilia.

6. Εὖ πράττοιεν] Nonnihil abutitur Socrates loquutionis ambiguitate, nam εὖ πράττειν est

Epiſt. XIII. *Juliæ Auguſtæ.*

Æſchines verò Socraticus, quem nuper defendebas, quaſi ſatis liqueret eum dialogos caſtigaſſe, non veretur Gorgiam imitari, in oratione de Thargelia: *Thargelia cùm veniſſet in Theſſaliam, congrediebatur cum Antiocho Theſſalo, qui omnibus Theſſalis imperabat.* 16

Harpocration in Lexico.

ASPASIA. Lyſias in oratione contra Æſchinem 17
Socraticum. Colloquens in inſcripto Aſpaſia —— Lyſicli Demagogo matrimonio conjuncta, habuit qui ſumtus præberet, ut ait Socraticus Æſchines.

Idem.

AXIOCHUS. Ab Æſchine Socratico ſcriptus 18
eſt Dialogus, qui Axiochus vocatur.

Hermogenes de formis Orationis Lib. II. c. 12. *de Æſchine Socratico.*

Hic quoque ſimplici genere & ipſe eſt uſus, ſi quis 19
alius. Frequentiùs verò puro & dilucido, quàm ſimplici utitur. Eſt etiam ſubtilior, in dictione, quàm Xenophon. Sententias & ipſe non paucas, eáſque graves adhibet; lenocinia verò ex fabulis & fabuloſis deſumta minore numero. Quantùm autem Xenophon, ſimplici genere ſuo, Platonis ſuperavit ſimplicitatem: tantùm rurſus Xenophontem ſubtilitate ſu-

19. Λεπτότερος] Subtilior, acutior, *Xenophon* enim perſpicuitatem dumtaxat, puritatem & ſimplicitatem ſectatus, ab omni λεπτολογίας alienus eſt.

Ηδοναῖς ἀπὸ τῶν μύθων] Reſpicit fortè ad fabuloſa nonnulla, **** quæ

Αἰσχίνης τῇ λεπτότητι· διὸ καὶ πολλῷ καθαρώτερός ἐστιν· ἐπιμελής τε, ὡς ἐν ἀφελείᾳ, σφόδρα καὶ μᾶλλον δὲ ἢ Ξενοφῶν.

Ἰούλιος Πολυδεύκης Ὀνομ. βιβ. β. §. νς΄.

κ΄ Ἀποβλεφθῆναι, ἐπὶ τοῦ θαυμασθῆναι, Αἰσχίνης εἶπεν ὁ Σωκρατικός.

Αὐτόθι §. πδ΄.

κα΄ Αἰσχίνης δὲ ὁ Σωκρατικὸς, καὶ ἐπ᾽ ἀμφότερα τὰ ὦτα καθεύδειν λέγει.

Βιβ. ζ. §. ρν΄.

κβ΄ Θερισμὸς Αἰσχίνης εἶπεν ὁ Σωκρατικός.

Αὐτόθι §. ρλέ.

κγ΄ Ἀλεκτρυονοφόροι, οὓς ὠνόμασεν ἐν Ἀξιόχῳ Αἰσχίνης.

Αὐτόθι §. ργ΄.

κδ΄ Ἀργυροκοπεῖον, ὡς Αἰσχίνης Ῥίνωνι.

Σουΐδας ἐν Λεξικῷ.

κέ ΑΙΣΧΙΝΗΣ Χαρίνου, ἀλλαντοποιοῦ, φιλόσοφος Σωκρατικός. τινὲς δὲ Λυσανίου παῖδά φασιν, Ἀθηναῖον Σφήτ-

quæ in Κύρου παιδείᾳ occurrere videntur, de quibus *Hermogenes*, in judicio de *Xenophonte* egit. Alioquin, in Axiocho *Æschinis*, fabellas etiam habemus.

23. Ἀλεκτρυονοφόροι] Hac de re, nihil in *Axiocho* nostro. Ideóque ex alio Dialogo depromtum vocabulum putem; nec ad hunc relatum, nisi vacillante memoriâ, aut ex alio Axiocho, aut ex alio Glossographo; quod sæpe contigit, ut ad *Athenæum* sæpe factum à Grammaticis ostendit *Casaubonus.*

25. Ἐρυξίας, περὶ Ἀρετῆς, Ἐρω-

ſuperavit Æſchines. Ideóque multò eſt purior, &, ut in ſimplici genere, adcuratus admodum, ac magis quidem quàm Xenophon.

Julius Pollux Onomaſt. Lib. II. §. 56.

Ἀποβλεφθῆναι pro *admirationi eſſe* dixit Æſchines Socraticus. 20

Ibid. §. 34.

Æſchines Socraticus *in utramque aurem dormire* dixit. 21

Lib. VII. §. 150.

Θεϱισμὸν *(pro meſſe)* dixit Æſchines Socraticus. 22

Ibid. §. 135.

Gallos geſtantes, quos nominavit in Axiocho Æſchines. 23

Ibid. 103.

Ἀϱγυϱοκοπεῖον *(argenti cudendi officinam)* ut Æſchines Rhinone. 24

Suidas in Lexico.

ÆSCHINES, Charini filius, farctoris, Philoſophus Socraticus. Quidam Lyſaniæ filium dicunt & Athe- 25

Ἐϱασίστϱατος] Crediderim legendum hîc περὶ Ἀρετῆς, Ἐρυξίας ἢ Ἐρασίστρατος, ut duo tantùm Dialogi memorentur, primus & ſecundus qui Ἐρυξίας ἢ Ἐρασίστρατος in Editionibus & in Membranis, ut in ſequente Collatione MS. Medicei, quam ſeriùs accepi, videre licet.

26. Οὗτοι δ' εἰσὶ] Ex quibus, nempe, *Phrynichus* voces, quas interpretatur, deſumſit. Attamen in Ἐκλογαῖς, quas habemus, nullus *Æſchinis* noſtri locus, quem equidem animadverterim, profertur.

Σφήττιον, Διάλογοι δὲ αὐτοῦ Μιλτιάδης, Καλλίας, Ῥίνων, Ἀσπασία, Ἀξίοχος, Τηλαύγης, Ἀλκιβιάδης, καὶ οἱ καλούμενοι ἀκέφαλοι, Φαίδων, Πολύαινος, Ἐρυξίας, περὶ ἀρετῆς, Ἐρασίστρατος, Σκυθικοί.

Φώτιος, ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ, περὶ Φρυνίχου.

κϛ΄ Οὗτοι δ' εἰσὶ Πλάτων, καὶ Δημοσθένης, καὶ ὁ τοῦ Λυσανίου Αἰσχίνης, δι' ἀρετὴν τῶν ἑπτὰ διαλόγων ἃ καὶ ἀφαιρούμενοί τινες τῶν συγγραμμάτων Σωκράτει προσνέμουσιν.



Athenienſem Sphettium. Dialogi verò ejus ſunt Miltiades, Callias, Rhinon, Aſpaſia, Axiochus, Telauges, Alcibiades, & qui ſine capite (*Acephali*) dicuntur, Phædon, Polyænus, Eryxias, de virtute, Eraſiſtratus, Scythici.

Photius in Bibliotheca, de Phrynicho.

Hi ſunt Plato, Demoſthenes, & Lyſaniæ Æſchi- 26
nes, propter præſtantiam ſeptem dialogorum; quæ nonnulli ſcripta ei adimunt & Socrati tribuunt.



COLLATIO VARIARUM LECTIONUM,

Ex antiquo Codice MS. Bibliothecæ Laurentianæ Mediceæ collectarum à

V.C. ANTON. MARIA SALVINIO.

In I. Dialogo, de Virtute.

§. 5. Τὸ δὲ ὡς Κλεόφαντος. MS. M. τί δὲ, τὸ δέ. Alterutrum abundare videtur.

7. Ἔθρεψε Πάραλον. Id. ὑεῖς Πάραλον &c. Rectè.

9. Αὐτῷ ἔμελλε τὸ ὑεῖς. Idem. αὐτοῦ.

12. Καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα. Id. τά τε ἄλλα τὰ τοιαῦτα.

Ib. ἀπέκειντο τῇ πόλει. Id. ἐπέκειντο. Fortè meliùs.

Ib. ἐπειδή γε. Id. ἐπειδὴ δὲ.

Ib. ἀφίκοιντο. Id. ἀφίκοντο.

Ib. ἀλλὰ κινδυνεύει. Id. ἀλλὰ γάρ.

Ib. ὅτῳ δύο τυγχάνει τάλαντα. Id. ὅτῳ ὂν τυγχάνει τάλαντον.

Ib. Οὕτω. Id. οὕτως.

4. Οὐδεὶς γὰρ ἂν οὖν. Id. οὐδεὶς γ᾽ οὖν.

8. Ἔχει διατίθεσθαι. Id. ἔχοι, fortè meliùs.

9. Ἀμαθέστερος. Id. ἀμαθέστερός γε.

10. Ταῦτα, τοιαῦτα. Id. ταῦτα μὲν τοιαῦτα.

11. ἄνθρωποι τί ἐστι. Id. ὁποῖόν τι ἐστί.

12. Ὅστις ἂν οὐχ. Id. ὅντιν᾽ οὐκ.

14. Εἰ δέ γε μὴ ὑπάρχει. Id. ὑπάρχοι.

15. Ἀκρατεῖς ἄνθρωποι. Id. ἀκρατεῖς εἶναι ἄνθρωποι.

16. Ἠσχύνετο παρόντας. Id. τοὺς παρόντας.

Ib. Ἀληθῆ λέγοι. Id. λέγει.

17. Ἐσκυρέωσιν. Id. τὰ ἄλλα ἐγκυρέωσιν.

18. Ὥσπερ εἴτις. Id. ἄρα ὥσπερ.

19. Χαρήσεσθαι αὐτῷ. Ib. αὐτῶν.

Ib. Εἴπερ οὖν τυγχάνει. Id. τυγχάνοι.

In II. Dialogo, de Divitiis.

In titulo Ἐρυξίας ἢ Ἐρασίστρατος. Sic MS. ubi notatur in alio esse Ἐρυξίας.

1. Συρακούσιοι. Id. Συρακόσιοι, & sic postea, ut *Virgilius* in Eclog. *Prima Syracosio dignata est ludere versu.*

3. περὶ μικρῶν. Id. περὶ σμικρῶν.

20. Ei

20. Εἰ καὶ ἑκάστοτε. Id. εἰ καὶ σὺ ἑκάστοτε.

23. Ἀλλά τι ἐπεὶ. Id. Ἀλλά τι οὐκ, ἐπεὶ, fortè rectiùs.

Ib. δύνησθε. Id. δύνασθε.

24. Οὐχ ἕτερον τὸ πλουτεῖν. Id. οὐχ ἕτερόν τι. Rectiùs.

Ib. Πουλυτίων. Scriptum erat primâ manu rectiùs Πολυτίων, sed secundâ manu τῷ ο addita sunt cornua, ut inde fieret ου.

Ib. Τὸν Λυκάβηττον. Id. in margine hæc legitur glossa: ὄρος μέγιστον ἐν τῇ Ἀττικῇ.

26. Σχεδόν γε. Id. σχεδόν τι.

28. Ὧν ἕνεκεν ἂν βουλοίμεθα. Id. νυνὶ βουλοίμεθα. Bene, agitur enim de eo statu, in quo *nunc* res sunt.

Ib. ἐξαρκοίμεθα. Id. ἐξαρχοίμεθα.

29. Ἐτάραττε γε. Id. ἐτάραττε τε, unde faciebat doctissimus *Salvinius* ἐταράττετο.

Ib. πρὸς τὴν αὐτὴν. Id. πρὸς τὴν τοιαύτην.

Ib. τῶν ἄλλων τοιούτων. Id. τῶν τοιούτων.

31. Πρὸς τὸν βίον ἐκπορίζεσθαι. Id. πρὸς τὸ σῶμα.

Ib. Ἀναγκαῖον δ' ἂν. Id. ἀναγκαῖον ἂν.

32. Καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ. Id. addit ἀνθρώπου.

Ib. χρήματα εἶναι φαίνοιτο. Id. εἶναι ταῦτα.

34. Ταῦτα ἐκπορίζόμεθα. Id. ἐκπορίζοίμεθα.

35. Μέλλει χρῆσθαι. Id. μέλλοι.

36. Χρήσιμον εἴη. Id. ἂν εἴη.

37. Προϋπάρχει. Id. προϋπάρχοι.

Ib. Εἶναι γίνεσθαι. Id. deest εἶναι.

38. Ἀλλὰ τούτους μὲν. Id. ἀλλὰ καὶ τούτους.

39. Κρείττων ἐστὶ. Deest posterior vocula.

40. Εἰ ὁ μὲν τυγχάνῃ. Id. τυγχάνοι.

Ib. Ἔνδειαι τινῶν. Id. ἔνδεια.

In III. Dialogo, de Morte.

1. Ἤστην δὲ αὐτῶν. Id. αὐτὼ, in duali, non malè.

2. Νῦν ὁ καιρὸς. Id. νῦν καιρός.

3. Ταῖς Ἰτωνίας. Id. Ἰτωνομίαις, & suprà γρ. Ἰττωνίαις.

Ib. Πολλάκις ἀναφερόμενον. Id. πολλάκις δὲ ἄν.

Ib. Ἀπολέλοιπας. Id. ὑπολέλοιπας.

4. Παιανίζοντας. Id. παίζοντας, *ludentes*. Quod ineptum quidem non est, sed alterum elegantius.

Ib. Ἀληθῆ. Omissum est.

Ib. Παρ' αὐτό μοι τὸ δεινόν. Id. μοι omissum, sed aliâ manu additum.

Ib. Ἄπυστος. Id. ἄγευστος.

5. Ὀρεγομένη. Id. ὀριγνομένη, pro ὀρεγνωμένη, quod participium est, apud *Hesychium*.

7. Καὶ γυμνασταὶ. Id. παιδαγωγοὶ καὶ γυμνασταὶ καὶ παιδοτρίβαι τυραννοῦντες. Quæ postrema vox aliâ manu adscripta est.

8. Ὁ μειρακίσκου χρόνος. Id. πόνος.

9. Καὶ

9. Καὶ τῶν δὶς παῖδες. Id. καὶ τῶ νῶ δὶς παῖδες, & *mente bis pueri*, quod omnino rectius est.

10. Γενέσθαι. Id. ἔσεσθαι, non malè.

Ib. Οὐ μὲν γάρ τι πω ἐστὶν. Id. οὐ μέν τι ποτ' ἐστὶν. Sed addendum est γὰρ.

11. Χειρωνακτικῶς. Id. χειρωνακτικὰς, unde posset fieri χειρωνάκτας. Sed nihil mutandum in vulgata lectione.

12. Οἱ πρῶτοι βασιλεῖς καὶ στρατηγοί. Id. Deest vox βασιλεῖς.

13. Σύγκλυδος. Id. συγκλύδωνος, cui superaddita glossa σύγκλυδος.

15. Μόνοις δὲ ἀρκεῖται. Id. μόνοις γὰρ.

16. Συνυποθέμενος. Id. συνυποτιθέμενος.

Ib. τὸ στερόμενον] Sic quoque MS. sed eruditissimus *Salvinius* malebat τῶν στερόμενον, rectè. Quod & vertendo expressi, ita postulante sensu & sequentibus verbis.

17. Τόσον διήρατο. Id. τόσον γε.

Ib. Κακῶν ἄγονος. Id. ἄπονος, sed aliâ manu emendatum ἄγονος.

19. Πρόπυλα. Id. πρόθυρα. Supra emendatum, πρόπυλα, fortè προπύλαια, ut putabat *Salvinius*.

20. Ἀνακιρνάμενος. Id. ἀνακιρνάμενος.

24. Ὁσίας. Id. ὁσίως.



ΑΙΣΧΙΝΟΥ
ΤΟΥ ΣΩΚΡΑΤΙΚΟΥ
ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

ÆSCHINIS
SOCRATICI
DIALOGUS PRIMUS.

ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ,

ΕΙ ΔΙΔΑΚΤΟΝ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΦΙΛΟΣ.

ἀ  ΡΑ διδακτόν ἐστιν ἡ ἀρετὴ, ἢ οὐ διδακτὸν, ἀλλὰ φύσει οἱ ἀγαθοὶ γίγνονται ἄνδρες, ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ; ΟΥΚ ἔχω εἰπεῖν ἐν τῷ παρόντι, ὦ Σώκρατες. ΑΛΛΑ ὧδε

NOTÆ

In Dialogum Primum.

IN *inscriptionem.* Περὶ ἀρετῆς] Quamvis ἀρετὴ plerumque, apud Philoſophos, virtutem moralem ſignificet; hoc in loco paullò latiùs patet ejus vocis poteſtas, bellique juxta ac pacis artes complecti videtur; quibus Themiſtocles, Ariſtides, Pericles ac Thucydides, qui quaſi virtutis exemplaria nominatim adpellantur, excelluerunt. Re verâ ἀρετὴ, ampliſſimo ſignificatu, eſt cujuſque rei facultas, quâ apta ſit ad id præſtandum, cui naturâ ſuâ comparata eſt. *Ariſtoteles* Nicomach. Lib. II. c. 5. ῥητέον ὅτι πᾶσα ἀρετὴ, οὗ ἂν ᾖ ἀρετὴ, αὐτό τε εὖ ἔχον ἀποτελεῖ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ εὖ ἀποδίδωσιν· οἷον ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ, τόν τε ὀφθαλμὸν σπουδαῖον ποιεῖ καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ· τῇ γὰρ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετῇ εὖ ὁρῶμεν. ὁμοίως ἡ τοῦ ἵππου ἀρετὴ ἵππόν τε σπουδαῖον καὶ ἀγαθὸν δραμεῖν. καὶ ἐνεγκεῖν τὸν ἐπιβάτην καὶ μεῖναι τοὺς πολεμίους: *dicendum eſt virtutem omnem id, cujus virtus eſt, bene habens perficere, & ejus opus rectè edere. Sic oculi virtus facit ut bonus ſit oculus, utque rectum ſit ejus opus, oculi enim virtute bene videmus. Similiter virtus equi equum bonum facit & aptum ad currendum, ſeſſorem vehendum & exſpectandos hoſtes.* Tum addit: εἰ δὴ τοῦτ᾽ ἐπὶ πάντων οὕτως ἔχει καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ἀρετὴ εἴη ἂν ἕξις ἀφ᾽ ἧς ἀγαθὸς ἄνθρωπος γίνεται καὶ ἀφ᾽ ἧς εὖ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον ἀποδώσει: *Si hoc in omnibus ita habeat, virtus etiam hominis eſſe queat habitus à quo vir bonus ſit & opus ſuum rectè edit.* Hæc mihi perſuadent virtutis Græcum nomen ἀρετὴν eſſe deducendum à priſca radice ἄρω, hoc eſt, *apto, adcommodo*; cùm virtus homines aptos reddat ad id præſtandum, cui naturâ ſunt deſtinati; quod de quavis etiam re, ut vidimus, dicere licet. Ex ſequentibus res magis liquebit, ubi artes coquorum & fabrorum dicuntur ἀρεταί. Ἀρετὴ initio fuit adjectivum fœminini generis, ut γαμετὴ, ita ut ſubaudiretur ἕξις aut δύναμις aut ſimile quid, ſigni-

DE VIRTUTE,

AN DOCERI POSSIT.

SOCRATES, AMICUS.



N potest doceri Virtus, an verò secus, 1
sed naturâ fiunt boni viri, vel alio quopiam
modo? NON habeo, Socrates, quod
tibi nunc respondeam. AT id hîc di-
spicia-

significarétque eam mentis adfectionem, quâ homines societatis humanæ officiis *apti* fierent. Si quis plura requirat exempla, adeat *Dionys. Lambini*, ad locum *Aristotelis* prolatum, adnotationes. Ergo toto cœlo errare videntur, qui *ἀρετὴν* deducunt à voce Ἄρης, *Mars*, quasi propriè virtutem militarem significarit, deinde ad alia translatum sit. Sunt & aliæ plures Etymologiæ, quas videre licebit apud Anonymum de Virtute, à *Joan. Wegelino* editum, Cap. XIII. & in Etymologico magno.

Εἰ διδακτὸν] De eadem quæstione egit *Plato* in Menone & Protagora. Nonnulla etiam hanc in rem habet *Maximus Tyrius* Dissert. XVII. *an Virtus sit ars &* XXXII. *an quispiam divinâ sorte bonus fiat.* Collegit & quædam *M. Ant. Muretus* ad Cap. I. Libri II. Ethicorum Nicomacheorum. Sententiam si post tantos viros paucis dicere liceat (& quidni liceret?) existimarim virtutem, quæcumque tandem sit, initia quædam habere in natura humana; in qua non sunt tantùm facultates, quæ nos virtuti aptos reddunt, sed etiam nescio quæ propensiones, quibus fit ut, cùm primùm ratione utimur ad certum quoddam genus vitæ nos propensiores esse sentiamus; præsertim si quid umquam eximium præstituri simus. Cùm autem nihil à nobis habeamus, non modò facultates cum ceteris hominibus nobis communes, sed eas ipsas propensiones, quibus aptiores quibusdam præstandis sumus, *θείᾳ μοίρᾳ* debemus: quæ, ut faciliùs in Societatem convenirent homines, variis eos dotibus ornavit. Homines verò iis dotibus instructi, etiam sine magistro, aut certè sine peculiari sibi magistro, ad eximias virtutes perveniunt, & res magnas præstant, præsertim accedentibus experientiâ & arte. Contrà qui iis dotibus naturâ destituti sunt, adhibitis etiam egregiis magistris, nihil aut parum proficiunt; neque usu ipso & labore, licèt longo, memorabilem ullam peritiam adipiscuntur; quo sensu, reverâ *ἀρετὴ* non est *διδακτὸν*, eóque spectat tota Socratis oratio. Nam ad communia vitæ officia, quæ unicuique imposita sunt, nemini non sunt à

ὧδε σκεψώμεθα αὐτό. Φέρε, εἴτις βούλοιτο ταύτην τὴν ἀρετὴν γενέσθαι ἀγαθὸς, ἢ ἀγαθοί εἰσιν οἱ σοφοὶ μάγειροι, πόθεν ἂν γένοιτο; ΔΗΛΟΝΟΤΙ εἰ παρὰ τῶν ἀγαθῶν μαγείρων μάθοι. ΤΙ δὲ; εἰ βούλοιτο ἀγαθὸς γίγνεσθαι ἰατρὸς, παρὰ τίνα ἂν ἐλθὼν γένοιτο ἀγαθὸς ἰατρός; ΔΗΛΟΝ δὴ ὅτι παρὰ τῶν ἀγαθῶν τινὰ ἰατρῶν. ΕΙ δὲ ταύτην τὴν ἀρετὴν ἀγαθὸς βούλοιτο γενέσθαι, ἥνπερ οἱ σοφοὶ τέκτονες; ΠΑΡΑ τῶν τεκτόνων.

β′. ΕΙ

Deo datæ facultates, propensionésque necessariæ ad iis defungendum: cùm experientia & magistri, quicumque sint, ea officia docere homines incipiunt. Atque hac demum ratione virtus est διδακτόν. Nemo ita naturæ facultatibus destitutus est, quin bonus vir, bonus pater ac bonus civis esse possit; nec verò quisquam est, qui se talem esse non profiteatur. Hoc modo poterimus in concordiam redigere *Plutarchum* cum *Platone* & *Socrate*; nam Chæronensis Philosophus libellum scripsit, quo ostendit virtutem esse διδακτόν, quod intelligendum de communi illa virtute, quæ in quolibet genere vitæ necessaria est; cùm Socrates loquatur de singularibus quibusdam atque eximiis virtutibus, quas non quivis possint adipisci.

Propensionem autem eam naturæ, ad virtutes quasdam & egregia facta, vocabant εὐφυΐαν, ut docet *Aristoteles* Nicomach. Lib. III. c. 7. ubi postquàm dixit εὐφυῆ bene & ex veritate judicare, eique hoc esse innatum, addit: Τὸ γὰρ μέγιστον καὶ κάλλιστον καὶ ὃ παρ' ἑτέρου μὴ οἷόν τε λαβεῖν, μηδὲ μαθεῖν, ἀλλ' οἷον ἔφυ τοιοῦτον ἕξει· καὶ τὸ εὖ καὶ τὸ καλῶς τοῦτο πεφυκέναι, ἡ τελεία καὶ ἀληθινὴ ἂν εἴη εὐφυΐα: *quod enim maximum & pulcherrimum & quod ab alio desumi nequit, neque disci, sed quale nascitur tale habebit: atque hac in re bene ac rectè natum esse fuerit demum perfecta ac vera* εὐφυΐα. Hasce adfectiones animi, quibus sine magistro homines virtuti cuipiam sunt aptiores, quàm alii, vocat idem *Aristoteles* Lib. VI. ejusdem operis cap. ult. φυσικὰς ἀρετάς. *Ciceroni* Lib. III. Tuscul. Quæst. c. 1. sunt *igniculi parvi*, quos natura nobis dedit, & *ingeniis nostris semina innata virtutum, quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret.* Multa etiam sunt eodem pertinentia in Lib. I. de Legibus.

1. Διδακτόν ἐστι] Nempe, πρᾶγμα, ut vel pueri norunt. Sic ferè semper concipitur quæstio. Sed cùm ejus sint tria membra, duo tantùm proposuit *Horatius* Ep. XVIII, 100. Lib. II.

Virtutem doctrina paret, naturáne donet.

Ubi

ſpiciamus. Age, ſi quis velit eâ Virtute bonus fieri, quâ boni ſunt periti coqui, unde fieri queat? NIMIRUM, ſi à bonis coquis diſcat. QUID verò, ſi bonus velit fieri medicus, ad quem ire queat, ut bonus fiat medicus? SI, ſcilicet, à quopiam peritorum medicorum *diſcat*. SI autem eâ Virtute bonus fieri cupiat, quâ *boni* ſunt periti fabri? A fabris.

2. AT

Ubi vide *Dionyſ. Lambinum*, qui addere potuiſſet Poëtæ Epicureo nullam fuiſſe θείαν μοῖραν, ideóque omiſſam.

Ἀγαθοὶ γίγνονται] Hoc eſt, naſcuntur *boni*, hoc munus à natura nacti ut ſint *boni*. Ἀγαθοὶ autem hîc dicuntur ἐνάρετοι, de quacumque virtute ſermo ſit, ſeu ſit illa civilis, ſeu militaris; ejúſque virtutis non ſunt procul admodum ſtatuendi fines, præſertim in eo quod mores ſpectat. Themiſtocles & Pericles iis quidem virtutibus erant præditi, quibus homines Reipublicæ adminiſtrandæ ſtudioſi gloriam eo tempore nanciſci poterant; ſed uterque non tam prodeſſe patriæ, quàm imperare & gloriam conſequi ſtudebat, ut ex eorum vitis ſatis liquet. Meliores fuiſſe videntur Ariſtides & Thucydides.

Ὧδε σκεψώμεθα] Supplevimus τόπῳ, ideóque *hîc* vertimus. Poſſis & *nunc*, ſupplendo χρόνῳ, aut *hoc modo*, ſi ſubaudias τρόπῳ.

Ταύτην τὴν ἀρετὴν καὶ τὰ ἑξῆς] Coquinariam artem, cùm vocat Socrates ἀρετὴν, ſatis oſtendit ſic dici potuiſſe quamlibet dotem, aut facultatem, quâ quivis ſit cuipiam rei ἄρμενος ſeu *aptus*. Hinc & veteres Grammatici ἀπὸ τῆς ἀρετῆς nomen *artis* deduxerunt, qua de re vide *Ger. Joan. Voſſium* in Etymol.

Ἀγαθός] Peritus, quod imitantur & aliæ Linguæ, in quibus *bonum* in ſua arte peritum vocari videmus.

Σοφοὶ μάγειροι] Non *ſapientes*, ſed *periti* artis ſuæ, ut paſſim apud *Platonem*. Sic in Theage p. 8. Theages fatetur ſe vocare σοφοὺς τοὺς ἐπιστήμονας περὶ ὅτου ἂν ἐπιστήμονες ὦσι, *peritos cujuſcumque rei ſint periti*

Γένοιτο ἰατρὸς ἀγαθός] Hinc & ex ſequentibus paſſim videmus Græcos, eos etiam qui eleganter loquebantur, non refugiſſe repetitiones earumdem vocum, nec rarò ſuperflua vocabula in orationem inferciſſe (poſſent enim hæc duo verba ἰατρὸς ἀγαθὸς ſine ſenſûs jactura abeſſe) ut extemporanei ſermonis conſuetudinem, naturámque adeò imitarentur. Nec hoc *Platonem* legenti umquam animum, vel aures offendit. Nimiùm delicati in aliis linguis ſumus & nimiùm quoque ſeveri

β'. ΕΙ δὲ ταύτην τὴν ἀρετὴν βούλοιτο ἀγαθὸς γενέσθαι, ἥνπερ οἱ ἄνδρες οἱ ἀγαθοί τε καὶ σοφοὶ, ποῖ χρὴ ἐλθόντα μαθεῖν; ΟΙΜΑΙ μὲν καὶ ταύτην, εἴπερ μαθητός ἐστι, παρὰ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀγαθῶν· πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; ΦΕΡΕ δὴ, τίνες ἡμῖν ἄνδρες ἀγαθοὶ γεγόνασιν; ἵνα σκεψώμεθα εἰ οὗτοι εἰσὶν οἱ τοὺς ἀγαθοὺς ποιοῦντες. ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ καὶ Θεμιστοκλῆς καὶ Ἀριστείδης καὶ Περικλῆς. ΤΟΥΤΩΝ οὖν ἑκάστου ἔχομεν διδάσκαλον εἰπεῖν; ΟΥΚ ἔχομεν, οὐ γὰρ λέγεται. ΤΙ δέ; μαθητὴν, ἢ τῶν ξένων τινὰ, ἢ τῶν πολιτῶν, ἢ ἄλλον, ἐλεύθερον ἢ δοῦλον, ὅστις αἰτίαν ἔχει, διὰ τὴν τούτων ὁμιλίαν, σοφός τε καὶ ἀγαθὸς γεγονέναι; ΟΥΔΕ τοῦτο λέγεται.

ΑΛΛ' ἆρα μὴ ἐφθόνουν μεταδιδόναι τῆς ἀρετῆς τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις; ΤΑΧΑ. ΑΡΑ ἵνα μὴ ἀντίτεχνοι αὐτοῖς γίγνοιντο, ὥσπερ οἱ μάγειροί τε καὶ ἰατροὶ καὶ τέκτονες φθονοῦσιν; οὐ γὰρ λυσιτελεῖ αὐτοῖς πολλοὺς ἀντιτέχνους γίνεσθαι, οὐδὲ οἰκεῖν ἐν πολλοῖς αὐτοῖς ὁμοίοις. ἆρ' οὖν οὕτω καὶ τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς οὐ λυσιτελεῖ ἐν ὁμοίοις αὐτοῖς οἰκεῖν; ΙΣΩΣ.

ΕΙΣΙ

veri, qui ex Veterum Latinorum ſcriptis ejuſmodi redundantias reſecare volumus. Poſſem exempla proferre, ſed ſtylum cohibebo.

2. Εἴπερ μαθητός ἐστι] Communes, ut dixi, virtutes, ſine quibus humana ſocietas ſtare nequit, ſunt μαθητοί, ad eas enim natura nos ducit, exempláque & ſermones optimorum quorumque adhortantur. Liquet hoc ex quotidiana experientia. Sine ductu ipſo naturæ, aut potiùs ejus qui naturæ auctor eſt, eò numquam perveniremus, ſed inſtitutio naturàm multùm juvat; cùm ad communia vitæ officia quod adtinet; tum etiam ubi de ſingulari quadam virtute augenda atque expolienda cogitamus. Utraque conjungenda, quæ ſine jactura divelli non poſſunt. Recte *Pindarus*, Olymp. θ, 152.

Τὸ δὲ φυᾷ κράτιστον ἅπαν·
Πολλοὶ δὲ διδακταῖς
Ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέος
Ὤρουσαν ἑλέσθαι·
Ἄνευ δὲ Θεοῦ, σεσιγαμένον γ', οὐ σκαιότερον χρῆμ' ἕκαστον.

Id eſt, interprete *Nicol. Sudorio* :

Summa Naturæ facilis poteſtas,
Et tamen docti meruere famam
Plu-

AT si fieri vellet bonus eâ virtute, quâ viri boni & sapientes *sunt præditi*, quò eum oportet ire, ut discat? CREDO & hanc, si disci possit, à viris bonis *pariter disci.* Quonam enim alio ex loco *eam consequi posset?* AGE, quinam nobis *Athenis* fuerunt viri boni, ut dispiciamus an hi sint, qui faciunt bonos *viros?* THUCYDIDES, Themistocles, Aristides, & Pericles. AN ergo uniuscujusque horum magistrum dicere possumus? NON possumus, neque enim memoratur. QUID ergo? *an possumus* discipulum, sive peregrinum quempiam, sive civem, sive alium, liberum aut servum, qui propter consuetudinem, quæ cum hisce ei intercessit, caussam habuerit cur sapiens & bonus fieret? NE hoc quidem dicitur. AT numquid erant invidi, ita ut nollent alios homines virtutis participes facere? FORTASSE. AN *ita se gerebant* ne ipsis æmuli in arte *sua* essent, quo animo sunt coqui, medici & fabri? neque enim iis conducit, multos sibi fieri in arte æmulos, neque habitare inter plures sui similes. An ergo sic quoque viris bonis non conducit inter sui similes habitare? FIERI potest. 2

NON-

Plurimi, verùm sine Dîs siletur
Utraque virtus.

Pindarus Latinus Lib. IV. Od. IV, 29.

Fortes creantur fortibus & bonis,
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina sed vim promovet insitam,
Rectique cultus pectora roborant.

Οὐκ ἔχομεν] Habuerant tamen, quamvis non æquè illustres ac ipsi fuerint; fuere enim omnes à parentibus educati, non majore quidem fortasse diligentiâ, quàm vulgò alii; sed tamen ut ceteri Athenienses tum solebant, habueruntque etiam communes cum iis magistros, eadémque exempla quæ sequerentur. At quod ceteris *εὐφυΐα*, quam diximus, carentibus, minimè, aut non multùm profuit, id satis fuit *εὐφυεστάτοις ἀνδράσιν* ut ad summas virtutes, prout erant tempora, promoverentur.

Διὰ τὴν τούτων ὁμιλίαν] Non est credibile nemini tanta ex-

γ'. ΕΙΣΙ δὲ οἱ αὐτοὶ οὐχὶ ἀγαθοί τε καὶ δίκαιοι; ΝΑΙ. ΕΣΤΙΝ οὖν ὅτῳ λυσιτελεῖ μὴ ἐν ἀγαθοῖς οἰκεῖν ἀνδράσιν, ἀλλ' ἐν κακοῖς; ΟΥΚ ἔχω εἰπεῖν. ΑΡ' οὖν οὐδὲ τοῦτ' ἔχεις εἰπεῖν, πότερον ἔργον ἐστὶ τὸ μὲν ἀγαθῶν βλάπτειν, τὸ δὲ κακῶν ὠφελεῖν, ἢ τοὐναντίον; ΤΟΥΝΑΝΤΙΟΝ. ΟΙ μὲν ἀγαθοὶ ἄρα ὠφελοῦσι, οἱ δε κακοὶ βλάπτουσι; ΝΑΙ. ΕΣΤΙΝ οὖν ὅστις βούλεται βλάπτεσθαι μᾶλλον ἢ ὠφελεῖσθαι; ΟΥ πάνυ. ΟΥΔΕΙΣ ἄρα βούλεται ἐν πονηροῖς οἰκεῖν, μᾶλλον ἢ ἐν χρηστοῖς. ΟΥΤΩΣ. ΟΥΔΕΙΣ ἄρα φθονεῖ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἄλλῳ, ὥστε ἀγαθὸν καὶ ὅμοιον ἑαυτῷ ποιῆσαι. ΟΥΚΟΥΝ φαίνεταί γε δὴ ἐκ τοῦ λόγου.

δ'. ΑΚΗΚΟΑΣ οὖν ὅτι Θεμιστοκλεῖ Κλεόφαντος υἱὸς ἐγένετο; ΑΚΗΚΟΑ. ΟΥΚΟΥΝ δηλονότι

οὐδὲ

empla profuiſſe, imò poſtea viri magni apud Athenienſes fuere, qui eò virtutis non perveniſſent, niſi exemplis ſuperiorum temporum excitati fuiſſent. Sed verum eſt neminem ab iis, qui exemplo fuerunt, ſingulari ratione educatum & inſtitutum, qui magiſtri virtutem ſit adſequutus.

Τοῖς ἀγαθοῖς οὐ λυσιτελεῖ] Si viros bonos hîc intelligamus *bonitate*, ut ſic dicam, *morali*, eorum intereſt plurimos ſibi ſimiles eſſe; ſed qui ſunt ἀγαθοὶ, hoc eſt, eximii in ſuo genere, ut fuerunt Thucydides & Pericles, ii nolunt plures ἀγαθοὺς ejuſdem generis eſſe; quia ſi ſint, non poſſunt ſoli, ut cupiunt, magiſtratus & imperia obtinere, nec libenter eos patiuntur per quos fit ne ſoli emineant. Ariſtides, ut verba *Corn. Nepotis* uſurpem, cum Themiſtocle *de principatu contendit; námque obtrectarunt inter ſe. In his autem cognitum eſt, quantùm antiſtaret eloquentia innocentia; quamquam enim adeò excellebat Ariſtides abſtinentiâ, ut unus, poſt hominum memoriam* (apud Græcos) *cognomine Juſtus ſit nominatus; tamen à Themiſtocle collabefactus, teſtulâ illâ, exſilio decem annorum multatus eſt.* Vide *Plutarchum* in utriuſque vita.

3. Ἀγαθοί τε καὶ δίκαιοι] Sed ſæpe *boni*, ſeu ἀγαθοὶ dicti, qui re verâ bonitate morum, ſeu probitate non præſtabant; qualis Themiſtocles, & alii innumeri fuerunt. Itaque ambiguitate vocis nonnihil hîc abutitur Socrates. Non ignorabat à Themiſtocle, præter jus & fas, læſum Ariſtidem, multáque alia iniquè eſſe facta.

Ἐν πονηροῖς οἰκεῖν] Atqui *boni viri*, qualis Themiſtocles, malunt hominibus *malis* imperare,

qui

NONNE sunt iidem boni & justi? SUNT. 3
AN ergo conducit cuiquam habitare non inter bonos, sed inter malos? NON possum dicere. ANNON igitur ne hoc quidem possis dicere utrum actio quidem bonorum sit nocere, malorum verò prodesse, aut contrà? CONTRA. ERGO boni quidem juvant, mali verò nocent. ITA. ESTNE igitur qui malit lædi, quàm juvari? NULLUS certè. NEMO ergo malit inter improbos habitare, quàm inter probos. SIC est. NULLUS ergo virorum bonorum alii invidet, ita ut *nolit* bonum & sui similem reddere. VIDETUR ex eo quod dicis.
AUDIVISTI Themistocli Cleophantum fuisse filium? AUDIVI. PROFECTO Themistocles 4.

qui pareant; quàm habere *bonos ἀντιτέχνυς*, qui eorum ambitionem coërceant, & intra modum contineant.

4. Θεμιςοκλεῖ Κλεόφαντος] Hæc verbo tenus ferè habemus, in *Menone Platonis* p. 22. Ed. Lugd. 1590. Quæ mihi persuadent hunc Dialogum verè esse *Æschinis*, qui ipsius Socratis verborum memor erat. Nam si quis, sequenti ævo, ex *Platone*, eumdem dialogum adumbrare conatus esset, verba mutasset, ne *Platonem* exscribere videretur, pretiúmque opusculi sui minueret. Sed hæc sunt hominis æqualis, qui Socrati hæc dicenti, aut Menoni, aut alii cuipiam adfuerat.

Εἴπερ ἦν ἀγαθός] Atqui non erat eo modo *bonus*, ut vidimus, timebátque sibi à *bonis*, hoc est, probis viris, qualis fuit Aristides. Numquam eum, aut alium quemquam imperatorias artes, aut eas, quibus ipse ad regendam Rempublicam utebatur, docere voluisset. Hæc nos monent non esse veterum laudes ἀβασανίςως admittendas. Non modò ex sui ævi sententia de rebus, hominibúsque judicant, sed ne adhibent quidem eam curam, in delectu eorum, quos laudant; quæ adhiberi ab iis potuisset. Cujus rei memores nos esse oportet, ne ejusmodi laudibus fallamur.

Ἱππέα μὲν ἐδιδάξατο σοφὸν εἶναι καὶ ἀγαθόν.] *Plato*: ἱππέα μὲν ἐδιδάξατο ἀγαθόν, quæ elliptica loquutio ex verbis, quæ hic habemus, clarior fit. Διδάξασθαι vertimus *curasse doceri*, neque enim ipse docuit, & ea significatio est hujus conjugationis in hoc verbo. *Lucianus* in Somnio, initio ipso, de patre suo: ἐσκέπτετο ὅ, τι καὶ διδάξαιτό με: *dispiciebat quid curare*

οὐδὲ τῷ υἱεῖ ἐφθόνει, ὡς βελτίστῳ γενέσθαι, ὁ Θεμιστοκλῆς· ὅς γε ἄλλῳ οὐδενὶ, εἴπερ ἦν ἀγαθός· ἦν δὲ, ὡς φαμέν.

ΝΑΙ. ΟΙΣΘΑ οὖν ὅτι Θεμιστοκλῆς τὸν υἱὸν ἱππέα μὲν ἐδιδάξατο σοφὸν εἶναι καὶ ἀγαθόν· ἐπέβαινε γοῦν ἐπὶ τὸν ἵππον ὀρθὸς ἑστηκώς· καὶ ἠκόντιζεν ἀπὸ τῶν ἵππων ὀρθὸς, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ θαυμάσια εἰργάζετο· καὶ ἄλλα πολλὰ ἐδίδαξε καὶ ἐποίησε σοφὸν, ὅσα διδασκάλων ἀγαθῶν εἴχετο. ἢ ταῦτα οὐκ ἀκήκοας τῶν πρεσβυτέρων; ΑΚΗΚΟΑ.

ΟΥΚ ἄρα τὴν φύσιν γέ τις τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ αἰτιάσαιτ' ἂν κακὴν εἶναι. ΟΥΚ ἂν οὖν δικαίως γε ἐξ ὧν σὺ λέγεις.

έ. ΤΟ δὲ ὡς Κλεόφαντος, ὁ Θεμιστοκλέους υἱὸς, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ σοφὸς ἐγένετο, ἅπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἦν σοφὸς, ἤδη τοῦτο ἤκουσας ἢ νεωτέρου, ἢ πρεσβυτέρου;

ΟΥΚ ἤκουσα. ΑΡ' οὖν ταῦτα μὲν οἰόμεθα βούλεσθαι αὐτὸν τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν παιδεῦσαι, ἣν δὲ αὐτὸς σοφίαν ἦν σοφὸς μηδὲν βελτίω αὐτὸν ποιῆσαι τῶν γειτόνων μηδενὸς, εἴπερ διδακτὸν ἦν ἡ ἀρετή; ΟΥΚΟΥΝ εἰκός γε.

ΟΥ-

rare posset à medisci. Ubi Scholiastes interpretatur εἰς διδασκάλου πέμπειν μαθησόμενον.

Σοφόν] Vide quæ paullò ante de hac voce dixi.

Ἐπέβαινε] Vertimus *insistebat*, nam ἐπιβάτης ἵππου est *sessor*; nec agitur de actione ipsa conscendendi equi, sed in eo quem jam conscenderis standi. *Plato* hîc habet: ἐπέμενε γοῦν ἐπὶ τῶν ἵππων ὀρθὸς ἑστηκώς; quod rem aptiùs describit. Miror verò à Socrate hoc memoratum, quasi indicium ex quo liqueret à Themistocle diligenter educatum esse filium; quid enim hoc facit ad veram fortitudinem, quod est tantùm dexteritatis cujusdam & firmitatis corporis, & cum summa ignavia conjunctum esse potest? Θαυματοποιοῦ hoc fuit, non ejus qui ducere exercitum aliquando cupiebat.

Καὶ ἠκόντιζεν καὶ τὰ ἑξῆς] Hæc omnia verba, ad vocem πρεσβυτέρων, habentur apud *Platonem*, nisi quòd pro θαυμάσια est θαυμαστὰ, & pro ἐδίδαξε est ἐπαιδεύσατο, quæ idem sunt.

Ὅσα διδασκάλων ἀγαθῶν εἴχετο] Hoc est, quatenus bonos magistros nancisci potuit. Ὅσα est Atticè pro ὅσον, regitque genitivum. Ἔχεσθαι, ex eadem dialecto, vim activam obtinet.

Quæ

cles filio quidem suo non invidebat, ita ut optimum fieri *nollet*, ut nec alii cuiquam, si bonus erat; erat verò, sicut diximus. ITA. NOSTI ergo Themistoclem curasse filium doceri peritum & bonum equitem esse. Insistebat enim equo, ita ut in eo staret, & ab equo stans jaculabatur, & alia multa, eáque mirabilia faciebat. Plura etiam alia *eum* docuit, reddiditque peritum *eorum*, quorumcumque bonos magistros habebat. Annon à senioribus hæc audisti? AUDIVI. NEMO ergo naturam filii ejus, quasi prava fuisset, criminari queat. NEMO quidem justè, *ut* ex iis quæ dicis *colligere est*.

CLEOPHANTUM verò Themistoclis filium, virum bonum & peritum fuisse *rerum*, quarum pater 5.
ejus peritus erat, audistine aliquando à juniore aut à seniore? NON audivi. AN igitur credemus voluisse eum filium suum hæc docere; peritiâ verò *rerum*, quarum ipse peritus erat, vicinorum nullo præstantiorem reddere; si virtus doceri posset. NON est verisimile.

6. HU-

Quæ non opus esset dici, nisi hîc cespitasset *Joan. Serranus*, qui vertit, *in quibus præstantibus magistris inhærebat*, vel *adhærebat*.

Οὐκ ἄρα τὴν φύσιν] Hæc quoque, ad verba κακὴν εἶναι, sunt apud *Platonem*. Poterat Cleophanti esse κακὴ φύσις, quod adtinet ad virtutes hominis, qui Rempublicam feliciter administraret & exercitibus præesset, quamvis firmo & dextro corpore esset.

5. Τὸ δὲ ὡς Κλεόφαντος καὶ τὰ ἑξῆς] Hæc usque ad ἀρετὴ leguntur etiam apud *Platonem*, sine ulla mutatione, quæ ad rem faciat. Fortasse Themistocles curavit quidem filium à magistris ejusmodi corporis exercitationum doceri; sed animi curam, quam ipse in se susciperet, aut aliis mandaret neglexit. Quod fieri potuit non invidiâ ullâ, sed quòd aliis curis homo ambitiosus distineretur, aut quia aptis magistris carebat. Sic potuit esse διδακτὸν ἡ ἀρετὴ, quamvis eam, culpâ parentis, non didicerit Cleophantus. Fortè & ἀφυὴς ad exercitationes corporis, nullâ εὐφυΐᾳ ad artes civiles & imperatorias præditus fuit.

6. Ὑπεί-

ς'. ΟΥΤΟΣ μὲν δή σοι τοιοῦτος διδάσκαλος ἀρετῆς, ὃν ὑπεῖπες. ἄλλον δὲ σκεψώμεθα Ἀριστείδην, ὃς ἔθρεψε μὲν τὸν Λυσίμαχον, ἐπαίδευσε δὲ κάλλιστα Ἀθηναίων, ὅσα διδασκάλων εἴχετο· ἄνδρα δὲ οὐδενὸς βελτίω ἐποίησε. τοῦτον γὰρ καὶ σὺ καὶ ἐγὼ εἴδομεν καὶ συνεγενόμεθα.

ΝΑΙ.

ζ'. ΟΙΣΘΑ οὖν ὅτι Περικλῆς αὖ ἔθρεψε Πάραλον καὶ Ξάνθιππον· ὧν καὶ σύ μοι δοκεῖς τοῦ ἑτέρου ἐρασθῆναι. τούτους μέντοι, ὡς καὶ σὺ οἶσθα, ἱππέας μὲν ἐδίδαξεν οὐδενὸς χείρους Ἀθηναίων· καὶ μουσικὴν καὶ τὴν ἄλλην ἀγωνίαν, καὶ τἄλλα ἐπαίδευσεν ὅσα τέχνη διδάσκονται οὐδενὸς χείρους· ἀγαθοὺς δὲ ἄρα ἄνδρας οὐκ ἐβούλετο ποιῆσαι;

ΑΛΛ' ἴσως ἂν ἐγένοντο, ὦ Σώκρατες, εἰ μὴ νέοι ὄντες ἐτελεύτησαν. ΣΥ μὲν εἰκότως βοηθεῖς τοῖς παιδικοῖς. Περικλῆς δὲ ἐκείνους, εἴπερ διδακτὸν ἦν ἡ ἀρετὴ, καὶ οἷός τ' ἦν ἀγαθοὺς ποιῆσαι, πολὺ πρότερον ἂν τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν σοφοὺς ἐποίησεν, ἢ μουσικὴν καὶ ἀγωνίαν.

Ἀλ-

6. Ὑπεῖπες] *Seb. Corradus* vertit, *supposuisti*, minùs commodè; ὑπεῖπεν est hîc, ut in Protagora *Platonis* p. 207. B. *subjicere*, seu *addere*. Socrati quærenti quinam viri boni fuissent, subjecerat amicus nomina *Thucydidis*, *Themistoclis*, *Aristidis & Periclis*. *Varinus Phavorinus* in Lexico habet: ὑπειπεῖν ἀντὶ τοῦ προειπεῖν, καὶ ὑπολαβὼν ἀντὶ τοῦ προλαβών. Ὑπείπωμεν (lege ὑπείπομεν, quamvis idem error sit etiam in *Cornu Copiæ*) ἀντὶ τοῦ προείπομεν καὶ ὑπειπεῖν ἀντὶ τοῦ προαγορεύεσθαι. Verùm falli videtur, ut ostendere possemus locis *Aristophanis* & *Demosthenis*, ubi hoc verbum idem est ac *addere*, *subjicere*, non prædicere. Vide Indicem, in hac voce.

Λυσίμαχον] *Plutarchus* in vita *Aristidis*, sub finem, postquàm dixit populum Atheniensem tria millia drachmarum filiabus ejus in dotem dedisse, addit: Λυσιμάχῳ δὲ τῷ υἱῷ μνᾶς μὲν ἑκατὸν ἀργυρίου, καὶ γῆς τοσαῦτα πλέθρα πεφυτευμένης ἔδωκεν ὁ δῆμος, ἄλλας δὲ δραχμὰς τέσσαρας εἰς ἡμέραν ἑκάστην ἀπέταξεν, Ἀλκιβιάδου τὸ ψήφισμα γράψαντος: *Lysimacho verò filio minas quidem centum argenti, totidemque jugera agri arboribus consiti dedit populus & alias drachmas quatuor in diem decrevit, ex rogatione Alcibiadis*. Quod in honorem patris factum videtur.

7. Τὴν

HUJUSMODI quidem magister virtutis fuit is, quem subjecisti. Alium verò consideremus; Aristidem, *scilicet*, qui educavit quidem Lysimachum, & optimè *omnium* Atheniensium erudiit, quatenus quidem magistros habuit, at virum nullo meliorem reddidit; hunc enim & ego & tu novimus, & unà cum eo fuimus. ITA. 6.

NOSTI etiam Periclem educasse Paralum & Xanthippum, quorum & alterum amasse mihi videris. Hos quidem, ut tu quoque nosti, curavit discere artem equitandi, nihilo deteriùs quàm quemvis Atheniensium, & Musicam & cetera certamina, & alia docuit quæcumque arte discuntur, nihilo deteriùs quàm alios. An igitur eos viros bonos reddere noluit? ATQUI fortasse facti essent, ô Socrates, nisi juvenes interiissent. TU quidem meritò amoribus tuis succurris. Pericles verò illos, si virtus doceri posset, & potuisset viros bonos reddere, multò potiùs peritos reddidisset suæ ipsius virtutis, quàm Musicæ, aut certaminum. 7.

Sed

7. Τὴν ἄλλην ἀγωνίαν] Certamina quibus exercebantur adolescentes, luctari, currere, jaculari &c.

Νέοι ὄντες ἐτελεύτησαν] Tempore pestis interierunt, ut docet *Plutarchus*, in vita Periclis p. 172. At idem ostendit Xanthippum patri suo infensum fuisse, & turpiter detraxisse, καὶ ὅλως ἀνήκεστον ἄχρι τῆς τελευτῆς τῷ νεανίσκῳ πρὸς τὸν πατέρα παραμεῖναι τὴν διαφορὰν: *omnino incurabilem usque ad mortem adolescentulo in patrem remansisse simultatem*; quòd, nimirum, noluisset Pericles summam pecuniæ à filio mutuam sumtam, quasi jussu patris, reddere; imò & eum, qui mutuam dederat, in jus vocasset. Quamquam paullò fortasse durior erat pater, filii bonæ indolis non fuit ita se in eum gerere. Filii Periclis audiverant Protagoram, ut liquet ex *Platone*, in Protagora p. 195. sed Sophista ille fuit, non σοφός.

Τὴν αὑτοῦ ἀρετὴν σοφοὺς καὶ τὰ ἑξῆς] Atqui Reipublicæ administrandæ, ductandisque exercitibus necessariam σοφίαν non habebant, licèt fortè ad alia non essent inepti. Præterea testatur *Plato* in Protagora p. 196. Periclem hac in parte planè neglexisse educationem filiorum, p. 197. Περικλῆς, ὁ τὸ-

ή. Ἀλλὰ μὴ οὐκ ᾖ διδακτόν· ἐπεὶ Θουκυδίδης αὖ δύο υἱεῖς ἔθρεψε, Μελησίαν καὶ Στέφανον· ὑπὲρ ὧν σὺ οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν ἅπερ ὑπὲρ τῶν Περικλέους υἱῶν. τούτων γὰρ δὴ καὶ σὺ οἶσθα τὸν γ' ἕτερον μέχρι γήρως βιοῦντα, τὸν δ' ἕτερον πόῤῥω πάνυ. καὶ μὴν καὶ τούτων ὁ πατὴρ ἐπαίδευσε τά τε ἄλλα εὖ, καὶ ἐπάλαισαν κάλλιστα Ἀθηναίων. τὸν μὲν Ξανθίᾳ ἔδωκε, τὸν δὲ Εὐδώρῳ· οὗτοι δέ που ἐδόκουν κάλλιστα τῶν τότε παλαίειν. NAI.

θ'. ΟΥΚΟΥΝ δηλονότι οὗτος οὐκ ἄν ποτε οἷ μὲν ἔδει δαπανώμενον διδάσκειν, ταῦτα μὲν ἐδίδαξε τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτοῦ· οἷ δ' οὐδὲν ἔδει ἀναλώσαντα, ἀγαθοὺς ἄνδρας ποιῆσαι, τοῦτο δὲ οὐκ ἂν ἐδίδαξεν, εἰ διδακτὸν ἦν.

EI-

τουτωνὶ τῶν νεανίσκων πατὴρ, τούτους ἃ μὲν διδασκάλων εἴχετο, καλῶς καὶ εὖ ἐπαίδευσεν· ἃ δὲ αὐτὸς σοφός ἐστιν, οὔτε αὐτὸς παιδεύει, οὔτε τῳ ἄλλῳ παραδίδωσιν: *Pericles, horum adolescentulorum pater, hos, quoad magistros habere potuit, rectè instituit, at illos, ea quorum peritus est, neque ipse docet, neque alii eos magistro, qui doceat, tradit.*

8. Θουκυδίδης] Non Historicus, sed Demagogus, cujus meminit *Marcellinus* in Thucydidis Historici vita, & quem Μελησίου (non Μιλησίου, ut vulgò editur) filium vocat. Præterea Historico filius fuit *Timotheus*, non *Milesias* & *Stephanus*. Demagogum memorat etiam *Plutarchus* in Vita Periclis p. 156. his verbis: Διαμνημονεύεται δέ τις καὶ Θουκυδίδου τοῦ Μελησίου (non Μιλησίου) λόγος εἰς τὴν δεινότητα τοῦ Περικλέους, μετὰ παιδιᾶς εἰρημένος. ἦν μὲν γὰρ ὁ Θουκυδίδης τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν καὶ πλεῖστον ἀντιπολιτεύσατο τῷ Περικλεῖ χρόνον· Ἀρχιδάμου δὲ τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως πυνθανομένου πότερον αὐτὸς, ἢ Περικλῆς παλαίει βέλτιον· ὅταν, εἶπεν, ἐγὼ καταβάλω παλαίων, ἐκεῖνος ἀντιλέγων ὡς οὐ πέπτωκε νικᾷ καὶ μεταπείθει τοὺς ὁρῶντας: *Memoratur & dictum quoddam Thucydidis Melesiæ filii* (non Milesii, quasi esset Mileti civis, ut interpres Latinus habet) *in eloquentiam Periclis, à jocante prolatum. Quum Archidamus Lacedæmoniorum Rex quæreret uter, ipse, an Pericles, meliùs luctaretur: quando, inquit, eum dejeci luctans, ille contrà ostendens se non cecidisse vincit, & iis qui viderunt contrarium persuadet.* Hujus nepos videtur, ut mox dicam, discipulus Socratis fuisse.

Μελησίαν] Hujus filius Socratem audivit, ut liquet ex *Platonis* Theage p. 11. ubi eum vocat Θουκυδίδην τὸν Μελησίου υἱόν

τοῦ

Sed doceri non poteſt; nam & Thucydides duos 8
filios educavit, Meleſiam & Stephanum, pro qui-
bus non poſſis dicere, quæ in gratiam filiorum Peri-
clis *dixiſti*. Horum enim & tu noſti alterum uſque
ad ſenectutem vivere, alterum verò ulteriùs multò.
Atque horum quidem pater *filios* cùm alia rectè do-
cuit, tum etiam optimè *omnium* Athenienſium lucta-
bantur. Unum enim Xanthiæ dederat, alterum ve-
rò Eudoro. Hos autem tunc optimè luctari fama fe-
rebat. FEREBAT.

VIDELICET ille, ſi quando *ulla in re* ei opor- 9
tebat ſumtus facere ut doceret, eam filios ſuos docuit;
ubi verò nihil oportebat impendere, ut boni viri fie-
rent, hoc non docuiſſet, ſi potuiſſet doceri! NON
eſt

τὸ Θουκυδίδου. *Thucydiden qui fuit filius Meleſiæ, Thucydidis filii*, qui & ipſe patrem habuit Meleſiam. Non rarum erat Athenis nepotes vocari nomine avi, ut hic Thucydides, Thucydidis nepos, & Meleſias, Meleſiæ nepos. Sic & Lyſimachus, Ariſtidis filius, fuit etiam alterius Lyſimachi nepos: ut & Xanthippus, Periclis filius, avum Xanthippum habuit. Vide *Ariſtophanis* Nubes, verſ. 65. & ad eum verſum virum ſtupendâ eruditione, nec minore humanitate præditum (quibus, heu! nimis rarò convenit) *Ezech. Spanhemium.*

Οἰκίας ἦν μεγάλης] Ut Galli dicunt, *de grande maiſon*; hoc eſt, nobilis. *Plato* in Protagora p. 195. inducit Socratem dicentem de Hippocrate, Apollodori F. fuiſſe οἰκίας μεγάλης τε καὶ εὐδαίμονος, *familia magna & felice*, hoc eſt, nobili & divite.

Μέχει γήρως] Hoc eſt, qui jam ſenectutem adtigit, cùm frater ejus ad decrepitam ſenectutem pervenerit.

9. Οὐκ ἄν ποτε] Hæc quoque & proximè antecedentia ſunt apud *Platonem*, ſed utrobique mendoſa: ita tamen ut ex collatione utriuſque loci veram lectionem eruere poſſimus. Sententia loci ſine dubio ea eſt, quam in verſione expreſſimus. Ironicè dicit Socrates Thucydidem curaſſe ea doceri, quæ ſine ſumtibus doceri non poterant; neglexiſſe verò virtutem filios docere, cùm ſine ſumtibus res fieri poſſet. Abſurdum eſt enim ſumtus facere in magiſtros, qui res exigui momenti doceant; negligere verò ea docere, quæ maximè debent fieri, etiamſi poſſunt ſine ullis ſumtibus addiſci. *Plato* habet: Οὐκοῦν δῆλον ὅτι οὐκ ἄν ποτε, ἃ μὲν ἔδει δα-

ΕΙΚΟΣ γε. ΑΛΛΑ γὰρ ἴσως ὁ Θουκυδίδης φαῦλος ἦν, καὶ οὐχὶ ἦσαν αὐτῷ πλεῖστοι φίλοι Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων. καὶ οἰκίας ἦν μεγάλης καὶ ἐδύνατο μέγα ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν· ὥς εἴπερ ἦν τοῦτο διδακτὸν, ἐξεῦρεν ἂν ὅστις αὐτῷ ἔμελλε τοὺς υἱεῖς ἀγαθοὺς ποιήσειν, ἢ τῶν ἐπιχωρίων, ἢ τῶν ξένων, εἰ αὐτὸς μὴ ἐσχόλαζε, διὰ τὴν τῆς πόλεως ἐπιμέλειαν. ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἑταῖρε, μὴ οὐκ ᾖ διδακτὸν ἡ ἀρετή.

ΟΥΚ ἴσως.

ι. ΑΛΛΑ δὴ, εἰ μὴ διδακτόν ἐστιν, ἆρα φύσει φύονται οἱ ἀγαθοί; καὶ τοῦτο τῇδέ πῃ σκοποῦντες ἴσως ἂν εὕροιμεν. φέρε γάρ, εἰσὶν ἡμῖν φύσεις ἵππων ἀγαθῶν; ΕΙΣΙΝ. ΟΥΚΟΥΝ εἰσὶ τινὲς ἄνθρωποι τέχνην ἔχοντες, ᾗ τὰς τῶν ἵππων τῶν ἀγαθῶν φύσεις γινώσκουσι, καὶ κατὰ τὸ σῶμα πρὸς δρόμον, καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν, οἵτινές τε θυμοειδεῖς καὶ ἄθυμοι; ΝΑΙ. ΤΙΣ οὖν αὕτη ἡ τέχνη; ἔστι τί ὄνομα αὐτῇ; ΙΠΠΙΚΗ. ΟΥΚΟΥΝ καὶ περὶ τοὺς κύνας ὡσαύτως ἔστι τίς τέχνη, ᾗ τὰς ἀγαθὰς καὶ τὰς κακὰς φύσεις τῶν κυνῶν διακρίνουσιν; ΕΣΤΙ. ΤΙΣ αὕτη; Η κυνηγετική. ΑΛΛΑ μὴν καὶ περὶ τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον εἰσὶν ἡμῖν δοκιμασταὶ, οἵτινες ὁρῶντες κρίνουσι τό, τε βέλτιον, καὶ τὸ χεῖρον; ΕΙΣΙ. ΤΙΝΑΣ οὖν τούτους καλεῖς; ΑΡΓΥΡΟΓΝΩΜΟΝΑΣ.

KAI

δαπανώμενον διδάσκειν, ταῦτα μὲν ἐδίδαξε τοὺς παῖδας τοὺς αὐτοῦ, οὗ δὲ οὐδὲν ἔδει ἀναλώσαντα, ἀγαθοὺς ἄνδρας ποιῆσαι, ταῦτα δὲ οὐκ ἐδίδαξεν εἰ διδακτὸν ἦν. In iis verbis prima negatio οὐκ mutanda in οὗ, *ubi*, quemadmodum & hîc apud *Æschinem*; deinde ex nostro mutandum οὗ in οἷ, *sibi*, hoc modo: οὗ ἄν ποτε οἷ μὲν ἔδει, & iterumhîc, οὗ δὲ οὐδὲν: *Scilicet, ubi eum oportebat sumtus facientem docere, ea quidem docuit filios* suos; *ubi verò nihil insumendum erat, ut viros bonos eos faceret, hæc non docuit, si poterant doceri!* Res videtur manifesta. De filiis Thucydidis, idem dicendum quod de superioribus antea observavimus.

10. Φύσει φύονται] Hoc est, nascuntur. Non nascuntur quidem ipsâ virtute ornati, sed iis ejus

Pag. 35.

Nec verò dicere liceat teſtem hunc eſſe vilem, aut longè à rebus remotum, aut nos confugere ad hoc ipſum nomen. Verùm ſi, ut liberi, ita quoque ſocii genuini ſunt dicendi, Æſchinem Socratis eſſe adſumſimus. Quorumdam etiam falſa id teſtatur opinio, qui ſcripta hæc ipſius Socratis eſſe exiſtimarunt; quibus ſi non prorſus credendum ſit, quod ego primus numquam dixerim; non tamen, ſine omni ratione, hic error exortus eſt. Sed ſic hæc Socratis ingenio propria & convenientia credita ſunt, ut huic etiam opinioni ſit locus. Videtur verò mihi & Socrates ipſe, quamvis nullus ſermo ejus ſit ſcriptis ſervatus, non minùs quàm gravis Plato, aut elegans Æſchines teſtari. 7

Idem Orat. Platonicâ II. p. 363.

Videamus ergo qualia Æſchines Socratis quidem ſodalis, Platonis verò condiſcipulus, de Themiſtocle nobis dicat. *Quoniam igitur Themiſtoclis auſus es vitam carpere, vide qualem virum caſtigare volueris. Itaque cogita unde Sol oriatur & ubi occidat. ATQUI non eſt difficile, inquit, Socrates, talia ſcire. JAM igitur aliquando tibi in mentem venit regioni tantæ, quantam ſol perambulat, quæ Aſia dicitur, unum imperare virum? NEM-* 8

Reipublicæ cupidus, & à Socrate diſſuaſus, ut in *Platonis Alcibiade* priore, eò quòd nondum ullam peritiam rerum ad Reipublicæ adminiſtrationem pertinentium conſequutus, ſatis rectè ejuſmodi munere fungi poſſet; videtur, inquam, Alcibiades oſtendere voluiſſe Themiſtoclem nequaquam paratiorem ad Rempublicam acceſſiſſe, nec propterea minùs felicem, favente Fortunâ, fuiſſe; unde colligebat nihil vetare quominùs & ipſe Themiſtoclis veſtigia, Diis fretus,

„ ΟΙΣΘΑ γὰρ ὅτι ἐκεῖνος ἐςράτευσε δεῦρο, καὶ ἐπὶ
„ Λακεδαιμονίους ἡγεμὼν, εἰ τούτω τὼ πόλεε κατα-
„ στρέψαιτο, ῥᾳδίως τοὺς τε ἄλλους Ἕλληνας ὑπηκόους
„ αὐτῷ ἔσεσθαι. καὶ οὕτως εἰς φόβον Ἀθηναίους κατέστη-
„ σεν, ὥςε ἐκλιπόντες τὴν χώραν εἰς Σαλαμῖνα ἔφυγον,
„ ἑλόμενοι Θεμιςοκλέα ςρατηγὸν, καὶ ἐπέτρεψαν ὅ, τι
„ βούλοιτο τοῖς ἑαυτῶν πράγμασι χρήσασθαι. καὶ δὴ αὗ-
„ ται μέγισαι ἐλπίδες ἦσαν Ἀθηναίοις τῆς σωτηρίας,
„ ἅττα ἂν ἐκεῖνος ὑπὲρ αὐτῶν βουλεύσαιτο. καὶ οὐ
„ τούτου γ' ἕνεκα Θεμιςοκλῆς τοῖς παροῦσιν ἠθύμησεν,
„ ὅτι πλήθει νεῶν τε καὶ πεζῶν καὶ χρημάτων τὰ τῶν Ἑλ-
„ λήνων πράγματα πολὺ ἐλείπετο, τὰ δὲ βασιλέως
„ περιεῖχεν, ἀλλ' ᾔδει ὅτι εἰ μὴ αὐτοῦ τὸ βουλεύεσθαι
„ ἐκείνοις περιέσαι, τάγε ἄλλα αὐτῶν τοσαῦτα ὄντα τὸ
„ μέγεθος, οὐδὲν μέγα ὠφελήσει. καὶ τοῦτο ἐγνώκει ὅτι
„ ὁποτέρων ἂν οἱ ἐφεςῶτες τοῖς πράγμασι σπουδαιότεροι
„ ἐν ἀρετῇ ἄνθρωποι ὦσι, τούτων καὶ αὐτῶν τὰ πράγ-
„ ματα κρείττω εἴωθε γίνεσθαι. καὶ τότε ἄρα βασιλεὺς
„ ᾔσθετο τὰ ἑαυτοῦ πράγματα ἀσθενέστερα ὄντα, ᾗ ἡμέρᾳ
„ ἀνδρὶ ἑαυτοῦ σπουδαιοτέρῳ ἐνέτυχεν. ὁ δὲ οὕτω ῥᾳδίως
„ τηλικαῦτα ὄντα τὰ ἐκείνου μεταχειρίσατο, ὥςε ἐπειδὴ
„ αὐτὸν κατεναυμάχησε, λῦσαι τὴν σχεδίαν, ἣν ἔζευξε
„ βασιλεὺς, πεῖσαι Ἀθηναίους ἐβουλήθη. ἐπειδὴ δὲ οὐκ
„ ἐδύνατο, βασιλεῖ ἔπεμψε τἀναντία τοῖς ὑπὸ τῆς πό-
„ λεως δεδογμένοις, ὅτι, κελευόντων Ἀθηναίων λῦσαι τὴν
„ σχεδίαν, αὐτὸς ἐναντιοῖτο σῶσαι βασιλέα καὶ τοὺς μετ'
„ ἐκείνου πειρώμενος. ὥς' οὐ μόνον ἡμεῖς οὐδ' οἱ ἄλλοι
„ Ἕλληνες αἴτιον τῆς σωτηρίας Θεμιςοκλέα ἡγούμεθα
„ εἶναι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ὁ καταπολεμηθεὶς
„ ὑπ'

tus, sequeretur; quod tamen nolebat Socrates, & quidem meritò.

Ἀλλ' οὐδὲν] Verba sunt Alcibiadis, quæ proinde voculâ majusculis litteris scriptâ inchoari curavimus, ut & sequentia Socratis, & sic porrò, pro more nostro; quo, in *Æschinis* Dialogorum personis distinguendis, usi sumus.

Τούτω τὼ πόλεε] Athenas & Lacedæmonem.

Ἐκλιπόντες τὴν χώραν] Eam histo-

NEMPE, Regem Magnum, inquit. NOSTI igitur illum exercitum huc duxiſſe & contra Lacedæmonios: quòd putaret facilè, poſtquàm duas haſce urbes (Athenas & Spartam) *ſubegiſſet, alios etiam Græcos ſibi pariturος. Sic terruit Athenienſes, ut, relictâ regione, in Salaminem fugerent, electo Themiſtocle duce; cui permiſerunt rebus ſuis, ut liberet, uti. Maxima hæc ſpes ſalutis Athenienſibus erat, quæcumque ille pro ipſis conſilia cepiſſet. Neque propterea Themiſtocles præſentibus diffiſus animum deſpondit, quia multitudine navium, pedeſtrium copiarum & pecuniarum, res Græcorum multò inferiores, Regis verò ſuperiores erant. Sed norat niſi regii conſilium ſuum ſuperarent, reliquas eorum res, quantævis eſſent magnitudinis, non admodum profuturas. Hoc quoque norat, quorum rebus præfecti ſtudioſiùs virtutem colerent homines, eorum res meliùs ſuccedere ſolere. Tunc certè etiam Rex res ſuas infirmiores eſſe ſenſit, quo die in virum ipſo virtutis ſtudioſiorem incidit. Ille verò tam facilè res illius tantas evertit; ut, poſtquàm eum navali prælio ſuperaſſet, conatus ſit Athenienſibus perſuadere, ut diſſolverent pontem navium, quo Rex Helleſpontum junxerat. Cùm verò non potuiſſet perſuadere, ad Regem contraria miſit eorum, quæ erant à civitate decreta; ſe Athenienſibus, jubentibus ſolvere pontem, adverſari, ut Regem, eóſque, qui cum ipſo erant, ſervare conaretur. Quamobrem non tantùm nos, aut ceteri Græci auctorem ſalutis Themiſtoclem exiſtimamus eſſe; ſed & ipſe Rex, qui fuit ab eo victus, à ſolo illo*

hiſtoriam pluribus tradit *Herodotus* Lib. VIII.

Αὗται μέγισται ἐλπίδες ἦσαν] Hæc, quaſi ex Alcibiade *Æſchinis*, laudat *Priſcianus* Lib. XVII. col. p. 1101. Editionis Putſchianæ: *Æſchines ἐν τῷ Ἀλκιβιάδῃ, ὑπὲρ Θεμιστοκλέους· αὗται μέγισται ἐλπίδες ἂν* (hinc emenda *ἦσαν*) *Ἀθηναίοις περὶ* (omitte hanc particulam) *τῆς σωτηρίας, ἅστα* (lege hinc *ἅττα*) *ἂν ἐκεῖνος περὶ* (hîc *ὑπὲρ*) *ἐκείνων* (hîc *αὐτῶν*) *βουλεύσαιτο.*

 Hinc

,, ὑπ' αὐτοῦ, ὑπὸ μόνου ἀνθρώπων ἐκείνου ᾤετο σεσῶ-
,, σθαι· τοσοῦτον αὐτοῦ ἐκεῖνος τῷ φρονεῖν περιεγένετο.
,, τοιγάρτοι φυγάδι ποτὲ αὐτῷ τῆς πόλεως γενομένῳ, ὡς
,, σεσωσμένος ὑπ' αὐτοῦ χάριν ἀπέδωκε. καὶ ἄλλα τε
,, πολλὰ δῶρα ἐδωρήσατο, καὶ Μαγνησίας ὅλης ἀρχὴν
,, ἔδωκεν. ὥστε καὶ φυγόντος αὐτοῦ τὰ πράγματα μεί-
,, ζω ἦν, ἢ πολλῶν Ἀθηναίων καὶ καλῶν, καὶ ἀγα-
,, θῶν δοκούντων εἶναι οἴκοι μενόντων. Τίς ἂν οὖν ἐκεί-
,, νῳ τῷ χρόνῳ δικαίως αἰτίαν ἔχοι μέγιστον δύνασθαι
,, ἄλλος, ἢ Θεμιστοκλῆς; ὃς τὸν ἀφ' ἡλίου ἀνίσχοντος
,, μέχρι ἡλίου δυομένου βασιλεύοντα, στρατηγήσας τῶν
,, Ἑλλήνων, κατεστρέψατο. ἐνθυμοῦ οὖν, ἔφην ἐγὼ, ὦ
,, Ἀλκιβιάδη, ὅτι ἐκείνῳ τοιούτῳ ὄντι οὐχ ἱκανὴ ἐπιστή-
,, μη τοσαύτη οὖσα ἐγένετο, ὥστε φυλάξασθαι μὴ ἐκπε-
,, σεῖν, μηδὲ ἀτίμῳ ὑπὸ τῆς πόλεως γενέσθαι, ἀλλ' ἐνε-
,, δέησε. τί οὖν οἴει τοῖς τε φαύλοις τῶν ἀνθρώπων καὶ ἐν
,, μηδεμιᾷ ἐπιμελείᾳ ἑαυτῶν οὖσιν; οὐ θαυμαστὸν εἰ καὶ
,, τὰ μικρὰ δύνανται κατορθοῦν; καὶ μηδέν γέ μου, ἦν
,, δ' ἐγὼ, ὦ Ἀλκιβιάδη, καταγνῷς ὡς πρὸς τὰς τύ-
,, χας καὶ τὰ θεῖα πράγματα ἀλλοκότως καὶ ἀθέως
,, ἔχοντος, εἰ προστίθημι ἐπιστήμην πάντων ὧν ἔπραττ-
,, τε, καὶ μηδεμίαν οἴομαι τύχην αἰτίαν τούτων τῶν ἔρ-
,, γων γεγενῆσθαι· πολὺ γὰρ ἂν ἐγώ σοι μᾶλλον ἔχοιμι ἀ-
,, ποδεῖξαι τοὺς τἀναντία ἐμοὶ δοξάζοντας ἀθέως ἔχον-
,, τας ἢ ἐκεῖνοι ἐμέ· οἵτινες ἐξ ἴσου οἴονται τοῖς τε πο-
,, νηροῖς, καὶ τοῖς χρηστοῖς τὰς τύχας γίγνεσθαι, ἀλλὰ
,, μὴ τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς, εὐσεβεστέροις γε οὖσιν, ἀ-
,, μείνω τὰ παρὰ τῶν θεῶν ὑπάρχειν.

Καί

Hinc liquidum fit, quod res ipsa etiam suadet, desumtum hunc esse ab *Aristide* locum ex Alcibiade *Æschinis*. Qui cùm vitiosè proferatur, nos monet ne facilè ex vitiosis citationibus, conjecturarum machinis, ipsa Auctorum verba elicere nos posse speremus; quod tamen nonnulli audacissimè nunc factitant.

Ὁ δὲ οὔπω ῥᾳδίως &c.] Hæc omnia eò spectant, ut liqueat Themistoclem non temerè & casu, sed sapientiâ & arte, Persis superiorem fuisse; ex quo se-

illo hominum putabat ſe ſervatum eſſe ; tantùm hic illi prudentia præſtabat! Ideóque cùm in exſilium ab hac urbe miſſus eſſet, quaſi ab eo ſervatus gratiam retulit, & cùm alia multa dona in eum contulit , tum etiam totius Magneſiæ imperium ei dedit; ita ut exſulis res potiores eſſent, quàm multorum Athenienſium, qui egregii viri habebantur & domi manſerant. Quis igitur, illo tempore, alius jure cauſam habuit credendi ſe plus poſſe , quàm Themiſtocles; qui regnantem à ſole oriente ad ſolem occidentem, cùm eſſet dux Græcorum, vicit? Hoc igitur, inquiebam, cogita, ô Alcibiades, ei, qui talis erat, tantam rerum peritiam non ſuffeciſſe, ut ſibi caveret, ne ejiceretur, néve honoribus ab urbe ſpoliaretur, ſed mancam fuiſſe. Quid ergo putas levibus hominibus, & qui nullam ſui curam gerunt, accidere? Nonne mirum ſit, ſi vel res parvas poſſint perficere? Neque verò, inquam ego, me damnes quaſi de fortuna & rebus divinis abſurdè, aut ut athei ſolent ſentiam; ſi ei tribuam ſcientiam eorum quæ fecit, nullámque fortunam putem rerum harum geſtarum cauſam fuiſſe. Multò faciliùs tibi oſtendere poſſim eos, qui mihi contraria ſentiunt, magis eſſe atheorum ſententiæ adfines, quàm me illi poſſint; qui putant ſucceſſus fortunatos malis æquè ac bonis contingere; nec probis, boniſque, qui ſunt pietati addictiores, à Diis profecta auxilia eſſe.

Ibid.

ſequebatur Alcibiadem fruſtra ejus res geſtas Fortunæ adſcripſiſſe, fruſtráque voluiſſe imparatum Rempublicam capeſſere.

Λῦσαι τὴν σχεδίαν] Vide *Herodotum* Lib. VIII. c. 110.

"Εφην ἐγώ] Narrabat, nimirum, Socrates Dialogum à ſe cùm Alcibiade habitum; quod & apud *Platonem* alibi factitat.

Οὐχ ἱκανὴ ἐπιστήμη τοσαύτη] Hæc eò pertinebant, ut intelligeret Alcibiades, quæ mala prudentiſſimi viri à populo Athenienſ., poſt magnas res geſtas, paſſi eſſent; ideóque hominis imperiti cupiditatem capeſſendæ Reipublicæ coërcerent,

Αὐτόθι σελ. τξζ.

θʹ Καί μὴν ἐξ ἴσου μὲν ἔγωγ' οὐδέποτ' ἂν θείην Αἰσχίνην Πλάτωνι, μήποτε οὕτω φιλονεικήσαιμι. ἀλλ' ἀφείσθω τοῖς ἀτόποις τῶν Σοφιστῶν ἡ κρίσις αὕτη, φημὶ δὲ ὅσῳ μείζων καὶ τελεώτερος Πλάτων εἰς λόγους, τοσούτῳ μᾶλλον ὑπέρ γε Θεμιστοκλέους ἐκεῖνα προσήκει δέχεσθαι. τὰ μὲν γὰρ ἃ ἤκουσεν εἰκὸς λέγειν, ἢ ὅτι ἐγγυτάτω ἐκείνων· ὁ δὲ τῆς φύσεως, οἶμαι, κέχρηται τῇ περιουσίᾳ, ὥσπερ καὶ ἄλλα μυρία δήπου διεξέρχεται ἐπὶ τῷ Σωκράτους ὀνόματι, περὶ ὧν ὁμολογεῖται μηδὲν ἐκεῖνον πραγματεύεσθαι.

Ἀθήναιος Δειπνοσ. Βιβ. έ. σελ. σκ'.

ιʹ Πεφύκασι δὲ οἱ πλεῖστοι τῶν Φιλοσόφων, τῶν Κωμικῶν κατήγοροι μᾶλλον εἶναι. εἴγε καὶ Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς ἐν

rent, quippe qui se in manifestum periculum conjiceret.

Ἀθέως ἔχοντος] Quasi, nempe, omnia tribueret prudentiæ humanæ, divinique auxilii necessitatem negaret. Neque enim est prudentia cum divino favore ἀσύστατος.

9. Περὶ ὧν ὁμολογεῖται] Talia multa Physica & Metaphysica, ex *Heraclito* & *Pythagora* petita, aut à *Platone* ipso inventa, de quibus agere non solebat Socrates, & de quibus tamen colloquentem eum inducit.

10. Κριτόβουλον &c.] Mortui fortè erant Critobulus & Telauges, cùm hæc scripsit *Æschines*, reique reverâ erant eorum, quorum sunt insimulati, & pravi exempli. Quamobrem res exprobrari fortè non debuit *Æschini*, præsertim ironicè vituperanti. Sed *Naucratita* Philosophis interdum est iniquior.

Ἐπ' ἀμαθίᾳ] Observat *Casaubonus*, ad *Athenæi* hunc locum, Græcos adpellasse ἀμαθῆ, non illum tantùm qui est indoctus, & litteras nescit; sed eum etiam, qui est moribus impolitis & scævis, atque inhumanis. Litteræ enim, ut rectè animadvertit vir summus, nisi, ut est vetus dictum, discantur ἀπ' ὀρθῶν, humanitatem nos docent, & mores non sinunt esse feros. Sic accipiendum hîc esse putat nomen ἀμαθῆ.

Τὸν δὲ Τηλαυγῆν αὐτὸν &c.] Objicit, ait idem vir magnus, sordidam vitam & animum illiberalem. Notam illiberalitatis adfert quòd forensi veste carens à fullone utendam sume-

re

Ibid. p. 367.

Attamen ego quidem Platoni æquiparare Æschinem nolim, numquam ita contendere queam. Verum ineptis Sophistis id permittatur judicium. Aio autem, quò major & consummatior in oratione est Plato; hoc magis illa pro Themistocle admitti oportere. Nam hic (*Æschines*) quidem quæ audivit, aut iis proxima, videtur dicere; ille verò, eximio, ut puto, utitur ingenio, & alia multa sub nomine Socratis persequitur, de quibus constat eum nihil disputasse. 9

Athenæus Dipnos. Lib. V. p. 220.

Plerique Philosophorum aptiores sunt ad maledicendum, quàm Comici. Siquidem & Æschines Socra- 10

re solitus esset, pactus cum illo de diurna mercede, quam deberet pendere. Sæpe fullones hac fraude, inquit, usi, ut traditis sibi ad poliendum vestimentis, in quæstum suum, abuterentur. Si quis verba *Æschinis* interpretari malit de veste honestiore, ad festorum celebrationem, quàm de forensi quotidiana, per me licet; minùs tamen probabile est, quotidie à fullone vestem conduxisse Telaugen. Hæc *Casaubonus*, quæ, ut videtur, non satis cohærent. Telauges, si quando paullò elegantiore pallio indigeret, mutuum sumebat à fullone, certam pactus mercedem in singulos dies, quibus eo usurus esset: quia nullam ejusmodi vestem domi habebat.

Κωδίῳ δ' ἐζωσμένον] Ait, inquit *Casaubonus*, solitum præcingi pellibus lanatis. Κώδιον Græcis est δέρμα σὺν τοῖς ἐρίοις. Pauperes & mendici ita amiciebantur, nec non operæ rusticæ, ut alibi dicebamus. Utebantur his etiam, pro veste stragula. In Equitibus *Aristophanes* traducit τὸ τῆς Κρατίνου κώδιον. Adfinia sunt κώδιον & θύλακος; nam & θύλακος scorteum, vel pelliceum saccum significat, aut aliud sacco simile. Comicus θυλάκους adpellavit Persarum braccas è pellibus. Æschines igitur, ut κώδια: sic & θυλάκους Telaugi adtribuebat, quod cognoscimus ex alio *Demetrii* Phalerei (Scriptoris, ut putabat, libri περὶ ἑρμηνείας) loco; χρήσονταί ποτε καὶ οἱ φρόνιμοι γελοίοις πρός τε τοὺς καιροὺς· οἷον ἐν ἑορταῖς καὶ ἐν ἐπιπλήξεσι καὶ πρὸς τοὺς τρυφερωτέρους, ὡς ὁ Τηλαυγῆς θύλακος.

 Le-

ἐν μὲν τῷ Τηλαύγει Κριτόβουλον τὸν Κρίτωνος ἐπ' ἀμαθίᾳ καὶ ῥυπαρότητι βίου κωμῳδεῖ. τὸν δὲ Τηλαύγην αὐτὸν ἱματίου μὲν φορήσεως καθ' ἡμέραν ἡμιωβόλιον κναφεῖ τελοῦντα μισθὸν, κῳδίᾳ δὲ ἐζωσμένον καὶ τὰ ὑποδήματα σπαρτίοις ἐνημμένον σαπροῖς· καὶ Τελέσαντα τὸν ῥήτορα οὐ μετρίως διαγελᾷ· ἐν δὲ τῇ Ἀσπασίᾳ Ἱππόνικον μὲν τὸν Καλλίου κοάλεμον προσαγορεύει· τὰς δὲ ἐκ τῆς Ἰωνίας γυναῖκας συλλήβδην μοιχάδας καὶ κερδαλέας. ὁ δὲ Καλλίας αὐτοῦ περιέχει τὴν τοῦ Καλλίου πρὸς τὸν πατέρα διαφορὰν καὶ τὴν Προδίκου καὶ Ἀναξαγόρου τῶν Σοφιστῶν διαμώκησιν. λέγει δὲ ὡς ὁ μὲν Πρόδικος Θηραμένην μαθητὴν ἀπετέλεσεν. ὁ δ' ἕτερος Φιλόξενον τὸν Ἐρύξιδος καὶ Ἀριφράδην τὸν ἀδελφὸν Ἀριγνώτου τοῦ Κιθαρῳδοῦ. θέλων δὲ τὴν τῶν δηλωθέντων μοχθηρίας καὶ περὶ τὰ φαῦλα λιχνείας ἐμφανίσαι τὸν παιδευσάντων διδασκαλίαν. ἐν δὲ τῷ Ἀξιόχῳ πικρῶς Ἀλκιβιάδου καταρέχει, ὡς οἰνόφλυγος καὶ περὶ τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας σπουδάσαντος.

Ὁ

Lego ὁ Τηλαυγοῦς θύλακος. Non dubium est intelligi hunc *Æschinis* Dialogum, de quo etiam sub finem ea scribuntur, quæ paullò antè protulimus.

Καὶ τὰ ὑποδήματα σπαρτίοις ἐνημμένον σαπροῖς] Vertit *Casaubonus*, *& calceamenta gestantem contexta è funiculis corruptis*, eúmque locum alibi se exposuisse ait ubertim. Verùm ἐνημμένος τὰ ὑποδήματα σπαρτίοις σαπροῖς est ad verbum, *vinctus calceos putridis funiculis*; hoc est, qui sic avarus erat, aut sordidus, ut putridis funiculis vinciret calceos. Vide Fragm. 2. Δεισιδαίμονος *Menandri*. Non negandum ceteroquin ἐνημμένον *indutum* esse, sed constructio eum sensum respuit.

Καὶ Τελέσαντα &c.] Pone, inquit *Casaubonus*, τελείαν στιγμὴν post σαπροῖς, & sequentia sic scribe: καὶ Τελέσαντα τὸν ῥήτορα οὐ μετρίως διαγελᾷ. Qui non animadverterunt vocabulum Τέλεσαντα aliter hîc accipi debere, quàm vulgò usurpatur, mentem Auctoris videre non poterant. Est verò *Telesas* alicujus oratoris, vel rhetoris inepti nomen, cujus imperitiam castigarat ridendo *Æschines*. Sic autem Græci multa participia, modò præsentis, modò indefiniti temporis, in propria nomina verterunt; cujusmodi sunt ista, ut de multis pauca referam: *Ararus* (ἀραρὼς enim) *Alexamenus*, *Dexamenus*, *Tisamenus*, *Cassamenus* (reperies apud

craticus, in Telauge, Critobulum, Critonis filium, propter inſcitiam & ſordes vitæ, exagitat. Telaugen verò ipſum ait pallii causâ, quod gereret, quotidie ſemiobolum mercedem ſolviſſe, pelle cinctum fuiſſe, & calceos funiculis putribus vinxiſſe. Teleſantem etiam rhetorem non parum irridet. In Aſpaſia verò, Hipponicum quidem, Calliæ filium, *coalemum* vocat; mulieres autem ex Ionia universè mœchas & quæſtuarias. Callias ejus complectitur Calliæ cum patre diſſidium, Prodicique & Anaxagoræ Sophiſtarum irriſionem. Ait Prodicum Theramenem diſcipulum feciſſe; alterum verò (*Anaxagoram*) Philoxenum, Eryxidis filium, & Ariphraden, Arignoti Cytharœdi fratrem; cùm vellet ex memoratorum nequitia & ſtudio, circa res pravas, oſtendere quæ fuiſſet magiſtrorum doctrina. In Axiocho Alcibiaden traducit perquàm acerbè, ut vinoſum, & alienarum uxorum cupidum.

Idem

pud *Parthenium* hoc nomen) *Sozomenus*, *Epamynon*, *Paraballon* & *Parabrycon*. Hæc *Caſaubonus*, quæ integra protuli, ut nonnemo, cujus nomine non conſpurcabo chartas, intelligat non fuiſſe cur reprehenderet Θεοσάρβρον pro nomine proprio à nobis ſumtum, in lacero *Heſiodi* fragmento, quaſi abſurdum hoc eſſet. Atqui non ita intellexit, inquies, *Apollonii* Scholiaſtes, unde deſumtum eſt. Sed jam liquet non abſurdè hoc habitum nomen proprium, quod homo imperitus acerbiſſimè carpſit; nec an rectè Scholiaſtes id intellexerit, conſtat.

Θέλων ἀπὸ τοῦ τῶν δηλωθέντων &c.] Novum & inſolens auribus meis loquendi genus, ἢ περὶ τὰ φαῦλα λιχνεία. Sed puto aliter ſcriptum priùs fuiſſe. Imò verò legendum eſt omnino: ἀπὸ τοῦ τῶν δηλωθέντων μοχθηρίας καὶ περὶ τὰ φαῦλα σπουδῆς καὶ λιχνείας. Prodici & Anaxagoræ tres diſcipulos nominarat, & exagitarat *Æſchines*, Theramenem, Philoxenum, Ariphradem; eâ fine, inquit *Athenæus*, ut ex diſcipulorum moribus de præceptorum doctrina fieret judicium. In quo feciſſe *Æſchinem* improbè negare non poſſumus. Neque enim æquum, aut fas eſt, ut τὰ τῶν ὁμιλητῶν ἁμαρτήματα τῶν προεστηκότων ſint κατηγορήματα: ſicut præclarè adversùs *Platonem* diſputat *Ariſti-*

Ὁ αὐτὸς βιβλ. ιγ΄. σελ. χιά.

ιά Οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν Φιλοσόφων καλουμένων ἀφιλοσοφώτερον· τίς γὰρ ἤλπισεν Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν τοιοῦτον γεγενῆσθαι τοὺς τρόπους, ὁποῖον φησὶ Λυσίας ὁ Ῥήτωρ, ἐν τοῖς τῶν συμβολαίων λόγοις; ὃν ἐκ τῶν φερομένων ὡς αὐτοῦ διαλόγων θαυμάζομεν ὡς ἐπιεικῆ καὶ μέτριον, πλὴν εἰ μὴ ὡς ἀληθῶς τοῦ σοφοῦ Σωκράτους ἐστὶ συγγράμματα, ἐχαρίσθη δὲ αὐτῷ ὑπὸ Ξανθίππης τῆς Σωκράτους γυναικὸς, μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον, ὡς οἱ ἀμφὶ τὸν Ἰδομενέα φασίν. ἀλλ᾽ ὅ γε Λυσίας ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ λόγῳ οὑτωσὶ, πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν χρέους· (ἀπομνημονεύσω δ᾽ ἐγὼ, εἰ καὶ πολλά ἐστι τὰ λεχθέντα, διὰ τὸ βρένθον ὑμῶν τὸ πολὺν, ὦ Φιλόσοφοι) ἄρχεται δὲ οὕτως ὁ Ῥήτωρ.

„ Οὐκ ἄν ποτ᾽ ᾠήθην, ἄνδρες δικασταὶ, Αἰσχίνην
„ τολμῆσαι οὕτως αἰσχρὰν δίκην δικάσασθαι, νομίζων
„ οὐκ ἂν ῥᾳδίως αὐτὸν ἑτέραν ταύτης συκοφαντωδεστέραν
„ ἐξευρεῖν. οὗτος γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὀφείλων ἀρ-
„ γύριον ἐπὶ τρισὶ δραχμαῖς Σωσίμῳ τῷ τραπεζίτῃ
„ καὶ Ἀριστογείτωνι, προσελθὼν πρὸς ἐμὲ ἐδεῖτο μὴ
περι-

des Sophista, in ea quam vocat κοινὴν ἀπολογίαν. Ceterùm ex Comicis & aliis Scriptoribus Græcis nota sunt Eruditis trium illorum diversi generis vitia. Theramenes, cognomento *Cothurnus*, varius, inconstans & versipellis; Philoxenus non gulosus, sed mera gula & ingluvies; Ariphrades, testimonio Aristophanis in Equitibus, nequam, impurus & infando Lesbiorum morbo infamis. Omnia hæc verbo indicavit *Athenæus*; μοχθηρίαν refer ad Theramenem; τὴν περὶ τὰ φαῦλα σπουδὴν ad Ariphradem; λιχνείαν ad Philoxenum. Hæc *Casaubonus*

Ἐν Ἀξιόχῳ] Nihil simile exstat in Dialogo III. *Æschinis*. qui eo nomine inscribitur, nec ad alium auctorem referri posse videtur, usque adeò Socraticâ elegantiâ est condîtus. Crediderim legendum ἐν Ἀλκιβιάδῃ, aut memoriâ hîc, ut sæpe aliàs, peccasse *Athenæum*; nisi velimus duos fuisse *Æschinis* Dialogos eodem nomine inscriptos.

Σπουδάσαντος] Ipsa constructio ostendit manifestò sic esse legendum, non σπουδάσαντες,
ut

Idem Lib. XIII. p. 611.

Iis, qui Philoſophi vocantur, nihil eſt minùs philoſophum. Quis enim crediſſet Æſchinem Socraticum iis moribus fuiſſe, quales ait Lyſias Rhetor in orationibus de mutua accepta pecunia? Quem ex iis, qui quaſi ejus circumferuntur, dialogis miramur, quaſi æquum & modeſtum; niſi fortè ſcripta illa verè ſint Socratis ſapientis, datáque ei fuerint à Xanthippa Socratis uxore, poſt ejus mortem, ut etiam Idomeneus dixit. Ergo Lyſias, in oratione ſic inſcripta: de ære alieno, contra Æſchinem Socraticum (memorabo autem ego, quamvis multa ſint dicta, propter multum veſtrum faſtum, ô Philoſophi) ſic autem exorditur Rhetor: *Numquam, Judices, futurum putaſſem, ut auderet Æſchines in tam turpem cauſam deſcendere; cùm aliam non arbitrarer facilè eum poſſe invenire calumniâ magis refertam. Hic enim, Judices, cum Soſimo & Ariſtogitoni menſariis argenti drachmas tres deberet, me convenit, & orat ne ſe ob fœnora fortunis jam deturbatum ſpernerem. Exercebo autem, inquit, artem un-* 11

ut jubebat nos legere *Caſaubonus*, in *Athenæi* Lib. III. c. xx. p. 247. Aliud agebat vir ſummus, cui propterea tamen non decet conviciari, quòd ſolœciſmum in *Athenæi* verba intrudere, invitâ Grammaticâ, voluerit. Defatigatæ adtentionis hoc eſt παρόραμα, quod *Phileleutherus* aliquis otioſus, aut *Giton* maledicus ei objiciat; non qui meminerit, in longo opere, fas eſſe dormitare, videritque omnibus talia contingere, quòd rarò liceat quæ eduntur uſque adeò emendare.

11. Τίς γὰρ ἤλπισεν &c.] Malim, vel propter Socratem, honoriſque ejus causâ, credere ſuppoſitam hanc Lyſiæ fuiſſe orationem; quàm *Æſchinem*, omnibus laudatum, tot flagitiorum reum eſſe factum; cùm præſertim, ut antea vidimus, *Æſchines* dicatur Prodici & Anaxagoræ diſciplinam, ex pravis diſcipulorum moribus, infamare adgreſſus eſſe. Facilè enim in eum quæcumque dixerat retorqueri potuiſſent. Quanta in fingendo, ſupponendóque Librariorum, Falſariorúmque audacia olim fuerit nemo neſcit.

13. Ἐρα-

„ περιιδεῖν αὐτὸν διὰ τοὺς τόκους ἐκ τῶν ὄντων ἐκπεσόντα.
„ καταϲκεδάσομαι δὲ, ἔφη, τέχνην μυρεψικὴν, ἀφορμῆς δὲ δέομαι, καὶ οἴσω δέ σοι ἐννέα ὀβολοὺς τῆς μνᾶς
„ τόκους.

κβ΄ Ἑξῆς δὲ τούτοις ὁ Ῥήτωρ τάδε λέγει· „ πεισθεὶς δ' „ ὑπ' αὐτοῦ τοιαῦτα λέγοντος, καὶ ἅμα οἰόμενος τοῦ„ τον Αἰσχίνου Σωκράτους γεγονέναι μαθητὴν, καὶ περὶ „ δικαιοσύνης καὶ ἀρετῆς πολλοὺς καὶ σεμνοὺς λέγοντα λό„ γους, οὐκ ἄν ποτε ἐπιχειρῆσαι οὐδὲ τολμῆσαι ἅπερ οἱ „ πονηρότατοι καὶ ἀδικώτατοι ἄνθρωποι ἐπιχειροῦσι πράτ„ τειν. καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν καταδρομὴν αὐτοῦ ποιησάμενος, ὡς ἐδανείσατο, ὡς οὔτε τόκους, οὔτε ἀρχαῖον ἀπεδίδου. καὶ ὅτι ὑπερήμερος ἐγένετο, γνώμῃ δικαστηρίῳ ἐρήμην καταδικασθεὶς, καὶ ὡς ἠνεχυράσθη οἰκέτης αὐτοῦ στιγματίας.

κγ΄ Καὶ πολλὰ ἄλλα κατειπὼν αὐτοῦ, ἐπιλέγει ταῦτα· „ ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐκ εἰς ἐμὲ μόνον τοιοῦ„ τός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς αὐτῷ „ κεχρημένους. οὐχ οἱ μὲν κάπηλοι οἱ ἐγγὺς οἰκοῦντες, „ παρ' ὧν προπόσεις λαμβάνων οὐκ ἀποδίδωσι, δικά„ ζονται αὐτῷ συγκλείσαντες τὰ καπηλεῖα; οἱ δὲ γείτο„ νες οὕτως ὑπ' αὐτοῦ δεινὰ πάσχουσιν, ὥστ' ἐκλιπόντες „ τὰς αὐτῶν οἰκίας, ἑτέρας πόρρω μισθοῦνται. ὅσους δ' „ ἐράνους συνείλεκται, τὰς μὲν ὑπολοίπους φορὰς οὐ „ κατατίθησιν, ἀλλὰ περὶ τοῦτον τὸν κάπηλον ὡς περὶ στή„ λην διαφθείρονται· τοσοῦτοι δ' ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἅμα τῇ „ ἡμέρᾳ ἀπαιτήσοντες τὰ ὀφειλόμενα ἔρχονται, ὥστε οἴ„ εσθαι τοὺς παριόντας ἐπ' ἐκφορὰν αὐτοὺς ἥκειν τούτου „ τεθνεῶ-

13. Ἐράνους] Hac de re, copiosè egit *Isaac. Casaubonus* in *Theophrasti* Characteres, ad Char. XV. περὶ αὐθαδείας, ubi ostendit amicos ad fortunam adversam amici sustentandam pecunias interdum contulisse, quæ ἔρανος vocabantur. Turpe autem erat cœpisse pecuniam certis pensionibus numerandam conferre, nec ἐπιλοίπους φορὰς κατατιθέναι, sive è pro-

unguentariam , ſed indigeo auxilio, & feram ad te, pro minæ uſura, novem obolos ——

In ſequentibus, Rhetor hæc dicit : *illis ego talibus dictis, ſimúlque reputans Socratis fuiſſe diſcipulum & qui de juſtitia & virtute multos, & graves ſermones habuiſſet, non credidi adgreſſurum, aut auſurum, quæ peſſimi & injuſtiſſimi homines inceptant.* Idem poſtea cùm eum exagitaſſet , quaſi fœneratus nec uſuram, nec ſortem ſolviſſet, & quòd cùm diem præterire paſſus eſſet , ſententiâ judicum, abſens damnatus eſſet , & quemadmodum ſervus ejus ſtigmatibus notatus quaſi pignus abductus fuiſſet. 12

Cùm multa alia contra hominem dixiſſet, ita concludit: *Sed enim, Judices, non erga me ſolum talis fuit, verùm & erga alios omnes, qui eo uſi ſunt. Annon caupones juxta habitantes , à quibus acceptas potiones non reddit, clauſis cauponis jure cum eo experiuntur? Vicini tam malè ab eo ſunt accepti, ut, relictis ſuis ipſorum ædibus, alias procul conducant. Quotquot pecuniæ collationes inſtituit , reliquas conferendas pecunias non numerat; ſed apud hunc cauponem, veluti ad metam, pereunt. Tum verò cum diluculo, petituri quod ipſis debetur, ædes ejus adeunt; ita ut tranſeuntes putent, eo mortuo, homines ad cadaver efferendum venire. Sic & qui Piræeum habitant ſunt adfecti, ut longè tutius eſſe putent* 13

proprio ære, ſive ex alieno jam collecto, quod nefas erat in ſuos uſus convertere.

Περὶ στήλην διαφθείρονται] Proverbium Parœmiographis, ut opinor, omiſſum. Ductum eſt à curribus, qui in certaminibus ſæpe στήλαις, hoc eſt, metæ illiſi frangebantur, cujus rei vide elegantem deſcriptionem in Electra *Sophoclis* verſ. 720. & ſeqq. ubi Oreſtis currus ad

στη

,, τεθνειῶτος. οὕτω δ' οἱ ἐν τῷ Πειραεῖ διάκεινται, ὥ-
,, στε πολὺ ἀσφαλέστερον εἶναι δοκεῖν εἰς τὴν Ἀδρίαν
,, πλεῖν, ἢ τούτῳ συμβάλλειν. πολὺ γὰρ μᾶλλον ἃ ἂν
,, δανείσηται αὐτοῦ νομίζει εἶναι, ἢ ἃ ὁ πατὴρ αὐτῷ
,, κατέλιπεν. ἀλλὰ γὰρ οὐ τὴν οὐσίαν κέκτηται Ἑρμαίου
,, τοῦ μυροπώλου τὴν γυναῖκα διαφθείρας ἑβδομήκοντα ἔτη
,, γεγονυῖαν; ἧς ἐρᾶν προσποιησάμενος οὕτω διέθηκεν,
,, ὡς τὸν ἄνδρα αὐτῆς καὶ τοὺς υἱοὺς πτωχοὺς ἐποίησεν· αὐ-
,, τὸν δὲ ἀντὶ καπήλου μυροπώλην ἀπέδειξεν· οὕτως ἐ-
,, ρωτικῶς τὸ κόριον μετεχειρίζετο τῆς ἡλικίας αὐτῆς ἀ-
,, πολαύων, ἧς ῥᾷον τοὺς ὀδόντας ἀριθμῆσαι, ὅσοι ἐλάτ-
,, τους ἦσαν, ἢ τῆς χειρὸς τοὺς δακτύλους· καί μοι ἀνά-
,, βητε τούτων μάρτυρες. ὁ μὲν οὖν βίος τοῦ Σοφιστοῦ
,, τοιοῦτος.

Λουκιανὸς περὶ Παρασίτου. σελ. ψοδ'. ἐκδ. Παρ.

ιγ' Αἰσχίνης μέντοι ὁ Σωκρατικὸς οὗτος, ὁ τοὺς μακροὺς καὶ ἀστείους διαλόγους γράψας, ἧκέ ποτε εἰς Σικελίαν κομίζων αὐτοὺς, ὅπως, εἰ δύναιτο, δι' αὐτῶν γνωσθῆναι Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ· καὶ τὸν Μιλτιάδην ἀναγνοὺς καὶ δόξας εὐδοκιμηκέναι, λοιπὸν ἐκάθητο ἐκ Σικελίᾳ παρασιτῶν Διονυσίῳ, καὶ ταῖς Σωκράτους διατριβαῖς ἐρρῶσθαι φράσας.

Φιλόστρατος Ἀπολλ. βίῳ. βιβλ. α. κ. λέ.

ιέ Ἐν οἷς ἐστιν ὁ Αἰσχίνης μὲν ὁ τοῦ Λυσανίου ὃς παρὰ Διονύσιον ἐς Σικελίαν, ὑπὲρ χρημάτων, ᾤχετο.

Ἐπις.

σηλλῳ fractus dicitur.

Τοὺς ὀδόντας ἀριθμῆσαι] Huc respexit Scriptor περὶ ἑρμηνείας §. CCLXXV. ubi de irrisione Cynica: χρήσονται δ' αὐτῷ (εἴδει Κυνικοῦ λόγου) καὶ οἱ ῥήτορες, καὶ ἐχρήσαντο. Λυσίας πρὸς τὴν ἐ-ρῶντα τῆς γραὸς λέγων ὅτι, ἧς ῥᾷον ἦν ἀριθμῆσαι τοὺς ὀδόντας ἢ τοὺς δακτύλους· καὶ γὰρ δεινότατον ἅμα καὶ γελοιότατον ἐνέφηνε τὴν γραῦν. *Utentur autem eo* (genere orationis Cynicæ) *& rhetores aliquando, & usi sunt.*

Ly-

tent in Adriatico mari navigare, quàm cum eo contrahere. Etenim multò magis quæ fœnori ſumit ſua ipſius eſſe putat, quàm quæ pater ei reliquit. Hermæi autem unguentarii annon poſſidet facultates, ſtupratâ ejus uxore, ſeptuaginta annos natâ? Quam amare ſe cùm ſimularet, eò adduxit ut virum ſuum & filios mendicos redderet. Se verò, pro caupone, unguentarium fecit. Sic amatoriè puellam regebat, dum ejus ætate fruitur, cujus facilius erat numerare dentes, cùm pauciores eſſent, quàm digitos manûs. Agite horum teſtes, huc conſcendite. Talis ergo Sophiſtæ vita.

Lucianus de Paraſito p. 774.

Æſchines quidem Socraticus ille, qui longos illos & elegantes dialogos ſcripſit, aliquando venit in Siciliam eos ferens; ut, ſi poſſet, per eos innoteſceret Dionyſio Tyranno. Cúmque legiſſet Miltiadem & viſus eſſet adprobationem conſequi, in poſterum manſit in Sicilia, paraſitans Dionyſio, & Socraticis ſermonibus longè valere juſſis. 14

Philoſtratus in vita Apollonii. Lib. I. c. 35.

In quibus quidem eſt Æſchines, Lyſaniæ filius, qui pecuniæ causâ ad Dionyſium in Siciliam ivit. 15

Epiſt.

Lyſias quidem in amatorem anûs dicens, cujus facilius eſt numerare dentes, quàm digitos; *etenim peſſimum quid & maximè ridiculum anum illam eſſe oſtendit.*

14. Ἠκέ ποτε εἰς Σικελίαν] Exprobratum hoc ſæpiùs *Æſchini*, ſed ſi vera eſſent, quæ è *Lyſiæ* adtributa oratione ferebantur, ut vidimus, ex Sicilia pauper rediit *Æſchines*, nec proinde è divitiis tyranni multùm delibarat.

16. Γοց-

Ἐπισ. ιγ΄. Ἰυλίᾳ Σεβάςῃ.

ιϛ΄ Αἰσχίνης δὲ ὁ ἀπὸ τοῦ Σωκράτους, ὑπὲρ οὗ πρώην ἐσπούδαζες, ὡς οὐκ ἀφανῶς τοὺς διαλόγους κολάζοντος, οὐκ ὤκνει γοργιάζειν ἐν τῷ περὶ τῆς Θαργηλίας λόγῳ· φησὶ γάρ που ὧδε· „ Θαργηλία ἐλθοῦσα εἰς τὴν „ Θετταλίαν, ξυνῴκει Ἀντιόχῳ Θετταλῷ, βασιλεύοντι „ πάντων Θετταλῶν.

Ἁρποκρατίων ἐν Λεξικῷ.

ιζ΄ ΑΣΠΑΣΙΑ. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν· διαλεγόμενος ἐπιγραφομένῳ Ἀσπασία —— Λυσικλεῖ δὲ τῷ Δημαγώγῳ συνοικήσασα, προεςηνὸ ἔσχεν, ὡς ὁ Σωκρατικὸς Αἰσχίνης φησίν.

Ὁ αὐτός.

ιη΄ ΑΞΙΟΧΟΣ. Αἰσχίνῃ τῷ Σωκρατικῷ διάλογος ἐγράφη, Ἀξίοχος καλούμενος.

Ἑρμογένης περὶ ἰδεῶν τόμ. δεύτ. κεφ. ιβ. περὶ Αἰσχίνου τοῦ Σωκρατικοῦ.

ιθ΄ Οὗτος τοίνυν ἐςὶ μὲν ἀφελὴς καὶ αὐτός, ὥσπερ τις ἕτερος· πλείονι δὲ τῷ καθαρῷ καὶ εὐκρινεῖ, ἢ τῷ ἀφελεῖ χρῆται. ταῦτά τοι καὶ λεπτότερός ἐςι κατὰ τὴν λέξιν τοῦ Ξενοφῶντος. ἐννοίαις γὰρ ὀλίγαις καὶ αὐτὸς σεμνοτέραις χρῆται. ἡδοναῖς δὲ ταῖς ἀπὸ τῶν μύθων τε καὶ μυθικῶν μετριώτερον. ὅσον δὲ ὁ Ξενοφῶν ἀφελείᾳ τε τῇ κατ' αὐτὸν ὑπερβέβληκε τὴν Πλάτωνος ἀφέλειαν, φαίης ἂν ἔτι τοσοῦτον πάλιν αὖ τὸν Ξενοφῶντα ὑπερβέβληκεν ὁ Αἰσχί-

16. Γοργιάζειν] Videtur is Gorgiasmus, si ita loqui licet, situs in non ingrata repetitione vocum Θετταλία & Θετταλός.

17. Διαλεγόμενος] Vide quæ antea de hoc loco ex *Ægidio Menagio* adtulimus ad §. 6. Vitæ *Æschinis* è *Diogene Laërtio*,

19. Δεκ-

Si quis autem ad nos accedens, *sic* interrogaret, 5
ô Socrates, Eryxia & Erasistrate, possitisne mihi dicere, quæ possessio sit homini pretiosissima? An hoc est, quod qui possidet, quàm optimum hac de re consilium capiat, quî quàm rectissimè sua ipsius & amicorum negotia conficiat? Quidnam hoc esse dicemus? MIHI quidem videtur, Socrates, felicitas res esse pretiosissima homini.

NEC malè, inquam ego. Sed eósne hominum 6
felicissimos esse judicabimus, qui optimè faciunt? (*secundis rebus utuntur*) MIHI quidem videntur *felicissimi.* ANNON ergo optimè faciunt quicumque quàm minimè peccant circa se ipsos & circa alios homines, quibúsque res plerumque bene cedunt?

MAXIME. ANNON eos, qui norunt bona & mala, & quæcumque facienda sunt, aut omittenda, quàm rectissimè facere oportet, & quàm minimè delinquere? HIS etiam adsentiebatur.

NUNC ergo iidem nobis videntur viri sapientissimi, quàm optimè agentes, beatissimi & ditissimi; si quidem maximi pretii possessio videtur sapientia.

ITA.

SED, inquit sermonem excipiens Erasistratus, ô 7
So-

est *bene se gerere*, & *secundis rebus uti.* Prius nonnisi boni est & prudentis viri, posterius sæpe improbi & imprudentis; cui improba, aut etiam temeraria consilia bene cesserunt. Nulla Respublica tot posterioris generis exempla habuit, quàm Atheniensis.

Τοῦ πλείστου ἄξιον κτῆμα] Loquutio est non infrequens, hac ipsa de re, in Proverbiis Salomonis, ut Cap. IV, 7.

7. *Τί ἂν ὄφελος εἴη*] Similis loquutio 1 Cor. XV, 32. Jac. II, 14.

Λέγειν τι] Hoc est, quidpiam magni ponderis.

Πολυτίωνος οἰκίαν] *Pausanias* Atticis, sive Lib. 1. p. 7. Ed. Lipsiensis, ubi describit quæ à porta urbis ad Ceramicum essent, ait fuisse porticus nonnullas, quarum in una erant sacella quædam & Mercurii gymnasium, tum addit: *Ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ Πολυτίωνος οἰκία, καθ' ἣν παρὰ τὴν ἐν Ἐλευσῖνι δρᾶσαι τελετὴν Ἀθηναίων φασὶν οὐ τοὺς ἀφανεστάτους: est & in ea Polytionis domus in qua illustrissimos* Athe-

κρατες, τί ἂν ὄφελος εἴη τῷ ἀνθρώπῳ, εἰ σοφώτερος μὲν εἴη τοῦ Νέστορος, τὰ δ' ἐπιτήδεια τὰ πρὸς τὴν δίαιταν μὴ τυγχάνοι ἔχων, σιτία καὶ ποτὰ, καὶ ἱμάτια καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν τοιούτων ἐστί; τί ἂν ἡ σοφία ὠφελοίη; ἢ πῶς ἂν οὗτος πλουσιώτατος εἴη, ὅν γε οὐδὲν κωλύει πτωχεύειν, μηδενός γ' εὐποροῦντα τῶν ἐπιτηδείων;

Σφόδρα οὖν ἐδόκει καὶ οὗτος λέγειν τι. ΑΛΛΑ πότερον, ἦν δ' ἐγὼ, ὁ μὲν τὴν σοφίαν κεκτημένος πάθοι ἂν τοῦτο, εἰ ἐνδεὴς γένοιτο τούτων; εἰ δέ τις τὴν Πουλυτίωνος οἰκίαν κεκτημένος εἴη, καὶ πλήρης εἴη χρυσίου καὶ ἀργυρίου ἡ οἰκία, οὐκ ἂν δεηθείη οὐδενός; ΑΛΛ', ἔφη, τοῦτον μὲν οὐδὲν κωλύει αὐτίκα νῦν διαθέμενον τὰ κτήματα ἔχειν, ἀντ' αὐτῶν τούτων, ὧνπερ καὶ τυγχάνει δεόμενος εἰς τὴν δίαιταν, ἢ καὶ νόμισμα ἀνθ' ὅτου ταῦτα δυνήσεται πορίζεσθαι, καὶ ἁπάντων εὐπορεῖν παραχρῆμα.

ή ΕΙ γε τυγχάνοιεν, ἔφην ἐγὼ, οἱ ὄντες ἄνθρωποι δεόμενοι τοιαύτην σφίσιν οἰκίαν γενέσθαι μᾶλλον, ἤπερ τὴν ἐκείνου σοφίαν. ἐπεὶ εἴγε τοιοῦτοι εἴησαν οἷοι τὴν τοῦ ἀνθρώπου σοφίαν περὶ πλείονος ἡγεῖσθαι καὶ τὰ ἀπὸ ταύτης γιγνόμενα, πολὺ μᾶλλον οὗτος ἔχει διατίθεσθαι, εἴπερ τυγχάνει τι δεόμενος, καὶ βούλοιτο καὶ αὐτὴν καὶ τὰ ἔργα τὰ ἀπὸ ταύτης διατίθεσθαι. ἡ τοῦ μὲν οἰκίας ἥτε χρῆσις πολλὴ τυγχάνει οὖσα καὶ ἀναγκαία, καὶ μεγάλα τῷ ἀνθρώπῳ τὰ διαφέροντα τὰ πρὸς τὸν βίον, ἐν τῇ τοιαύτῃ οἰκίᾳ οἰκεῖν, μᾶλλον ἢ ἐν σμικρῷ καὶ φαύ-

Athenienſium celebraſſe myſteria aiunt, ad modum eorum quæ fiunt Eleuſine. Rei copioſiùs meminerunt *Andocides* Oratione I. ſeu de Myſteriis & *Plutarchus* in vita Alcibiadis, ad quos *Frid. Sylburgius*, & *Joach. Kuhnius* nos amandant. Hinc ſcribendum nomen videtur Πολυτίων, non Πουλυτίων, more Ionico.

Διατιθέμενον τὰ κτήματα] Miror *Serranum* vertiſſe: *poſſeſſiones ſuas diſponere*, quod Latinè nihil ſignificat, cùm *Corradus* habeat *auctionari.* Notum eſt, vel ex Lexicis, διατίθεσθαι eſſe *venalem exponere.* Bene *Phavorinus*: διατίθεμαι πωλητικῶς, διάκειμαι καὶ πωλῶ. Hinc fortè *Menandro* puella dicitur χαλεπὸν κτῆμα καὶ δυσδιάθετον, hoc eſt, quod non facilè alii dari poteſt, Gallicè: *dont on a de la peine à ſe défaire.* Qui ſenſus mihi nunc magis adridet,

Socrates, cui usui esset homini, si sapientior quidem Nestore esset, necessaria verò ad victum non haberet, cibum, potum, vestes, & si quid aliud est hujusmodi? Quid ei prodesset sapientia? Quomodo is esset ditissimus, quem nihil prohibet mendicare, cùm nullâ re earum, quæ necessariæ sunt, abundaret? Hic quoque aliquid dicere omnino videbatur. VERUM, inquam ego, an qui sapientia præditus est hoc pati queat, si eorum sit indigus? Si quis haberet Politionis domum, domúsque referta esset auro & argento, an ulla re indigeret? SED, inquit, nihil obstat quominùs hic è vestigio venalibus expositis quæ possidet, habeat eorum loco ea quibus indiget ad victum, aut nummos pro quibus hæc poterit comparare, & omnibus illico abundare.

SI modò contingeret, inquam ego, hominibus 8
magis opus esse sibi esse talem domum, quàm illius sapientiam. Nam si ii essent, qui hominis sapientiam multò pluris facerent, eáque quæ ex ea nascuntur; hic multò potiùs posset *eam* venalem exponere; si qua re indigeret, vellétque & eam & opera quæ ab ea manant vendere. Domúsne usus multus est & necessarius, & commoda, quæ ad vitam pertinent, magna sunt ei qui in talibus ædibus habitabit, potiùs quàm in parva & vili casa; sapientiæ verò usus parvi erit

det, quàm is quem sequutus sum in notis ad Ἁλιέα *Menandri*, vs. 4.

8. Δεόμενοι τοιαύτην σφίσιν οἰκίαν &c.] Non satis adpositè, nam *Erasistratus* finxerat domum fuisse plenam auro & argento, quibus semper indigebant homines; in Græcia, certè.

Διατίθεσθαι] Vendit, ut ita dicam, peritiam suam, qui, ut ea in alîus utilitatem utatur; pecuniam accipit. *Serranus* hîc iterum *disponere*.

Διαφέροντα τὰ πρὸς τὸν βίον] Quæ ad vitam commodè degendam interest habere.

Πεντελικῶν λίθων] Πεντέλη fuit Demus Atticæ, Antiochidis tribûs, ut docet *Stephanus* Byzantinus, ubi erant lapicidinæ; qua de re vide ad eum Scriptorem *Luc. Holstenium*.

Οὐδὲ ἰατρὸς] Absurda est hæc negatio; ideòque rectè *Serranus*

φαύλῳ οἰκιδίῳ; τί δὲ σοφίας ἦτε χρεία ὀλίγου ἀξία καὶ τὰ διαφέροντα σμικρὰ, ἢ σοφῷ ἢ ἀμαθεῖ εἶναι περὶ τῶν μεγίστων; ἢ τούτου μὲν καταφρονεῖν τοὺς ἀνθρώπους καὶ μὴ εἶναι ὠνητάς. τί δὲ κυπαρίττου τῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ Πεντελίκων λίθων πολλοὺς τοὺς δεομένους τε καὶ βουλομένους πρίασθαι; οὔκουν ἂν εἴγε σοφὸς εἴη κυβερνήτης, οὐδὲ ἰατρὸς σοφὸς τὴν τέχνην, ἢ ἣν ἄλλην τῶν τοιουτοτρόπων τεχνῶν εὖ καὶ καλῶς δύναιτο μεταχειρίζεσθαι, οὐδενὸς ὅτου ἂν ἐντιμότερος εἴη τῶν κατὰ τὰς οὐσίας μεγίστων κτημάτων; ὁ δὲ δυνάμενος εὖ βουλεύεσθαι καὶ αὐτὸς αὑτοῦ πέρι καὶ ἑτέρου, ὅπως ἂν ἄριστα πράττοι, οὐκ ἂν ἄρα δύναιτο διατίθεσθαι, εἴπερ βούλοιτό γε τοῦτο πράττειν;

θ′ Ὑπολαβὼν δὲ καὶ ὑποβλέψας ὁ Ἐρυξίας, ὥσπερ τι ἀδικούμενος, ΣΥ γὰρ ἄν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, εἰ δέοι σε τἀληθῆ λέγειν, φαίης ἂν εἶναι Καλλίου τοῦ Ἱππονίκου πλουσιώτερος; καίτοι οὐκ ἂν ἀμαθέστερος ὁμολογήσαις ἂν εἶναι περὶ οὐδενὸς τῶν μεγίστων, ἀλλὰ σοφώτερος. καὶ οὐδὲν μᾶλλον διὰ τοῦτο πλουσιώτερος εἶ.

ι′. ΙΣΩΣ γὰρ, ἦν δ' ἐγὼ, σὺ οἴει, ὦ Ἐρυξία, τουτουσὶ μὲν τοὺς λόγους, οὓς νυνὶ διαλεγόμεθα, εἶναι παιδιάν· ἐπεὶ οὐκ ἀληθῶς γε οὕτως ἔχειν. ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ πεττείᾳ

nus habet *sive Medicus*, ἢ ἰατρός. Sententia hoc necessariò postulat, non enim sermo est de nauclero, qui non sit medicus; sed de nauclero, aut medico, aut alio cujusvis alius artis perito. Pro οὐδὲ legerim εἴγε.

Τῶν κατὰ τὰς οὐσίας μεγίστων κτημάτων.] *Serranus* habet, *ex his qui maximas opum possessiones habent.* Malè. Socrates vult artis peritiam pluris fieri, quàm κτήματα κατὰ τὰς οὐσίας, hoc est, possessiones quæ ad divitias pertinent; nam antea vocavit peritiam, seu sapientiam κτῆμα, *num.* 6.

9. Ὑποβλέψας] Usurpatur hoc verbum de torvo & quasi aversantis adspectu. Ὑποβλέπειν λέγονται οἱ ὀργιζόμενοι καὶ ὑπόδρα βλέπειν, ut docet *Eustathius* in *Homerum* Ed. Rom. p. LXVIII, 37. qui paullò antea ὑπόδρα interpretatur ὑποβλεπτικῶς. *Hesychius*: ὑποβλεπόμενος, ὑπονοῶν, ἐχθραίνων.

Σὺ γὰρ ἂν καὶ τὰ ἑξῆς] Subjecimus hisce interrogationis signum, re ipsâ postulante. Posset tamen & ironicè accipi.

Καλλίου τοῦ Ἱππονίκου] Meminit hujus & *Plato* in Apologia, quasi hominis qui Sophistis ma-

erit pretii & commoda exigua, ſive ſapiens, ſive imperitus maximarum rerum ſit? Hoccine quidem homines contemnere *poſſint* & non emtores ejus eſſe; cupreſſo verò, quæ eſt in iis ædibus & Pentelicis lapidibus indigere & velle eos emere? Ergo ſi quis peritus ſit gubernator, aut medicus artis ſciens, aut *quivis alius*, qui aliam quampiam ejuſmodi artium bene & rectè poſſit tractare, nihilo præſtantior fuerit iis poſſeſſionibus, quæ in opibus ſitæ ſunt? Qui poteſt recta conſilia capere & ipſe ſibi & alteri, ut quàm optimè ſe habeat, annon poſſit etiam *hoc* vendere, ſi etiam hoc facere velit?

Sermonem verò excipiens & torvè adſpiciens, quaſi 9
injuriâ adfectus Eryxias, TU enim verò, ô Socrates, inquit, ſi vera te profiteri oporteret, te Callia, Hipponici filio, ditiorem diceres? Attamen eo te eſſe imperitiorem ullius maximarum rerum non fatereris, ſed ſapientiorem *diceres*.

FORTE, inquam ego, putas, Eryxia, hoſce 10
ſermones, quos nunc habemus, luſum eſſe, quandoquidem res ita verè non ſe habent; ſed ut, in calcu-

magnam pecuniam, addiſcendæ artis causâ, dediſſet, & in Theæteto.

10. Παιδιὰν] In qua vinci licet, nec tamen ulla in re ſententiam mutare, aut ſe luſûs imperitum fateri. Ut probè hæc intelligerentur, neceſſe eſſet rationem luſûs, ad quem reſpicit Socrates, ſcire.

Καὶ ταῦτα] *Idque*. Senſus quidem clarus eſt Græca legenti, ſed Latinè verbo tenus exprimi non poterat. Λεγόντων, quod ſequitur regitur à verbo περιγίγνοιτο, quod anteceſſit.

Κρείττων ὁ λόγος &c.] Loquutio hæc notiſſima ex uſu Sophiſtarum, qui pollicebantur ſe arte rhetoricâ effecturos ut oratio ejus, qui rem falſam, aut injuſtam cauſam tueretur, ſuperior eâ videretur, quæ pro veritate & jure haberetur. Quam pollicitationem Socrati etiam, ſed falsò, tribuit *Ariſtophanes* in Nubibus, ubi verſ. 112. ſic Strepſiades alloquitur filium, quem in Scholam Socratis mittere ſtatuerat, ut eam artem diſceret:

Εἶναι παρ' αὐτοῖς φασὶν ἄμφω τὼ λόγω,
Τὸν κρείττον', ὅς τίς ἐστι, καὶ τὸν ἥττονα,

 Τό-

τεία εἶναι πεττοὺς, οὓς εἴτις φέροιτο, δύναιτ' ἂν τοὺς ἀντιπαίζοντας ποιεῖν ἡττᾶσθαι οὕτως ὥστε μὴ ἔχειν ὅ, τι πρὸς ταῦτα ἀντιφέρουσιν· ἴσως οὖν καὶ περὶ τῶν πλουσίων οἴει μὲν οὐδέν τι μᾶλλον οὕτως ἔχειν. λόγους δὲ τινὰς εἶναι τοιούτους οὐδέν τι μᾶλλον ἀληθεῖς, ἢ ψευδεῖς, οὓς λέγων ἄνθρωπος περιγίγνοιτ' ἂν τῶν ἀντιλεγόντων, ὡς οἱ σοφώτατοι καὶ πλουσιώτατοι ἡμῖν εἰσί· καὶ ταῦτα, τοιαῦτα ψευδῆ λέγων, ἀληθῆ λεγόντων, καὶ οὐδὲν μὲν ἴσως θαυμαστόν. ὁμοίως ὥσπερ εἰ δύ' ἀνθρώπω περὶ γραμμάτων λεγοίτην, ὁ μὲν φάσκων τοῦ Σωκράτους ἄρχειν σίγμα, ὁ δὲ ἕτερος ἄλφα· οὗτος ἂν εἴη κρείττων ὁ λόγος ὁ τοῦ λέγοντος ἄλφα, ἢ τοῦ φάσκοντος τὸ σίγμα, ἄρχειν.

ια' Περιβλέψας δὲ πρὸς τοὺς παρόντας ὁ Ἐρυξίας, ἅμα γελῶν τε καὶ ἐρυθριῶν, ὥσπερ οὐ παρὼν τοῖς ἔμπροσθεν λελεγμένοις, ΕΓΩ μὲν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὐ τοιούτους ᾤμην δεῖν τοὺς λόγους εἶναι, οἷς μήτ' ἂν πεῖσαι δύναιτο τὶς μηδένα τῶν παρόντων, μήτ' ἂν ὠφεληθείη μηδὲν ἀπ' αὐτῶν· (τίς γὰρ ἂν ἀνθρώπων ποτὲ πεισθείη νοῦν ἔχων, ὡς οἱ σοφώτατοι ἡμῖν πλουσιώτατοι;) ἀλλὰ μᾶλλον, ἐπειδὴ περὶ τοῦ πλουτεῖν διαλέγεσθαι δεῖ, ὁπόθεν καλόν ἐστι πλουτεῖν καὶ ὁπόθεν αἰσχρόν· καὶ αὐτὸ τὸ πλούσιον εἶναι ἄνθρωπον τί ἐστι· πότερον ἀγαθὸν ἢ κακὸν.

ιβ' ΕΙΕΝ, ἔφην ἐγὼ, τοιγαροῦν τολοιπὸν δὴ φυλαξόμεθα, καλῶς δὲ καὶ σὺ ποιεῖς παραινῶν. ἀλλά τι σὺ

αὐ-

Τούτοιν τὸν ἐπερον τοῖν λόγοιν τὸν ἥττονα

Νικᾷν λέγοντα φασὶ τ' ἀδικώτατα.

Esse apud eos aiunt ambas orationes (vel *causas*), *eam quæ melior est & deteriorem, harumque alteram, quæ duarum orationum* (aut *causarum*) *deterior est aiunt dicendo vincere injustissimas* causas. Sic & passim in sequentibus, nec notassem, nisi tironum, aut hominum alio studiorum genere occupatorum causâ. Ceterùm hîc exemplo utitur Socrates perabsurdo, ut Sophistarum jactantiam irrideat.

II. Οὐ παρὼν τοῖς λελεγμένοις] Quòd non adtendisset ea quæ dixerat Socrates, ex cujus oratione

culorum lusu, sunt calculi, quos si quis tulerit, efficere potest ut collusores superentur, ita ut non habeant, quæ hisce opponant. Fortasse ergo & de divitibus nihilo magis ita rem habere & esse quosdam sermones ejusmodi, qui non sint potiùs veri quàm falsi, quos habens evicerit contra adversarios, sapientissimos nobis esse ditissimos, & *quamvis* falsa idgenus dicat, veritatem proferentibus *sit superior.* Nec fortè quidquam mirum est: quemadmodum si duo viri de litteris disputarent, quorum unus quidem Socratis primam esse Sigma, alter verò Alpha diceret; & superior oratio ejus, qui diceret esse primam Alpha, *oratione* ejus qui Sigma, *videretur.*

Cùm verò circumspexisset præsentes Eryxias, simul ridens & erubescens, quippe qui *satis* præsente *animo* non fuerat ad ea quæ antea dicta erant, EGO quidem, inquit, ô Socrates, non tales putabam oportere esse sermones, quibus neque quisquam præsentium persuadeatur, neque ullam utilitatem ex illis capiat (quis enim hominum *aliquo* ingenio præditus persuaderi queat sapientissimos nobis esse ditissimos?) sed potiùs quandoquidem de divitiis colloquendum est, unde honestum sit ditescere & unde turpe, & quid sit esse divitem, utrum bonum, an malum. 11

SIT ita, inquam ego; in posterum cavebimus, & rectè facis qui mones. Sed quidni ipse, quandoqui- 12

tione liquebat, ea divitias esse habenda, quæ in vitæ omni genere utilissima essent. *Corradus* rectè; *quasi ipse bis, quæ dicta fuerunt, non interfuisset.* Nescio quid legerit *Serranus*, qui habet: *veluti à superiùs dictis vulneratus.* Vide n. 12.

Ὁπόθεν καλόν ἐστι] Quâ ratione, vel ex quo lucro honestum sit comparare divitias, ex quo verò inhonestum. Sic & Latini loquuntur. *Juvenalis* Sat. XIV, 207.

Unde habeas quærit nemo, sed oportet habere.

12. Εἰσηγῇ τὸν λόγον] Εἰσηγεῖσθαι τὸν λόγον is dicitur, qui quidpiam proponit de quo sermones habeantur. Vide *Suidam*

αὐτὸς, ἐπείπερ εἰσηγῇ τὸν λόγον, ἐπεχείρησας εἰπεῖν πότερον σοὶ δοκεῖ ἀγαθὸν εἶναι τὸ πλουτεῖν, ἢ κακόν; ἐπειδήπερ οἱ γ' ἔμπροσθεν λόγοι οὐ περὶ τούτου δοκοῦσι σοὶ εἰρῆσθαι. ΕΜΟΙ μὲν τοίνυν δοκεῖ ἀγαθὸν εἶναι, ἔφη, τὸ πλουτεῖν. Ἔτι δὲ αὐτοῦ τι βουλομένου λέγειν, ὑποκρούσας ὁ Κριτίας, ΣΥ γὰρ εἰπέ μοι, ὦ Ἐρυξία, ἀγαθὸν ἡγῇ τὸ πλουτεῖν; ΕΓΩγε, νὴ Δία, ἢ γὰρ ἂν μαινοίμην, καὶ οὐδένα γε οἶμαι εἶναι, ὅστις ἂν οὐχ ὁμολογήσειε ταῦτα. ΚΑΙ μὴν, ἔφη ὁ ἕτερος, καὶ ἐγὼ οἶμαι οὐδένα ὄντινα οὐκ ἂν ποιῆσαι ὁμολογεῖν ἐμοὶ ἐνίοις ἀνθρώποις κακὸν εἶναι τὸ πλουτεῖν. οὐκ ἂν οὖν εἴπερ ἀγαθὸν ἦν, κακὸν ἡμῶν ἐνίοις ἐφαίνετο.

ιγ' Εἶπον οὖν αὐτοῖν ὅτι ΕΓΩ τοι ὑμᾶς εἰ μὲν ἐτυγχάνετε περὶ τούτου διαφερόμενοι, ὁπότερος ὑμῶν ἀληθέστερα λέγει περὶ ἱππασίας, ὅπως ἂν τις ἄριστα ἱππεύοι· εἰ μὲν αὐτὸς ἐτύγχανον ἱππικὸς ὢν, αὐτὸς ἂν ὑμᾶς ἐπειρώμην παύειν τῆς διαφορᾶς· ᾐσχυνόμην γὰρ ἂν εἰ παρὼν μὴ καθ' ὅσον οἷός τ' ἦν ἐκώλυον διαφερομένους· ἢ εἰ περὶ ἑτέρου οὑτινοσοῦν διαφερόμενοι, μηδέν τι μᾶλλον ἐμέλλετε, εἰ μὴ ὁμολογοῖτε τοῦτο, μᾶλλον ἐχθρὼ ἀντὶ φίλων ἀπαλλαγῆναι· νῦν δὲ ἐπειδὴ τετυχήκατε περὶ τοιούτου πράγματος διαφερομένω, ᾧ ἀνάγκη προσκεχρῆσθαι παρ' ὅλον τὸν βίον καὶ μεγάλα διαφέρει πότερον ἐπιμελη-

dam, in εἰσηγήσαιντο.

Οὐ περὶ τούτου δοκοῦσι σοὶ εἰρῆσθαι] Hoc ei videbatur, quia eos sermones non adtenderat.

— Ὁ Κριτίας] Discipulus primùm Socratis, deinde unus ex xxx. Tyrannis. Vide *Xenophontis* ὑπομν. Lib. I. c. 2.

13. Ἠισχυνόμην] Hæc verba & sequentia usque ad ἀπαλλαγῆναι, parenthesi solent claudi; sed sine parenthesi mollius fluere videtur oratio.

Οἱ γοῦν &c.] Hæc usque ad οὐδενὸς sat dura parenthesi claudebantur. Pro γοῦν melius forte esset γάρ.

Πατέρες τοῦτο πρῶτον &c.] Hoc quoque Poëtæ Latini eléganter descripsere, ut *Juvenalis* Sat. XIV, 190. & seqq.

Clamosus juvenem pater excitat ——
—— *Illa tuo sententia semper in ore*

Ver-

quidem inducis *hunc* sermonem, non adgressus es dicere, utrum divitem esse tibi videatur esse bonum, an malum; quoniam antecedentes sermones tibi, circa hanc rem, habiti esse non videntur. MIHI quidem videtur, inquit, bonum esse divitias possidere. Cúmque vellet adhuc aliquid dicere, eo interpellato, Critias, TU enimvero, *inquit*, Eryxia, dic mihi bonúmne existimas divitem esse? EGO verò, per Jovem, alioquin enim insanirem, nec quemquam esse puto, qui hisce non adsentiatur.

ATQUI, ait alter, puto etiam ego neminem esse, quem non adducere queam ad fatendum divitem esse nonnullis hominibus esse malum; si autem bonum esset, malum nonnullis nostrûm esse non videretur.

Tum verò eis dicebam: EGO vos, si de hoc 13
dissentiretis, uter vestrûm veriora dixisset de equitatione, quomodo quis optimè equitare possit; *ego*, *inquam*, si rei equestris ipse peritus essem, conarer vobis persuadere ut dissentire desineretis; me puderet enim, si præsens non impedirem dissensum vestrum, quoad possem; vel si de alia quapiam re contendentes inimici ex amicis facti abituri essetis, nisi ea de re essetis consensuri. Nunc autem quoniam dissentitis de ejusmodi re, qua per totam vitam uti necesse est, & *de qua* multùm refert *scire* utrum cura

ejus

Versetur, Diis atque ipso Jove
digna, Poëtæ,
Unde habeas quærit nemo, sed
oportet habere.

Ad quæ verba vide Interpretes.

Ὡς ἂν μή τι ἔχῃς &c.] *Horatius* Lib. I. Sat. I, 62.

Nil satis est, inquit, quia tanti,
quantum habeas, sis.

Ad quem locum vide *Lævin. Torrentium.*

Εἰ οὖν σπουδάζεται &c.] Paullò longior est hæc ῥῆσις, neque partes ejus usque adeò cohærent; sed eò meliùs quotidiani sermonis consuetudinem refert.

Διαφέρεσθε] Eodem referenda est vocis repetitio, nec hoc, ut alibi diximus, Græcorum eruditas aures lædebat; quamvis Latinè loquentibus gratum non esset.

Ἀλλ' εἰ μὴ αὐτὸς οἷός τ' ἦν]

λητέον ἐστὶ τούτου ὡς ὠφελίμου ὄντος, ἢ οὔ, καὶ ταῦτα, οὐ τῶν φαύλων ἀλλὰ τῶν μεγίστων δοκούντων εἶναι τοῖς Ἕλλησιν· οἱ γοῦν πατέρες τοῦτο πρῶτον τοῖς σφετέροις υἱέσι παραινοῦσι, ἐπειδὰν εἰς τὴν ἡλικίαν τάχιστα ἀφίκωνται τοῦ ἤδη φρονεῖν, ὡς δοκοῦσι, σκοπεῖν ὁπόθεν πλούσιοι ἔσονται· ὡς ἂν μὲν τι ἔχῃς, ἄξιός του εἶ· ἐὰν δὲ μὴ, οὐδενός. εἰ οὖν σπουδάζεται μὲν οὕτωσὶ σφόδρα, ὑμεῖς δὲ τἄλλα συμφερόμενοι περὶ τούτου οὕτωσὶ μεγάλου πράγματος διαφέρεσθε, ἔτι δ' αὖ πρὸς τούτοις περὶ τοῦ πλουτεῖν διαφέρεσθε. οὐχ ὁπότερον μέλαν ἢ λευκὸν, οὐδὲ ὁπότερον κοῦφον ἢ βαρὺ, ἀλλ' ὁπότερον κακὸν ἢ ἀγαθόν· ὡς ἂν μάλιστα καὶ εἰς ἔχθραν καταστῆναι, εἰ τῶν κακῶν τε καὶ ἀγαθῶν πέρι διαφέρεσθε. καὶ ταῦτα μέντοι τα μάλιστα φίλω τε ὄντε καὶ συγγενέε· ἐγὼ οὖν, ὅσον ἂν ἐπ' ἐμοὶ ᾖ, οὐ περιόψομαι ὑμᾶς αὐτοὺς αὐτοῖς διαφερομένους· ἀλλ' εἰ μὲν αὐτὸς οἷός τ' ἦν, φράσας ἂν ὑμῖν, ὅπως ἔχει, ἔπαυσα τῆς διαφορᾶς· νυνὶ δ' ἐπειδὴ αὐτὸς μὲν οὐ τυγχάνω οἷός τ' ὢν, ὑμῶν δ' ἑκάτερος οἴεται οἷος εἶναι ὁμολογεῖν ποιῆσαι τὸν ἕτερον, ἕτοιμός εἰμι συλλαμβάνειν καθ' ὅσον ἂν δύνωμαι, ἵνα διομολογηθῇ ὑμῖν ὅπως ἔχει τοῦτο. σὺ οὖν, ἔφην, ὦ Κριτία, ἐπιχείρει ποιῆσαι ἡμᾶς ὁμολογεῖν ὥσπερ ὑπεδείξω.

ιδ' ΑΛΛ', ἔφη, ἐγὼ μὲν ὥσπερ ἠρξάμην, Ἐρυξίαν τουτον ἡδέως ἐροίμην ἂν εἰ δοκοῦσιν αὐτῷ εἶναι ἄνθρωποι δίκαιοι καὶ ἄδικοι; ΝΗ Δία, ἔφη ἐκεῖνος, καὶ σφόδρα μέντοι. ΤΙ δέ; τὸ ἀδικεῖν, πότερον κακὸν σοὶ δοκεῖ εἶναι, ἢ ἀγαθόν; ΚΑΚΟΝ ἔμοιγε. ΔΟΚΟΙ

Hac in re potiſſimùm ſita fuit *εἰρωνεία* illa uſque adeò decantata Socratis, ut ſubinde ſimularet ſe neſcire quod probè norat; idque eo animo ut, depoſitâ magiſtri perſonâ, faciliùs ab aliter ſentientibus, nec tamen dedoceri volentibus, admitteretur, quod docebat. Oderunt enim homines, præſertim adulti & confidentiores, eos qui ſe inſtar magiſtrorum gerunt, voluntque videri ea ſcire quæ aliis ignota ſunt; ſi præſertim res agatur, quam ignorare pudendum ſit, ut in hoc loco. Itaque hoc unum profitebatur Socrates, ſe diſcendi

ejus habenda sit, quasi utilis, vel secus; idque, cùm Græcis hæc non levia, sed maxima esse videantur. Patres enim de hoc primùm filios suos monent, quamprimùm ad ætatem *adultam* pervenerint, ita ut jam sapere videantur, considerent unde divites sint futuri: nam si quid habeas, in aliqua existimatione eris; sin minùs, nihili fies. Si autem tanto studio expetuntur *opes*, vos verò in aliis consentientes, de tanta re dissentiatis; prætereáque ad hæc accedit, quod diffideatis de divitiis, non an nigræ vel albæ, neque utrum leves sint vel graves, sed utrum malæ vel bonæ; ita ut vel maximè inimicitias exerceatis, quoniam de malis & bonis dissentitis; idque præsertim cùm amici & consanguinei sitis; ego verò, quantùm in me erit, non negligam vos inter vos diffidentes, sed si ipse possem, vobis edoctis quî *res* habeat, darem operam ut desineret dissentio. Nunc verò quandoquidem ipse non possum, & uterque vestrûm putat se posse efficere ut alter consentiat; paratus sum adjuvare, quoad potero, ut vobis in confesso sit, quomodo hoc se habeat. Tu ergo, inquam, ô Critia, adgredere facere ut *tibi* nos adsentiamur, quemadmodum priùs innuisti.

ATQUI, inquit *ille*, ego quidem, ut cœperam, 14
libenter hunc Critiam interrogarem, annon ei videantur homines justi & injusti esse. ITA, per Jovem, inquit, & quidem valde. QUID verò? injuriâ adficere, utrum malum tibi videtur, an bonum?

cendi amore teneri, velléque ab aliis discere quod ignorabat, aut summùm eos adjuvare in veritate quærenda; eámque ideò sibi, quàm aliis, notiorem esse negabat. Sed ea de re peculiari dissertatiunculâ agemus. Interim rem hic in memoriam revocari multùm intererat.

14. Ἐπ' ἀργυρείῳ] Datâ, nempe, pecuniâ alienis uxoribus. Sed nec minus flagitium habitum fuisset, si formâ captas corrupisset, quod Alcibiadi exprobratum.

15. 'O

ΚΟΙ δ' ἂν σοι ἄνθρωπος, εἰ μοιχεύει τὰς τῶν πέλας γυναῖκας ἐπ' ἀργυρίῳ, ἀδικεῖν ἄν, ἢ οὔ; καὶ ταῦτα μέντοι καὶ τῆς πόλεως, καὶ τῶν νόμων κωλυόντων. ΑΔΙΚΕΙΝ ἂν ἔμοιγε δοκεῖ. ΟΥΚΟΥΝ, ἔφη, εἰ μὲν πλούσιος τυγχάνει ὢν καὶ ἀργύριον δυνατὸς ἀναλῶσαι ὁ ἀδικός τε ἄνθρωπος καὶ ὁ βουλόμενος, ἐξαμαρτάνοι ἄν; εἰ δέ γε μὴ ὑπάρχῃ πλουσίῳ εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ, οὐκ ἔχων ὁπόθεν ἀναλίσκοι οὐδ' ἂν διαπράττεσθαι δύναιτο ἃ βούλεται, ὥστ' οὐκ ἂν οὐδὲ ἐξαμαρτάνοι. διὸ καὶ λυσιτελοῖ ἂν τῷ ἀνθρώπῳ μᾶλλον μὴ εἶναι πλουσίῳ, εἴπερ ἧττον διαπράξεται ἃ βούλεται, βούλεται δὲ μοχθηρά.

ιέ Καὶ πάλιν αὖ τὸ νοσεῖν πότερον ἂν φαίης, κακὸν ἢ ἀγαθὸν εἶναι; ΚΑΚΟΝ ἔγωγε. ΤΙ δέ; δοκοῦσι τινὲς σοὶ ἀκρατεῖς ἄνθρωποι; ΕΜΟΙΓΕ.

ΟΥΚΟΥΝ εἰ βέλτιον εἴη πρὸς ὑγίειαν τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ ἀπέχεσθαι σιτῶν καὶ ποτῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἡδέων δοκούντων εἶναι, ὁ δὲ μὴ οἷός τ' εἴη δι' ἀκράτειαν· βέλτιον ἂν εἴη τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ μὴ ὑπάρχειν ὁπόθεν ἐκπορίζεται ταῦτα, μᾶλλον ἢ πολλὴν περιουσίαν εἶναι τῶν ἐπιτηδείων; οὕτω γὰρ ἂν αὐτῷ οὐκ ἐξουσία εἴη ἐξαμαρτάνειν, οὐδ' εἰ σφόδρα βούλοιτο.

ις' Ἐδόκει οὖν δὴ καὶ καλῶς διειλέχθαι ὁ Κριτίας οὕτως, ὥστ' εἰ μὴ ᾐσχύνετο παρόντας ὁ Ἐρυξίας, οὐδὲν αὐτὸν ἐκώλυεν ἀναστάντα τύπτειν τὸν Κριτίαν· οὕτως ᾤετο μεγάλου τινὸς ἐστερῆσθαι· ἐπεὶ αὐτῷ φανερὸν ἐγίγνετο ὅτι οὐκ ὀρθῶς τὸ πρότερον ἐδόξαζε περὶ τοῦ πλουτεῖν. καταμαθὼν δ' ἐγὼ οὕτως ἔχοντα τὸν Ἐρυξίαν καὶ εὐλαβούμενος μὴ πορρωτέρω τις λοιδορία καὶ ἐναντίωσις γίγνοιτο, ΤΟΥΤΟΝΙ

15. Ὁ δὲ μὴ οἷός τ' εἴη] Hoc eſt, difficulter à ſe impetrare poſſet, propter longum intemperantiæ habitum. Sed pravus habitus emendari poterat. Sic omnes paſſim loquuntur. Alioqui ſi nullâ ratione mutari potuiſſet, fruſtra fuiſſent caſtigationes & iniquæ omnes pœnæ.

16. Οὕτως ᾤετο &c.] Fama, nempe, ingenii, quæ auro contrà cara non eſt, imminuta eſſe vide-

num? MIHI verò malum. VIDETURNE homo, si cum proximorum uxoribus mœchetur, pecuniâ iis datâ, injuriâ adficere, vel secus? idque, cùm urbs & leges *rem* vetent. INJURIA adficere mihi quidem videtur. NONNE igitur, inquit, si dives ille sit, & pecuniam impendere possit vir injustus, & qui velit *id* facere, peccaverit? Si verò contingat non esse divitem, cùm non habeat unde sumtus faciat, non poterit facere quæ vellet, ita ut minimè delinquat. Itaque magis conduceret illi homini non esse divitem, quandoquidem non perficit quæ vult, vult autem mala.

Rursus ægrotare bonúmne, an malum ais esse? 15
EGO verò malum. QUID verò? videntúrne tibi quidam homines esse intemperantes? VIDENTUR. NONNE si satius esset ad sanitatem hujusmodi homini abstinere à cibis, poculentis & aliis, quæ jucunda habentur, ille verò non posset, propter intemperantiam; melius esset ei homini non esse unde sumtus in ea faceret, potiùs quàm magnam rerum necessariarum copiam habere? Sic enim illi non esset peccandi facultas, ne si quidem maximè vellet.

Videbatur ergo bene & doctè disseruisse Critias, 16
ita ut, nisi Eryxias præsentes reveritus esset, nihil potuisset impedire quominùs surrexisset & Critiam verberasset. Ita magnâ quapiam re defraudatum se esse putabat, quandoquidem non rectè eum antea de divitiis sensisse manifestum factum erat. Cùm autem ego animadvertissem sic se habere Eryxiam, timerém-

debatur. Hinc intelligere licet quantâ prudentiâ Socratem oporteret homines adgredi, ut eos à præconceptis opinionibus revocaret, quámque εἰρωνεία illa, de qua diximus, necessaria esset. Sed & nunc, iisdem de causis, sæpe adhibenda est, ne delicatæ hominum aures offendantur, & veritati prorsus claudantur.

Ἐδόκει τοῖς παροῦσι φλυαρεῖν] Ex

ΤΟΝΙ μὲν λόγον, ἔφην ἐγὼ, πρώην ἐν Λυκείῳ ἀνὴρ σοφὸς λέγων Πρόδικος ὁ Κεῖος ἐδόκει τοῖς παροῦσι φλυαρεῖν οὕτως, ὥστε μηδένα δύνασθαι πεῖσαι τῶν παρόντων ὡς ἀληθῆ λέγοι. καὶ δῆτα καὶ μειράκιόν τι σφόδρα νέον προσελθὸν καὶ στωμύλον, προσκαθιζόμενον κατεγέλα τε καὶ ἐχλεύαζε, καὶ ἔσειεν αὐτὸν βουλόμενον λόγον λαμβάνειν ὧν ἔλεγε· καὶ μέν τοι καὶ πολὺ μᾶλλον εὐδοκίμησεν παρὰ τοῖς ἀκροωμένοις, ἤπερ ὁ Πρόδικος.

ιζ ᾿ΑΡ᾿ οὖν, ἔφη ὁ ᾿Ερασίστρατος, ἔχοις ἂν ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι τὸν λόγον; ΠΑΝΥ μὲν οὖν, ἐὰν ἄρα ἀναμνησθῶ. ὡδί γάρ πως, ὡς ἐγῷμαι, εἶχεν. ἠρώτα γὰρ αὐτὸν τὸ μειράκιον πῶς οἴεται κακὸν εἶναι τὸ πλουτεῖν, καὶ ὅπως ἀγαθόν; Ὁ δ᾿ ὑπολαβὼν, ΩΣΠΕΡ καὶ σὺ νῦν δὴ, ἔφη, τοῖς μὲν καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων, ἀγαθὸν, καὶ τοῖς ἐπισταμένοις ὅπου δεῖ χρῆσθαι τοῖς χρήμασιν, τούτοις μὲν ἀγαθὸν, τοῖς δὲ μοχθηροῖς καὶ ἀνεπιστήμοσι κακόν. ἔχει δὲ, ἔφη, καὶ τἆλλα πράγματα οὕτω πάντα. ὁποῖοι γὰρ ἄν τινες ὦσιν οἱ χρώμενοι, τοιαῦτα καὶ τὰ πράγματα αὐτοῖς ἀνάγκη εἶναι. καλῶς δ᾿, ἔφη, δοκεῖ μοι καὶ τὸ τοῦ ᾿Αρχιλόχου πεποιῆσθαι, Καὶ φρονοῦσι τοῖα ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασι.

NYN

Ex his & ſequentibus videre eſt quàm parum æquas aures Philoſophis præberent tunc temporis Athenienſes; qui tamen poſtea hæc & alia plura idgenus æquo animo audiverunt. Sed nova omnia, vera licèt, offendunt.

Ἔσειεν αὐτὸν] Metaphoram in verſione ſervavimus. Σείειν quod propriè eſt *concutere*, tralaticio ſenſu eſt συκοφαντῆσαι, *calumniari*; ut docuerunt *Heſychius* & *Suidas*, qui hinc illuſtrari poterunt.

Εὐδοκίμησεν] Hæc habet Socrates, ut aliquo modo Eryxiam placaret, multitudine conſentientium, ſimúlque ad meliorem mentem paullatim revocaret. Sic ſumitur εὐδοκιμεῖν, apud *Theophraſtum*, Charact. II. περὶ κολακείας, ubi adulator: ηὐδοκίμεις χθὲς ἐν τῇ Στοᾷ, *probabaris* omnibus *in portica*, ad quem locum vide *Iſ. Caſauboni* commentarium.

témque ne ulteriùs convicium & contentio fierent, HANC ipsam orationem, inquam, cùm nuper in Lyceo haberet vir sapiens Prodicus Ceus, videbatur iis qui aderant ita nugari, ut eorum nemini persuadere posset se vera dicere. Ac sanè adolescentulus quidam admodum juvenis & argutus cùm accessisset & juxta sederet, irridebat, & suggillabat *hominem*, & volens dictorum rationem accipere exagitabat. Imò etiam multò magis probabatur audientibus, quàm Prodicus.

NUMQUID possis, inquit Erasistratus, eum 17
sermonem nobis narrare? OMNINO, inquam, si modò in memoriam revocaro. Sic enim, ut puto, habebat. Interrogabat enim eum adolescentulus quomodo crederet malas esse divitias & quomodo bonas? Ille verò subjiciens, QUEMADMODUM & tu, inquit, honestis & probis viris bonas, & qui sciunt quomodo uti oporteat divitiis; his quidem bonas, malis verò & imperitis malas. Sic verò se habent & res aliæ omnes. Quales enim sunt ii, qui rebus utuntur, tales & res *ipsas* iis esse necesse est. Rectè etiam, subjecit, mihi videtur ab Archilocho Poëta dictum: *Et ita sentiunt, prout sunt arces in quas inciderunt.*

NUNC

17. Τούτοις μὲν ἀγαθόν] Repetitio in quotidiano sermone frequens.

Καὶ φρονεῦσι &c.] Fortè loquebatur *Archilochus* de iis, qui arces invaserunt, súntque superbi, aut secus; prout iis munimentis confidunt, aut minùs confidunt. Atque is quidem esse videtur sensus, si *Archilochi* verba sana sunt; qui tamen sensus parum aptus est, ad confirmandum id quod dixit Prodicus. Sed *Henr. Stephanus* suspicabatur pro ἐρύμασι legendum ἔργμασι, hoc est, πράγμασι. Verùm ne sic quidem in rem præsentem sententia quadrat; res enim dici, prout homines sunt, ita res iis esse bonas aut malas, postulat. Τοιαῦτά ἐστι πράγματα ὁκοίοις ἐγκυρέῃ ἀνδράσι. Sed quis in ejusmodi fragmentis quidquam conjicere audeat, præter temerarios & præcipites Criticos?

18. Σε-

ιή ΝΥΝ ἄρ', ἔφη τὸ μειράκιον, εἴτις ἐμὲ σοφὸν ποιοῖ ταύτην τὴν σοφίαν, ἣν οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες σοφοί εἰσιν, ἅμα ἀνάγκη καὶ τὰ ἄλλα πράγματ' αὐτὸν ἀγαθὰ ἐμοὶ ποιεῖν, περὶ μὲν αὐτὰ ἐκεῖνα μηδὲν πραγματευσάμενον, ὅτι δέ με ἀντ' ἀμαθοῦς σοφὸν πεποίηκεν. ὥσπερ εἴτις ἐμὲ νυνὶ γραμματικὸν ποιήσειεν, ἀνάγκη αὐτὸν καὶ τἄλλα πράγματα γραμματικὰ ἐμοὶ ποιεῖν. καὶ εἰ μουσικὸν μουσικά· ὥσπερ ὅταν ἀγαθὸν ἐμὲ ποιήσῃ, ἅμα ἀγαθὰ καὶ τὰ πράγματα πεποιηκέναι μοι. Οὐ μὲν ταῦτά γε ξυνέφη ὁ Πρόδικος, ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ὡμολόγει.

ιθ' ΠΟΤΕΡΟΝ δέ σοι δοκεῖ, ἔφη, ὥσπερ οἰκίαν ποιεῖν ἀνθρώπου ἔργον ἐστὶν, οὕτω καὶ τὰ πράγματα ἀγαθὰ ποιεῖν; ἢ ἀνάγκη ὁποῖα ἄττ' ἂν τὴν ἀρχὴν γένωνται, εἴτε κακὰ, εἴτε ἀγαθὰ, τοιαῦτα διατελεῖν ὄντα αὐτά; Ὑποπτεύσας δέ (μοι δοκεῖ) ὁ Πρόδικος ᾗ ἔμελλεν ὁ λόγος χωρήσεσθαι αὐτῷ, σφόδρα πανούργως, ἵνα μὴ πάντων παρόντων ἐναντίον φαίνοιτο ἐξελεγχόμενος ὑπὸ τοῦ μειρακίου· (μόνῳ μὲν γὰρ αὐτῷ τοῦτο παθεῖν οὐδὲν ᾤετο διαφέρειν) ἔφη, ἀνθρώπου ἔργον εἶναι.

18. Σοφὸν] Peritum, ut passim, cui opponitur in sequentibus ἀμαθής.

Ὥσπερ εἴτις ἐμὲ νυνὶ γραμματικὸν &c.] Nemo non videt disparia hæc esse. Qui enim semel vir probus & sapiens factus est potest omnia, quæ sibi contingunt, in utilitatem suam convertere; quomodo fiunt ei omnia bona. Sed Grammaticus non facit, ut quæ legit sint grammatica, sed de iis ex Grammaticæ legibus potest judicare. Verùm satis erat primâ specie aliquid probabile dicere, ut vulgi plausus auferretur.

Ὥσπερ ὅταν ἀγαθὸν &c.] Nihil opus erat hoc repeti, ut Dialogi lector intelligeret quid velit hîc adolescens; sed hæc est imago quotidiani sermonis, quamquam cultioris, in quo multa repetuntur, sine aurium offensione.

19. Οἰκίαν ποιεῖν] Sequutus sum certam *Henr. Stephani* conjecturam, nam antea erat ποιεῖ. Fit autem domus ab homine è lapidibus & lignis, quæ antea non erant domus; rebus illis mutatis, ad situm, formam & usum quod adtinet. Sed rerum naturâ non mutatâ, homo fit sapiens, cùm adsuescit iis uti ut par est; quod discit etiam operâ hominis. Hæc

paullò

NUNC ergo, inquit adolescentulus, siquis me faciat sapientem, eâ sapientiâ quâ boni viri sapientes sunt, simul necesse est eum & alias res mihi bonas facere, ad ipsas quidem res quod adtinet nihil molitum; quia me, pro indocto, sapientem effecerit, sicut si quis me nunc grammaticum fecisset, necesse esset eum & alias res grammaticas mihi facere; & si musicam, musicas: quemadmodum quando bonum me fecerit, simul res etiam bonas mihi fecisse *eum necesse est*. Hisce Prodicus adsensus non est, sed illa quidem fatebatur. 18

UTRUM verò tibi videtur, inquit *adolescens*, ut domum facere est hominis opus, sic & res bonas facere? vel an necesse est quales erant initio, sive malæ, sive bonæ *essent*, tales manere? Suspicatus verò, ut videtur, Prodicus quò processura erat oratio, callidissimè, ne coram præsentibus omnibus arguisse eum videretur adolescens (nam si soli illi contigisset, nihil interesse putasset) hominis opus esse dixit. 19

UTRUM autem, inquit adolescens, tibi videtur virtus

paullò longiore oratione explicari commodiùs poterant, quàm brevibus responsionibus coërceri.

Εἰ ἀνάγκη &c.] Sic scripsi pro ἢ, quod inchoabat novam interrogationem, sensúmque planè turbabat. Ita etiam *Corradus* & *Serranus* legendum censuerant. *Corradus* enim vertit: *cùm necesse sit* &c. *Serranus* verò: *si necesse est*. Notum est à Librariis passim H, I, EI, propter adfinitatem soni, esse confusa.

Οὐδὲν ἕτερον εὐχῇ &c.] Reverâ aliud nihil homo probus à Numine petere potest; quis enim ausit petere divitias, ut iis abutatur? Sed *Prodicus* nondum eò sapientiæ pervenerat, ut virtutem tantùm à Diis peteret, quam se consequutum sine dubio putabat; ita ut nihil aliud, nisi valetudinem, divitias, voluptates, aut honores sibi optaret.

Εἶπερ ὂν &c.] Hæc pertinent non ad proximè antecedentia, sed ad quæstionem antea ab adolescente propositam, cui reposuerat Prodicus, virtutem posse doctrinâ tradi.

20. **Οὐχὶ φαῦλον πρᾶγμα** &c.] Corradus: *non parvum facinus committere*. Serranus: *non vilis res ipsi accidisse*. Quæ sunt incommodè versa, cùm loquutio-

εἶναι. ΠΟΤΕΡΟΝ δέ σοι, ἔφη, δοκεῖ εἶναι διδακτὸν ἡ ἀρετὴ, ἢ ἔμφυτον; ΔΙΔΑΚΤΟΝ, ἔφη, ἔμοιγε. ΟΥΚΟΥΝ, ἔφη, ἂν δοκῇ σοι ἠλίθιος εἴτις οἴοιτο, τοῖς Θεοῖς εὐχόμενος, γραμματικὸς ἂν γενέσθαι ἢ μουσικὸς, ἢ ἑτέραν τινὰ ἐπιστήμην λαβεῖν, εἰ ἀνάγκη μαθόντα παρ' ἑτέρου, ἢ αὐτὸν ἐξευρόντα κτήσασθαι; ΣΥΝΕΦΗ καὶ ταῦτα. ΟΥΚΟΥΝ, ἔφη τὸ μειράκιον, σὺ, ὦ Πρόδικε, ὅταν εὔχῃ τοῖς Θεοῖς εὖ πράττειν καὶ ἀγαθὰ σοὶ εἶναι, τότε οὐδὲν ἕτερον εὔχῃ ἢ καλὸς κἀγαθὸς γενέσθαι; εἴπερ τοῖς μὲν καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰ πράγματα τυγχάνει ἀγαθὰ ὄντα, τοῖς δὲ φαύλοις μοχθηρά; εἴπερ οὖν τυγχάνῃ ἡ ἀρετὴ διδακτὸς οὖσα, οὐδὲν ἕτερον φαίνοιο ἂν εὐχόμενος, ἢ διδαχθῆναι ἃ οὐκ ἐπίστασαι.

κ' Εἶπον οὖν ἐγὼ πρὸς τὸν Πρόδικον, ὅτι μοι δοκεῖ οὐχὶ φαῦλον πρᾶγμα πεπονθέναι, εἰ τυγχάνει τούτου διημαρτηκὼς, εἰ οἴεται ἡμῖν παρὰ τῶν Θεῶν ἃ εὐχόμεθα γενέσθαι ἂν καὶ ἅμα. εἰ καὶ ἑκάστοτε σπουδῇ βαδίζων εἰς πόλιν προσευχόμενος αἰτεῖς παρὰ τῶν Θεῶν δοῦναί σοι ἀγαθά. οὐ μέντοι οἶσθα εἰ οἷοί τε σοὶ ἐκεῖνοι ταῦτα δοῦναι ἃ σὺ τυγχάνεις αἰτούμενος. ὥσπερ ἂν εἰ πρὸς τὰς τοῦ γραμματιστοῦ φοιτῶν θύρας ἀντιβολοίης δοῦναί σοι γραμματικὴν ἐπιστήμην, μηδὲν ἄλλο πραγματευσαμένῳ, ἀλλὰ ἥντινα λαβὼν παραχρῆμα καὶ δυνήσῃ πράττειν τὰ τοῦ γραμματιστοῦ ἔργα.

κα' Ταῦτα ἐμοῦ λέγοντος, ὁ Πρόδικος ἀντανήγετο πρὸς τὸ

quutio Græca sat perspicua sit.

ἃ εὐχόμεθα γενέσθαι ἂν καὶ ἅμα] Hoc est, nos accipere à Diis quæcumque petimus, sine ullo labore nostro, ut si quis vellet à Grammatista accipere Grammaticam; quam exinde teneret, quamvis nullam operam ei discendæ dedisset. Sic qui virtutem peteret, nec ipse eam repetitis actibus ei consentaneis adipisci interea conaretur, à Deo numquam eam impetraret. Prodicus qui docebat, nec immeritò, omnia bona fieri ei, qui virtute esset præditus, petere à Numine debere videbatur virtutem, cùm bona sibi petebat; virtutem verò posse doceri cùm etiam diceret, videbatur virtu-

virtus posse doceri, vel esse insita? DOCERI, ait, posse mihi videtur. NONNE, inquit *alter*, videatur tibi stolidus quisquis putet Deos orantem se fieri aut grammaticum, aut musicum, aut aliam quampiam disciplinam adipisci, si necesse sit ab alio traditam, aut à se ipso inventam adquirere?

HIS quoque adsensus est. ERGONE, inquit adolescentulus, tu Prodice, quando petis à Diis ut feliciter agas, & bona tibi sint, tunc aliud nihil petis, nisi te honestum & bonum fieri; quandoquidem honestis & bonis viris res quoque fiunt bonæ, malis verò malæ? Si igitur virtus potest doceri, nihil aliud videreris petere, nisi doceri quæ nescis.

Dixi verò ego Prodico, eum mihi videri non leve delictum admisisse, si hac in re aberraverit, crediderítque à Diis nobis fieri, simul *ac fudissemus preces*, quæ ab iis peteremus. Nam quamvis sæpe in urbem festinanter profectus, precibus fusis, petis à Diis ut dent tibi bona; attamen nescis an possint tibi dare, quæ tu petis. Quemadmodum si ad grammatistæ fores ventitans, rogares ut daret tibi scientiam grammaticam, nihil aliud molienti, sed quâ accepta grammatistæ opera continuò facere posses. 20

Dum hæc dicerem, Prodicus vicissim invehebatur in 21

tutem petens à Diis petere ut doceretur quod ignorabat. Eò respiciens Socrates ostendit virtutem non ita impetrari, sed si simul facultatibus à Deo acceptis utamur ad eam comparandam.

Οὐ μέντοι οἶδα] Cùm Socrates crederet virtutem esse *ἐκ θείας μοίρας*, ut primo Dialogo vidimus; tamen non existimabat adultum à Diis virtutem petentem eam impetrare posse, nisi eorum donis rectè eam in rem uteretur.

21. *Σὺ νῦν δή.*] Hæc ad Critiam referenda, non ad Eryxiam.

Εἰ φαίνοιτο μάλιστα τοῖς θεοῖς εὐχόμενος] Quod nondum videretur ea bona esse consequutus, quæ petebat.

τὸ μειράκιον, ὡς ἀμυνούμενος δὲ ἐπιδείξων ταῦτα ἅπερ σὺ νῦν δή· ἀγανακτῶν εἰ φαίνοιτο μάτην τοῖς θεοῖς εὐχόμενος. Εἶτα προσελθὼν ὁ γυμνασίαρχος ἀπαλλάττεσθαι αὐτὸν ἐκ τοῦ γυμνασίου ἐκέλευεν, ὡς οὐκ ἐπιτήδεια τοῖς νέοις διαλεγόμενον· εἰ δὲ μὴ ἐπιτήδεια, δηλονότι μοχθηρά.

κβ' Τούτου δή σοι ἕνεκα ταῦτα διῆλθον, ἵνα θεάσαιο ὡς ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὴν φιλοσοφίαν. εἰ μέν γε Πρόδικος πρώην λέγων ταῦτα, μαίνεσθαι τοῖς παροῦσιν ἐδόκει ἂν οὕτως, ὥστε καὶ ἐκβληθῆναι ἐκ τοῦ γυμνασίου· σὺ δὲ νυνὶ οὕτω σφόδρα δοκεῖς εὖ διειλέχθαι, ὥστε οὐ μόνον τοὺς παρόντας πεῖσαι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀντιλέγοντα ποιῆσαι ὁμολογεῖν σοι δηλονότι. ὥσπερ ἐν τοῖς δικαστηρίοις εἰ δύο ἄνθρωποι τύχοιεν τὴν αὐτὴν μαρτυρίαν μαρτυροῦντες, ὁ μὲν καλὸς κἀγαθὸς δοκῶν εἶναι, ὁ δὲ μοχθηρός· διὰ τὴν τοῦ μοχθηροῦ μαρτυρίαν οὐδὲν ἄν τι μᾶλλον οἱ δικασταὶ πεισθείησαν, ἀλλὰ τυχὸν καὶ τἀναντία ποιήσειαν. εἰ δ' ὁ καλὸς κἀγαθὸς δοκῶν ταῦτα φήσειε, καὶ σφόδρα ἂν δοκοῖ ταῦτα ἀληθῆ εἶναι. ἴσως οὖν καὶ οἱ παρόντες τοιοῦτόν τι πεπόνθασι πρός σε καὶ Πρόδικον. τὸν μὲν σοφιστὴν καὶ ἀλαζόνα ἡγοῦντο εἶναι, σὲ δὲ πολιτικόν τε καὶ ἄνδρα καὶ πολλοῦ ἄξιον. εἶτα οἴονται δεῖν μὴ αὐτὸν τὸν λόγον θεωρεῖν, ἀλλὰ τοὺς λέγοντας, ὁποῖοί τινες ἂν ὦσι.

κγ' ΑΛΛΑ μέντοι, ἔφη ὁ Ἐρασίστρατος, ὦ Σώκρατες, εἰ καὶ σκώπτων λέγεις, φαίνεσθαι ἔμοιγε δοκεῖ ὁ Κριτίας λέ-

Ὁ γυμνασίαρχος] Vide interpretes *Æliani* ad Var. Hist. Lib. II, 6. & Dial. III, 8.

Εἰ δὲ μὴ ἐπιτήδεια] Si non conveniunt juvenibus, nocent, potiùs quàm prosunt, dum eos inanibus argutiis pascunt. Maluisset Gymnasiarchus Prodicum ad quævis alia juvenes hortari, quàm ad philosophandum; quod putabat esse hominis otiosi & civis inutilis.

22. Πρώην] Erat παρῆν, quod nihil hîc significare potest. Omisit *Corradus*, at *Serranus* bene *nuper*, hoc est, πρώην, ut initio hujusce narrationis, *num.* 16.

Τὸν

in adolescentulum, quasi ulturus & demonstraturus, quæ tu nunc (*Critia*), indignatus si videretur frustra Deos orare. Deinde accedens Gymnasiarchus eum è Gymnasio abire jussit, quippe qui non idonea juvenibus diceret; si verò non idonea essent, *ea*, scilicet, esse noxia.

Hæc tibi, hujus causâ, narravi, ut videres quo- 22
modo se habeant homines, ad Philosophiam quod adtinet. Nam Prodicus nuper hæc dicens insanire præsentibus ita videbatur, ut Gymnasio ejiceretur. Tu verò nunc usque adeò videris bene disseruisse, ut non tantùm præsentibus persuaseris, sed etiam ut adversarius *tibi* adsentiretur effeceris. Quemadmodum, in judiciis, si duo homines sint, qui idem testimonium ferant, quorum unus quidem honestus & probus vir habeatur, alter verò malus; propter mali testimonium, res judicibus magis persuaderi non possit, sed contrarium fortasse fecerint; si qui verò honestus & bonus habetur hæc dixerit, maximè videantur vera esse: sic & præsentibus aliquid simile contigerit, ad te & Prodicum quod adtinet. Illum quidem Sophistam & adrogantem esse putabant, te verò virum rerum ad urbis administrationem pertinentium peritum, & magni faciendum. Propterea non esse ipsum sermonem, sed illi, qui eum habent, quales sint, considerandum putant.

AT verò, inquit Erasistratus, ô Socrates, licèt 23
irridens dicas, videtur mihi Critias aliquid dixisse.

SED

Τὸν ἀντιλέγοντα] Eryxian, qui victum se vel solâ indignatione ostenderat.

Πολιτικὸν ἄνδρα] Artium politicarum, ut nunc loquimur peritum. Vide 1. Alcibiadem *Platonis*. Dele καὶ interpositum.

23. Φαίνεταί ἔμοιγε δοκεῖ ὁ Κριτίας λέγειν τι] Abundat vox φαίνεται, nec Latinè verti poterat: *videtur mihi Critias videri dicere quidpiam.* Sed fortè legendum, omisso δοκεῖ, φαίνεταί ἔμοι γε, aut delendnm φαίνεται. Rem in medio relinquo. Λέγειν τι, antea etiam habuimus pro eo quod est, dicere quidpiam, quod est conside-

λέγων τι. ΑΛΛΑ, μὰ Δί', ἦν δ' ἐγώ, οὐκ ὁπωστιοῦν· ἀλλὰ τί; ἐπεὶ ταῦτα εὖ καὶ καλῶς διειλέχθον, οὐ καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου ἐπετελεσάτην; δοκεῖ δέ μοι ὑμῖν ἐπίλοιπόν τι εἶναι τῆς σκέψεως. ἐπειδὴ τοῦτό γε ἐδόκει ὁμολογεῖσθαι, τοῖς μὲν ἀγαθὸν εἶναι, τοῖς δὲ κακόν, λοιπὸν δὴ σκέψασθαι τί ἐστι αὐτὸ τὸ πλουτεῖν· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο πρῶτον εἴσεσθε, οὐδ' ἂν ὁπότερον κακόν ἐστιν, ἢ ἀγαθὸν δύναισθε συνομολογῆσαι. ἕτοιμος δ' ὑμῖν καὶ ἐγώ, καθ' ὅσον οἷός' ἂν ὦ, συνδιασκοπεῖσθαι. φρασάτω οὖν ἡμῖν ὁ φάσκων τὸ πλουτεῖν ἀγαθὸν εἶναι, τούτου πέρι ὅπως τυγχάνει ἔχων.

κδ' ΑΛΛ' ἐγὼ μέν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὐδέν τι περιττότερον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τὸ πλουτεῖν λέγω εἶναι· τὸ γὰρ χρήματα πολλὰ κεκτῆσθαι τοῦτο εἶναι τὸ πλουτεῖν· οἶμαι δὲ καὶ Κριτίαν τοῦτον οὐχ ἕτερον τὸ πλουτεῖν οἴεσθαι εἶναι. ΕΤΙ μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, κἂν οὕτως ὑπόλοιπον εἴη σκέψασθαι ὁποῖά ἐστι χρήματα, ἵνα μὴ ὀλίγον ὕστερον περὶ τούτου αὖ πάλιν φανῆσθον διαφερομένω. αὐτίκα γὰρ οὗτοι Καρχηδόνιοι νομίσματι χρῶνται τοιῷδε· ἐν δερματίῳ μικρῷ ἀποδέδεται ὅσον τε στατῆρος τὸ μέγεθος μάλιστα· ὅ,τι δέ ἐστι τὸ ἐναποδεδεμένον οὐδεὶς γινώσκει, εἰ μὴ οἱ ποιοῦντες. εἶτα κατεσφραγισμένῳ τούτῳ νομίζουσι· καὶ ὁ πλεῖστα τοιαῦτα κεκτημένος, οὗτος πλεῖστα δοκεῖ χρήματα κεκτῆσθαι καὶ πλουσιώτατος εἶναι. εἰ δέ τις παρ' ἡμῖν πλεῖστα τοιαῦτα κεκτημένος εἴη, οὐδὲν ἂν μᾶλλον πλούσιος εἴη, ἢ εἰ ψήφους πολλὰς τῶν ἐκ τοῦ ὄ-

ρους

siderratu dignum, quod pondere non caret.

Καθ' ὅσον οἷος τ' ἂν ὦ] Hoc iterum ad Socraticam εἰρωνείαν pertinebat; nam optimè norat divitias, aut quovis alio nomine ἰσοδυναμοῦντι vocari id, cujus permutatione & possessione, poterant reliqua omnia ad usum & voluptatem pertinentia comparari, aut haberi; quod auro & argento, præsertim, apud pleróсque omnes Græcos, alióſque populos poterat fieri. Sed nolebat vir ſapiens magiſtri perſonam hîc induere, verùm potiùs quaſi condiſcipulum cum colloquutoribus verita-

SED nullo modo, inquam, per Jovem *irridens loquor.* Verùm quid? Quandoquidem hæc bene disseruerunt, cur non & reliqua ejus sermonis absolverunt? Videtur enim mihi investigationis reliquum quiddam esse. Postquàm hoc in confesso esse videbatur, nonnullis quidem bonas esse opes, aliis verò malas; supererat ut disquireretur, quid sit hoc ipsum, divitem esse. Nisi enim hoc priùs sciveritis, ne hoc quidem inter vos utrum malum sit, an bonum convenire poterit. Paratus sum & ego, quoad potero, rem vobiscum considerare. Dicat itaque nobis, qui vult bonum esse divitem esse, quî se habeat circa hoc.

ATQUI ego quidem, (inquit *Erasistratus*) non 24
dico, ô Socrates, divitem esse aliquid amplius esse, quàm alii homines *solent.* Multas enim opes possidere hoc divitem esse voco; existimóque hunc Critiam non putaturum aliud esse divitias. ADHUC certè, inquam ego, etiam sic supererit, ut disquiramus quænam sint opes, ne paullò post iterum hac de re dissentire vos liqueat. Primùm enim Carthaginienses numismate utuntur hujusmodi. In exigua pellicula vincitur *quidpiam* magnitudine quantus est præsertim stater, nemo autem novit quid sit illic ligatum, præter eos qui *id* faciunt. Deinde hoc signato utuntur pro numismate, & qui multa talia possidet, is plurimas opes possidere censetur & ditissimus esse. Si quis autem, apud nos, multa talia possideret, ni-

tatem, veluti sibi quoque ignotam, quærere, ut eâ, quasi communi studio, inventâ magis gauderent.

Τοῦτο πέρα ὅπως τυγχάνει ἔχον] Quæ sit sua hac de re sententia, quáve animi adfectione sit circa id quod vocat τὸ πλουτεῖν.

24. Οὗτοι] Meliùs οἱ.

Ἐν δερματίῳ μικρῷ &c.] Nemo propterea putet pretiosiorum metallorum Carthagine usum nullum fuisse, aut quemvis divitias sibi pelliceis sacculis colligatis, quibus claudebat quod videbatur, confecisse. Emporium, ut notum, nobilissimum & ditissimum fuit

ρους ἔχοι. ἐν γὰρ Λακεδαίμονι σιδηρῷ σταθμῷ νομίζουσι καὶ ταῦτα μέντοι τῷ ἀχρείῳ τοῦ σιδήρου· καὶ ὁ πολὺν σταθμὸν τοῦ σιδήρου τοῦ τοιούτου κεκτημένος πλούσιος δοκεῖ εἶναι, ἑτέρωθι δ᾽ οὐδενὸς ἄξιον τὸ κτῆμα. ἐν δὲ τῇ Αἰθιοπίᾳ λίθοις ἐγγεγλυμμένοις χρῶνται, οἷς οὐδὲν ἂν ἔχοι χρήσασθαι Λακωνικὸς ἀνήρ. ἐν δὲ Σκύθαις τοῖς Νομάσιν, εἴ τις τὴν Πουλυτίωνος οἰκίαν κεκτημένος εἴη. οὐδὲν ἂν πλουσιώτερος δοκοῖ εἶναι, ἢ εἰ παρ᾽ ἡμῖν τὸν Λυκαβηττόν. δῆλον οὖν ὅτι οὐκ ἂν εἴη ἕκαστά γε τούτων κτήματα, εἴπερ ἔνιοι τῶν κεκτημένων μηδὲν διὰ τοῦτο πλουσιώτεροι φαίνονται. ἀλλ᾽ ἔστιν, ἔφην, ἕκαστα τούτων ὄντα, τοῖς μὲν χρήματά τε καὶ πλούσιοι οἱ ταῦτα κεκτημένοι· τοῖς δὲ, οὔτε χρήματα, οὔτε πλουσιώτεροι διὰ τοῦτο. ὥσπερ γε οὐδὲ καλά τε καὶ αἰσχρὰ πᾶσι τὰ τοιαῦτα, ἀλλ᾽ ἕτερα ἑτέροις. εἰ δὲ βουλοίμεθα ἐπισκέψασθαι τί δή ποτε τοῖς μὲν Σκύθαις αἱ οἰκίαι οὐ χρήματά εἰσιν, ἡμῖν δέ· ἢ τοῖς Καρχηδονίοις μὲν τὰ δέρματα, ἡμῖν δ᾽ οὔ. ἢ τοῖς Λακεδαιμονίοις ὁ σίδηρος χρήματα, ἡμῖν δ᾽ οὔ· ἆρ᾽ ἂν οὑτωσὶ μάλιστα ἐξεύροιμεν; αὐτίκα εἴ τις Ἀθήνησι τούτων τῶν λίθων τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ, οἷς οὐδὲν χρώμεθα, κεκτημένος εἴη χίλια τάλαντα σταθμὸν, ἔστιν ὅ, τι ἂν πλουσιώτερος νομίζοιτο εἶναι διὰ τοῦτο;

ΟΥΚ

Carthago. Sed potuit fieri ut aliquando Carthaginienſes, inopiâ laborantes, ſacculis ejuſmodi, publico ſigillo obſignatis uſi ſint; in quibus exigua pecunia, uſum, in urbis commerciis, ſtateris præſtabat; donec Reſpublica ære, argento, vel auro poſſet privatis debitam pecuniam numerare. Alibi hac de re nihil me legere memini; quærant qui otio magis abundant. Potuiſſet etiam fieri, ut pecuniæ æneæ ſummam, quæ ſtaterem, hoc eſt, ex calculo *Ed. Bernardi*, triginta tres Anglicos *penningos* pretio æquaret, vincirent in ſaccis, ne numerandi eſſent minuti nummi, eáque à publicis monetæ præfectis, aut menſariis obſignata, ſic vulgò uterentur. Sed hoc ſi eſſet, ad rem Socratis nihil faceret; nam non obſtitiſſet quominùs nummi ſignati Carthagine fuiſſent. Verùm licèt erraſſet, hac in re, Socrates, vim ejus

ra-

nihilo ditior esset, quàm si calculos multos ex monte haberet. Lacedæmone verò ferreo pondere pro numismate utuntur, & quidem eo ferro quod est inutile; quique possidet multum pondus ejusmodi ferri dives esse judicatur, *quæ* alibi nullius pretii esset possessio. In Æthiopia utuntur lapidibus insculptis, quibus Lacon nullam in rem uti posset. Apud Scythas Nomadas, si quis haberet domum Politionis, nihilo ditior haberetur, quàm si apud nos Lycabettum haberet. Manifestum ergo est horum singula non esse opes, quandoquidem nonnulli eorum qui illa possident nihilo propterea ditiores videntur. Sed sunt quidem, inquam, horum singula quibusdam divitiæ, divitésque qui ea possident; aliis verò neque divitiæ sunt, neque *qui habent* propterea ditiores: quemadmodum honesta & turpia non sunt omnibus eadem, sed alia aliis. Si verò quærere velimus cur Scythis quidem domus non sint divitiæ, sed nobis; aut Carthaginiensibus quidem pelliculæ, non verò nobis; aut Lacedæmoniis ferrum, nobis verò non sit; nonne sic maximè invenerimus? Primùm si quis Athenis horum lapidum, qui sunt in foro, quibus nequaquam utimur, possideret centum talentorum pondus, an propterea ditior haberi posset?

NON

ratiocinationis nequaquam minuta fuisset. Exempli enim loco profertur, quod de Carthaginiensibus habet, & quo tamen carere posset.

Ἐν δὲ Λακεδαίμονι] Vide *Nicol. Cragium* de Republ. Lacedæm. Lib. III. Tab. X. c. 2. & *Joan. Meursium* in Miscell. Laconicis Lib. II. c. 8.

Λίθοις ἐγγεγλυμμένοις] Fortè loco minutæ pecuniæ, ut in quibusdam Indiæ locis conchis nonnullis marinis eam in rem utuntur.

Σκύθαις τοῖς Νομάσιν] Qui in plaustris habitabant, ut omnibus notum ex *Herodoti* Lib. IV. *Pamponio Mela* II, 1. & innumeris aliis.

Πουλυτίωνος] Vide ad *num. 6.*

Λυκαβηττὸν] Montem sterilem Atticæ, quem memorant *Strabo* Lib. IX. *Plinius* Lib. III. c. 7. & alii.

Τὰ τοιαῦτα] Legendum omnino

κέ ΟΥΚ ἔμοιγε φαίνεται. ΑΛΛ' εἰ ὁ Λυχνίτης λίθος κεκτημένος εἴη τὰ χίλια τάλαντα, καὶ σφόδρα πλούσιον φαίνεσθαι εἶναι ἄν; ΠΑΝΥ γε. ΑΡΑ γε, ἔφην, διὰ τοῦτο, ὅτι τὸ μὲν χρήσιμον, τὸ δ' ἀχρεῖον ἡμῖν ἐστί; ΝΑΙ. ΕΠΕΙ καὶ ἐν τοῖς Σκύθαις τούτου ἕνεκα αὐτοῖς οἰκία οὐ χρήματά ἐστιν, ὅτι οὐδεμία αὐτοῖς χρεία οἰκίας ἐστίν. οὐδ' ἂν προτιμήσειε Σκύθης ἀνὴρ οἰκίαν αὐτῷ τὴν καλλίστην εἶναι, μᾶλλον ἤπερ σισύραν δερματίνην· ὅτι τὸ μὲν χρήσιμον, τὸ δ' ἀχρεῖον αὐτῷ ἐστιν. αὖθις αὖ ἡμῖν τὸ Καρχηδόνιον νόμισμα οὐκ οἰόμεθα χρήματα εἶναι· οὐ γάρ ἐστιν ὅ, τι ἂν αὐτοῦ ἐκπορισαίμεθα ὅσων δεόμεθα, ὥσπερ τῷ ἀργυρίῳ· ὥς ἀχρεῖον ἂν ἡμῖν εἴη. ΕΙΚΟΣ γε.

ΟΣΑ μὲν ἄρα τυγχάνει χρήσιμα ὄντα ἡμῖν, ταῦτα χρήματα. ὅσα δ' ἀχρεῖα, ταῦτα δ' οὐ χρήματα. ΠΩΣ οὖν, ἔφη ὁ Ἐρυξίας ὑπολαβὼν, ὦ Σώκρατες, ἡ ἐστιν ὅ, τι χρώμεθα πρὸς ἀλλήλους τῷ διαλέγεσθαι, ἢ τῷ βλάπτειν, καὶ ἑτέροις πολλοῖς; ἄρα ἡμῖν ταῦτ' ἂν εἴη τὰ χρήματα; καὶ μὴν χρήσιμά γε φαίνεται ὄντα.

κϛ' Οὐκ αὖ οὐδ' οὕτως ἐφαίνετο ἡμῖν ὅ, τι ποτ' ἐστὶ τὰ χρήματα. ὅτι μὲν γὰρ ἀνάγκη χρήσιμα εἶναι, εάνπερ μέλλῃ χρήματα ἔσεσθαι, τοῦτο μὲν ἐκ πάντων ὡμολογεῖτο σχεδόν γε. ἀλλὰ ποῖα δὴ τῶν χρημάτων; ἐπειδή γε οὐ πάντα. φέρε δὴ εἰ πάλιν ὧδε μετιοίμεν, ἆρα μᾶλλόν τι εὑρεθείη ὃ ζητοῦμεν, τί ποτ' ἐστὶν ᾧ χρώμεθα χρήμασι, καὶ πρὸς τι εὕρηται τῶν χρημάτων κτῆσις, ὥσπερ τὰ φάρμακα πρὸς τὸ τὰς νόσους ἀπαλλάττειν; ἴσως γὰρ ἂν ἡμῖν

nino videtur, τὰ αὐτὰ, *eadem*, non *talia*.

Χρήματα, ἡμῖν δ' οὐ] Hic χρήματα abundat, & fortè delendum.

25. Λυχνίτης λίθος] De lychnite lapide, è genere ardentium, è quo fiebant potoria vasa, vide *Plinium* L. XXXVII, c. 7.

Σισύραν] Crassæ & vilis vestis genus. Vide *Suidam*.

Καὶ τῷ βλάπτειν] Satis liquet hanc vocem cubare in mendo, nam hîc sermo est de rebus utilibus, aut quæ utiles videntur. Χρήσιμά γε φαίνεται ὄντα. Sed quid ἀντὶ τοῦ βλάπτειν fuerit, si similis soni vocem quæramus, non conjicio. Non ma-

NON mihi videtur. SED si haberet mille ta- 25
lenta Lychnitis lapidis, annon eum etiam valde divitem diceremus? MAXIME. AN, inquam, ideò *hoc* fit, quòd alterum sit utile, alterum inutile? ITA. NAM & apud Scythas ideò domus divitiæ non sunt, quia domûs nullus est apud eos usus; neque maluerit Scytha domum sibi esse quàm indumentum pelliceum; quòd unum quidem ei utile, alterum verò inutile sit. Rursus Carthaginienses nummos non putamus nobis esse divitias; neque enim iis comparare possimus ea quibus indigemus, quemadmodum argento; adeò ut nobis inutiles essent. VERISIMILE est. IGITUR quæcumque nobis utilia sunt, ea sunt nobis divitiæ. Quæcumque verò sunt inutilia, ea non sunt divitiæ. QUOMODO ergo, ô Socrates? inquit, excepto sermone, Eryxias, quia invicem utimur sermone & læsione, & aliis multis, an essent nobis hæc divitiæ? Certè utilia hæc esse videntur.

At rursus ne sic quidem liquebat nobis, quid tan- 26
dem essent opes. Necesse enim esse, si divitiæ quidem futuræ sunt, utiles esse, hoc verò ferè per omnia conveniebat. Sed quales opes? quandoquidem non omnes *prosunt*. Agè verò si rursus sic persequamur, an potiùs invenietur quod quærimus, quid tandem sit quòd opibus utimur, & quamobrem inventa sit divitiarum possessio, quemadmodum remedia

malè quadraret γράφειν, nam nihil est adfinius loquelæ, quàm scriptura, nisi vox esset nimiùm à lectione recepta remota. Sic tamen censuit *Serranus*, qui habet hîc, *sermone & scriptione. Corradus* verò vertit: *disputatione & offensione.* Suspicabar βλέπειν, nihil est enim visu utilius. Sed malo rem in medio relinquere.

Χρήσιμα] Hîc & passim adludit Socrates ad communem originem vocum χρήματα & χρήσιμα, quæ ἀπὸ τοῦ χρῆσθαι *uti.* Ea adlusio Latinè exprimi non potuit.

26. Ἐφαίνετο] Non est vertendum hîc *videbatur*, sed *liquebat*, quia de certa quadam &

ἡμῖν οὕτω μᾶλλον φανερὸν γένοιτο. ἐπειδὴ ἀναγκαῖον μὲν φαίνεται ὅσαπερ τυγχάνει χρήματα ὄντα ταῦτα καὶ χρήσιμα εἶναι· τοῦ δὲ χρησίμων γένος τι ὃ καλοῦμεν χρήματα· λοιπὸν ἂν εἴη σκέψασθαι τὰ πρός τινα χρείαν χρήσιμα χρῆσθαι χρήματά ἐστιν, πάντα μὲν γὰρ ἴσως χρήσιμα, ὅσά γε πρὸς τὴν ἐργασίαν χρώμεθα· ὥσπέρ γε πάντα μὲν τὰ ψυχὴν ἔχοντα, ζῶα· τοῦ δὲ ζώων γένος τι καλοῦμεν ἄνθρωπον.

κζ Εἰ δέ τις ἡμᾶς ἔροιτο, τίνος ἂν ἡμῖν ἐκποδὼν γενομένου, οὐδὲν δεοίμεθα ἰατρικῆς, οὐδὲ τῶν ταύτης ἐργαλείων, ἔχοιμεν ἂν εἰπεῖν ὅτι εἰ αἱ νόσοι ἀπαλλαγείησαν ἐκ τῶν σωμάτων καὶ μὴ γίγνοιντο παντάπασιν, ἢ γιγνόμεναι παραχρῆμα ἀπαλλάττοιντο; ἔστιν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ἡ ἰατρικὴ τῶν ἐπιστημῶν ἡ πρὸς τοῦτο χρησίμη, πρὸς τὸ νόσους ἀπαλλάττειν. εἰ δέ τις ἡμᾶς πάλιν ἔροιτο, τίνος ἂν ἡμῖν ἀπαλλαγέντος, οὐδὲν δεοίμεθα χρημάτων, ἆρ' ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν; εἰ δὲ μή, πάλιν ὧδε σκοπώμεθα.

κή Φέρε, εἰ οἷός τ' εἴη ζῆν ἄνθρωπος ἄνευ σιτῶν καὶ ποτῶν, καὶ μὴ πεινῷ, μηδὲ διψῷ, ἔσθ' ὅ, τι ἂν ἢ αὐτῶν τούτων δέοιτο, ἢ ἀργυρίου, ἢ ἑτέρου τινὸς ἵνα ταῦτα ἐκποριζηται; ΟΥΚ ἔμοιγε δοκεῖ. ΟΥΚΟΥΝ καὶ τἆλλα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον; εἰ μὴ δεοίμεθα πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ὧν νῦν ἐνδεεῖς ἐσμὲν, καὶ ἀλέας καὶ ψύχους ἐνίοτε καὶ τῶν ἄλλων ὅσων τὸ σῶμα ἐνδεὲς γιγνόμενον προσδεῖται, ἄχρηστ' ἂν ἡμῖν εἴη τὰ καλούμενα χρήματα· εἰ μηδείς γε παντάπασι μηδενὸς δέοιτο τούτων, ὧν ἕνεκεν ἂν βουλοίμεθα χρήματα ἡμῖν εἶναι·

& minimè dubia cognitione loquitur Socrates.

27. Ἆρ' ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν] Possemus respondere tum demum nihil nobis opus fore divitiis; seu rebus, quarum permutatione omnia comparari possunt, quæ sunt ad vitæ commoda, voluptates & splendorem utilia; quando tota vitæ ratio mutata erit, neque ampliùs homines talia sectabuntur. Quod in hac vita numquam continget. Singuli homines, familiæ, urbes, Magistratus, Reges, Respublicæ

dia ad amovendos morbos? Fortaſſe enim ſic res nobis manifeſtior fieri queat, quoniam neceſſe eſſe conſtat quæcumque ſunt divitiæ, ea utilia eſſe. Annon genus quoddam rerum utilium eſt id, quod divitias vocamus? Supereſſet ut diſpiceremus quam in rem utile ſit opibus uti; omnia enim fortaſſe utilia ſunt, quibus ad aliquid faciendum utimur, ut omnia, quæ animam habent ſunt animalia, genus verò quoddam animalium hominem vocamus.

Si quis verò nos interrogaret, quanam re ſublatâ, 27
non indigeremus medicina, neque ejus inſtrumentis, an poſſemus dicere, ſi morbi expulſi eſſent è corporibus, neque omnino eſſent; aut ſi orti, illico ſubmoverentur? Eſt certè, ut videtur, medicina inter ſcientias, quæ eam in rem utilis, ut morbos expellat. Si quis verò nos iterum interrogaret, quanam re amotâ, non indigeremus divitiis, haberemúſne quod diceremus? Sin minùs, rurſus hoc modo *rem* conſideremus.

Age, ſi vivere poſſet homo ſine cibo & potu, nec 28
eſuriret aut ſitiret; an his ipſis indigeret, aut pecunia, aut alia quadam re, ut ea compararet? MIHI quidem non videtur. NONNE & alia eodem modo ſe habent? Si minimè indigeremus ad curandum corpus, iis, quibus nunc indigi ſumus, & calore & frigore interdum & aliis quibus egeno corpori opus eſt, inutiles nobis eſſent ea quæ vocantur divitiæ; ſi nemo prorſus ulla re egeret earum, quarum causâ cupimus nobis eſſe opes; ut ſufficiamus cupiditati-

cæ multis ſemper indigebunt, ſine quibus ſe ſe tueri non poſſent. Itaque præſtitiſſet fortè non uſque adeò diſputare de inutilitate divitiarum, ſed rectum earum uſum oſtendere; quemadmodum reverâ multis locis facit Socrates, apud *Platonem* & *Xenophontem*. Vide Lib. 1. de Republ. non procul ab initio.

28. Πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν] In hac vita, ſemper corpus curatione egebit, quam in rem opus eſt non divitiis quidem, ſed neceſſariorum ſaltem,

εἶναι· ἵνα ἐξαρκοίμεθα πρὸς τὰς ἐπιθυμίας καὶ τὰς ἐνδείας τοῦ σώματος ὧν ἂν ἑκάστοτε δεώμεθα. εἰ δ' ἐστὶν ἄρα πρὸς τοῦτο χρήσιμον ἡ τῶν χρημάτων κτῆσις, πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν τῶν ἐνδειῶν, εἰ γοῦν ἡμῖν τοῦτο ἐκ μέσου ἀναιρεθείη, οὐδὲν ἂν δεοίμεθα χρημάτων. ἴσως δ' ἂν οὐδ' εἴη παντάπασι χρήματα. ΦΑΙΝΕΤΑΙ. ΦΑΙΝΕΤΑΙ ἄρα ἡμῖν, ὡς ἔοικε, τὰ πρὸς ταύτην τὴν πραγματείαν χρήσιμα τῶν πραγμάτων, ταῦτα εἶναι χρήματα.

κθ' Οὐ μὴν ἀλλ' ἐτάραττέ γε αὐτὸν σφόδρα τὸ λογίδιον. ΤΙ δὲ τὰ τοιάδε, πότερον ἂν φήσαιμεν οἷόντε εἶναι ταυτὸν πρᾶγμα πρὸς τὴν αὐτὴν ἐργασίαν τοτὲ μὲν χρήσιμον εἶναι, τοτὲ δὲ ἀχρεῖον; ΟΥΚ ἔγωγ' ἂν φαίην, ἀλλ' εἴτι δεοίμεθα τούτου πρὸς τὴν αὐτὴν ἐργασίαν, καὶ χρήσιμον μοι δοκεῖ εἶναι· εἰ δὲ μὴ, οὔ.

ΟΥΚΟΥΝ εἰ ἄνευ πυρὸς οἷοίτε εἴημεν ἀνδριάντα χαλκοῦν ἐργάσασθαι, οὐδὲν ἂν δεοίμεθα πυρὸς πρός γε τὴν τούτου ἐργασίαν· εἰ δὲ μὴ δεοίμεθα, οὐδ' ἂν χρήσιμον εἴη. ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ τῶν ἄλλων ΦΑΙΝΕΤΑΙ. ΟΥΚΟΥΝ ὅσων ἄνευ οἷόντε γίγνεσθαί τι, οὐδὲν ἂν τούτων ἡμῖν οὐδὲ χρήσιμον φαίνοιτο πρός γε τοῦτο. ΟΥ γάρ. ΟΥΚΟΥΝ εἴ ποτε φαινοίμεθα οἷοίτε ὄντες, ἄνευ ἀργυρίου καὶ χρυσίου καὶ τῶν ἄλλων τοιούτων (οἷς μὴ αὐτοῖς χρώμεθα πρὸς τὸ σῶμα, ὥσπερ σιτίοις καὶ ποτοῖς καὶ ἱματίοις καὶ στρώμασι καὶ οἰκίαις) παύειν τὰς τοῦ σώματος ἐνδείας, ὥστε μηκέτι δεῖσθαι, οὐκ ἂν ἡμῖν χρήματα φαίνοιτο, πρός γε τοῦτο, ἀργύριόν τε καὶ χρυσίον καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα· εἴπερ ποτὲ καὶ ἄνευ τούτων οἷόντε γίνεσθαι. ΟΥ γάρ.

ΟΥΚ ἂν ἄρα οὐδὲ χρήματα ἡμῖν ταῦτα φανείη, εἰ μηδὲν χρήσιμα· ἀλλὰ ταῦτ' ἂν εἴη, οἷς τὰ χρήσιμα οἷοίτε ἐσμὲν ἐκπορίζεσθαι.

Ὦ

tem, *quibus doleat natura negatis*, possessione. At in vita immortali, ne his quidem opus erit.

29. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπέραττε] Quod, nempe, animadverteret ex concessis sequi, si quis non indigeret iis commodis & vo-

tatibus & iis egestatibus corporis, quibus semper laboramus. Certè si possessio divitiarum eam in rem est utilis, ut curetur corpus, in iis quibus ei opus est, hoc verò è medio tolleretur; nihil indigeremus divitiis. Fortassis etiam ne omnino quidem essent opes. VIDETUR. LIQUET ergo nobis, ut videtur, eas res, quæ sunt utiles ad hoc *quod agitur* negotium, esse divitias.

Vehementer tamen turbabat eum brevis hic sermo. 29
QUID verò talia? An dicere possimus eamdem rem, ad idem opus, posse esse nunc quidem utilem, nunc verò inutilem. HOC quidem ego minimè dixerim, sed si eâ indigeremus ad id opus, tum utilis mihi videretur; sin minùs, inutilis. ERGO si sine igne possemus statuam æneam conflare, ad id opus nequaquam igne indigeremus. Si verò eo non indigeremus, ne utilis quidem esset. Eadem ratio est & aliarum rerum. VIDETUR. IGITUR omnium, sine quibus aliquid potest fieri, nihil nobis ad hoc utile videri queat. NIHIL. ERGO si quando videremur posse, sine argento & auro aliisque similibus (quibus ipsis ad corpus non utimur, quemadmodum cibo, potu, vestibus, stragulis & ædibus) facere ut desinerent egestates corporis, ita ut non ampliùs *ulla re* indigeret, argentum & aurum aliáque talia non viderentur nobis, ad eam rem quod adtinet, divitiæ; si quidem aliquando & sine illis hoc fieri posset. NON. IGITUR ne opes quidem nobis viderentur, si essent inutiles; sed hæc essent opes, quibus utilia possemus comparare.

NUM-

voluptatibus, quæ sine divitiis haberi nequeunt, inutiles fore divitias, quas tamen non poterat non magni facere. Sic Socrates non indigebat iis, quibus æquo animo carebat; ac proinde nec divitiis ad ea comparanda necessariis, qua de re vide dialogum ejus cum cum Antiphonte Sophista, apud

λ' Ὦ Σώκρατες, οὐκ ἂν ποτε δυναίμην τοῦτο πεισθῆναι, ὡς τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα οὐκ ἄρα χρήματα ἡμῖν ἐστίν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ σφόδρα πέπεισμαι, ὡς τά γε ἡμῖν ἀχρεῖα ὄντα οὐδὲ χρήματά ἐστι, καὶ ὅτι τῶν χρησιμωτάτων ἐστὶ πρὸς τούτων χρήματα τὰ χρήσιμα· οὐ μὴν τοῦτό γε ὡς ταῦτα οὐ χρήσιμα ἡμῖν τυγχάνει ὄντα πρὸς τὸν βίον, εἴπερ γε τούτοις τὰ ἐπιτήδεια ἐκπορίζοίμεθα.

λα' ΦΕΡΕ δὴ, πῶς ἂν τὰ τοιαῦτα φήσαιμεν; ἆρ' εἰσί τινες ἄνθρωποι, οἵτινες μουσικὴν παιδεύουσι, ἢ γράμματα, ἢ ἑτέραν τινὰ ἐπιστήμην, οἱ ἂν ἀντὶ τούτων σφίσιν αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια ἐκπορίζωνται, τούτων μισθὸν πραττόμενοι; ΕΙΣΙ γάρ. ΟΥΚΟΥΝ οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ταύτῃ τῇ ἐπιστήμῃ ἂν ἐκπορίζοιντο τὰ ἐπιτήδεια, ἀντὶ ταύτης ἀλλαττόμενοι, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀντὶ τοῦ χρυσίου καὶ ἀργυρίου· ΦΗΜΙ. ΟΥΚΟΥΝ εἴπερ τούτῳ ἐκπορίζονται οἷς πρὸς τὸν βίον χρῶνται, κἂν αὐτὸ χρήσιμον εἴη πρὸς τὸν βίον. καὶ γὰρ τὸ ἀργύριον τούτου ἕνεκα χρήσιμον ἔφαμεν εἶναι, ὅτι οἷοί τ' ἦμεν αὐτῷ τἀναγκαῖα πρὸς τὸν βίον ἐκπορίζεσθαι. ΟΥΤΩΣ, ἔφη. ΟΥΚΟΥΝ εἴπερ αὗται αἱ ἐπιστῆμαι τῶν χρησίμων πρὸς τοῦτο, φαίνονται ἡμῖν αἱ ἐπιστῆμαι χρήματα οὖσαι, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, δι' ἥνπερ τὸ χρυσίον τε καὶ τὸ ἀργύριον; δῆλον δὲ ὅτι καὶ οἱ ταύτας κεκτημένοι, πλουσιώτεροι. ὀλίγον δὲ πρότερον οὕτω χαλεπῶς ἀπεδεχόμεθα τὸν λόγον, εἰ οὗτοι πλουσιώτατοι. ἀναγκαῖον δ' ἂν εἴη καὶ ἐκ τοῦ νῦν ὡμολογημένου τοῦτο ξυμβαίνειν, ἐνίοτε τοὺς ἐπιστημονεστέρους πλουσιωτέρους εἶναι.

Ei

apud *Xenophontem* ἀπομνημον. Lib. I. c. 6. in Ed. Oxon.

30. Οὐκ ἄν ποτε &c.] Possumus re verâ opibus uti, ad comparanda quæ sunt vitæ utilia necessaria, aliisque bene faciendum, si iis rectè utamur; sed, ut ostendit antea Critias, qui iis abutuntur sibi vehementer nocent. Itaque sunt utiles ad vitam, sed si iis rectè utamur, quod tamen vulgare non est. Vide sermonem Socratis cum Cephalo initio Lib. I. de Republica.

31. Ἀντὶ τούτων &c.] Dum suam operam pecuniâ locantes, ex pecunia, quam accipiunt,

NUMQUAM, ô Socrates, possit hoc mihi persuaderi, aurum & argentum, aliaque similia non esse nobis divitias. Id quidem vehementer est mihi persuasum, ea quæ nobis inutilia sunt, ne divitias quidem esse, & inter utilissima, ad hæc quod adtinet, esse divitias quæ prosunt ; non verò hoc , has non esse utiles nobis ad vitam, quandoquidem hisce necessaria comparamus. 30

AGE itaque, quomodo talia dixerimus? An sunt homines nonnulli, qui Musicam doceant, aut Litteras, aut aliam quamdam scientiam, qui pro hisce sibi necessaria comparent, mercedem harum exigentes? SUNT. ERGO hi homines hac scientiâ sibi possint necessaria comparare , eam *illis* permutantes, ut nos auro & argento *permutamus*. 31

FATEOR. NONNE si eâ comparant illa quibus ad vitam utuntur, ea quoque utilis fuerit ad vitam? Etenim pecuniam ideò diximus utilem esse, quia eâ nobis possumus omnia ad vitam necessaria comparare. ITA , inquit. NONNE si hæ disciplinæ sint inter ea, quæ hanc in rem utilia sunt, videntur nobis scientiæ esse divitiæ, propter eamdem causam ; propter quam aurum & argentum *divitiæ sunt* ? Manifestum etiam est eos qui eas *disciplinas* possident esse ditiores. At paullò antea tam malè excipiebamus eum sermonem , an ditissimi hi essent. Necesse autem esset, ex eo de quo nunc convenit, effici interdum doctiores esse ditiores.

Si

piunt, necessaria sibi comparans. Eo sensu verè dici possunt artes esse χρήματα, &, si ita libeat, νομίσματα. Certè sic loquutus est *Sophocles* , ab Alexandrino *Clemente* laudatus Strom. Lib. IV. p. 484. Οὐκ ἦν μόνον τοῦτο — νόμισμα λευκὸς ἄργυρος,

Ἢ χρυσός ἐστιν , ἀλλὰ κἀρετὴ βροτοῖς , ὥς φησιν ὁ Σοφοκλῆς. Ergo non tantùm nummus album argentum , aut aurum sunt mortalibus ; sed etiam virtus, *ut dicit Sophocles*.

Πλουσιώτεροι] Quòd artes sint ubique utiles, non verò pecuniæ, ut antea dixit, & quòd non

κβʹ Εἰ γάρ τις ἡμᾶς ἔροιτο, ἆρα παντὶ ἀνθρώπῳ οἰόμεθα χρήσιμον εἶναι ἵππον, ἆρα φαίης ἄν; ἢ τοῖς μὲν ἐπιστήμοσιν ὅπως δεῖ ἵππῳ χρῆσθαι, χρήσιμος ἂν εἴη, τοῖς ἀνεπιστήμοσι δ' οὔ; ΦΑΙΗΝ ἄν. ΟΥΚΟΥΝ, ἔφην, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, οὐδὲ φάρμακον παντὶ ἀνθρώπῳ χρήσιμον εἶναι, ἀλλὰ τούτῳ ὅστις τυγχάνει εἰδὼς ὡς δεῖ χρήσασθαι αὐτῷ; ΦΗΜΙ. ΟΥΚΟΥΝ καὶ τἆλλα πάντα ὁμοίως; ΕΟΙΚΕ. ΧΡΥΣΙΟΝ ἄρα καὶ ἀργύριον καὶ τἆλλα τὰ δοκοῦντα χρήματα εἶναι, τούτῳ ἂν μόνῳ χρήσιμα εἴη, ὅστις τυγχάνει ἐπιστάμενος ὡς χρηστέον αὐτοῖς. ΟΥΤΩΣ. ΟΥΚΟΥΝ πρότερον ἐδόκει τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ εἶναι εἰδέναι ὅπου τε καὶ ὅπως τούτων ἑκάστοις χρηστέον ἐστί; ΦΗΜΙ. ΤΟΙΣ ἄρα καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων, τούτοις ἂν μόνοις καὶ χρήσιμα ταῦτ' εἴη, εἴπερ γε τούτοις ἐπιστημόνως χρηστέον· εἰ δὲ τούτοις μόνοις χρήσιμον, τούτοις ἂν μόνοις καὶ χρήματα εἶναι φαίνοιτο. ἀτὰρ, ὡς ἔοικε, καὶ τὸν ἀνεπιστήμονα ἱππικῆς, κεκτημένον δὲ ἵππους, οἱ τυγχάνουσιν αὐτῷ ἀχρεῖοι ὄντες, εἴτις τοῦτον ἱππικὸν ποιήσειεν, ἄρα ἂν ἅμα καὶ πλουσιώτερον πεποιηκὼς εἴη· εἴπερ γε αὐτῷ ἃ ἐτύγχανε πρόσθεν ἀχρεῖα ὄντα χρήσιμα πεποίηκεν· ἐπιστήμην γάρ τινα παραδιδοὺς τῷ ἀνθρώπῳ ἅμα καὶ πλούσιον αὐτὸν πεποίηκε. ΦΑΙΝΕΤΑΙ γε.

λγʹ ΟΜΩΣ δέ μοι κἂν διομόσασθαι δοκῶ ὑπὲρ Κριτίου, ὑπὸ μηδενὸς τούτων τῶν λόγων πεπεῖσθαι. ΝΗ Δία,

non tam facilè artium scientiam amittamus, quàm divitias. Vide *Philemonis* frag. XXI. ex incertis.

32. Οὐκοῦν ἔφην] Sic scripsi pro ἔφη, ex sententia *Corradi* & *Serrani*, qui rectè vertunt *inquam*; nam Socrates loquitur, narrátque hunc Dialogum à se habitum.

Χρήματα εἶναι] Res esse quæ possint verè χρήματα, hoc est, *res utiles dici*. Passim eo adluditur, quod à Latinè loquente, ut dixi, fieri nequit.

33. Διομόσασθαι δοκῶ] Norat enim Socrates, quem in finem Critias eum libenter audiret & se quasi discipulum ejus gereret; nimirum, ut facultatem illam de quavis re acutè disceptandi, quam in Socrate summam esse videbat, adipisceretur, eáque postea in Republicæ administratione abuteretur. Quod nos docet *Xenophon*

Si quis nos interrogaret, an cuivis homini utilem 32
esse equum putemus, an adsentireris? Vel an scientibus quomodo oporteat uti equo, utilis esset; nescientibus verò, secus? HOC faterer. ERGO eadem de ratione, ne remedium quidem cuivis homini utile esse *diceres*, sed ei demum qui noverit illo uti, quemadmodum oportet. ITA. ERGO & alia omnia similiter. SIC videtur. AURUM igitur & argentum & cetera, quæ divitiæ habentur, illi tantùm utilia esse queant, qui scierit quomodo eis sit utendum. ITA. NONNE antea videbatur honesti & boni viri esse, scire ubi & quomodo horum singulis utendum sit. FATEOR.

ERGO honestis & bonis hominibus, & his quidem solis utilia hæc sint, si quidem his scienter utendum est. Si verò his solis utile sit *habere divitias*, his solis divitias esse liquet. Verùm, ut videtur, etiam artis equestris imperitum, habentémque equos, qui sunt ei inutiles, si quis equitandi peritum reddiderit, simul & locupletiorem fecerit; quandoquidem ei quæ antea erunt inutilia, utilia effecerit; nam dum scientiam quamdam homini tradidit, simul etiam divitem fecit. VIDETUR.

ATTAMEN jurare etiam mihi posse videor pró 33
Critia, nullo horum sermonum persuasum esse.

IN-

phon ἀπομνημ. Lib. I. c. II. Cùm Critias & Alcibiades viderent Socratem τοῖς διαλεγομένοις αὐτῷ πᾶσι χρώμενον ἐν τοῖς λόγοις ὅπως βούλοιτο, *eos omnes quibus cum colloquebatur, in sermonibus flectere quemadmodum vellet*; existimarunt εἰ ὁμιλησαίτην ἐκείνῳ, γενέσθαι ἂν ἱκανωτάτω λέγειν τε καὶ πράττειν, *si cum eo versarentur, fore se aptissimos ad dicendum & agendum.* Sed iidem ὡς τάχιστα κρείττονε τῶν συγγινομένων ἡγησάσθην εἶναι, εὐθὺς ἀποπηδήσαντε Σωκράτους, ἐπραττέτην τὰ πολιτικά, ὧνπερ ἕνεκα Σωκράτους ὠρεχθήτην: *ubi primùm existimarunt se præstantiores esse iis, quibus cum versabantur, statim à Socrate resilierunt, rempublicam gerendam susceperunt, quamobrem Socratem expetiverant.* Hinc intelligere licet, cur Socrates malè sentiret de adfectu Critiæ erga divitias; quas tamen idem Cri-

Δία, καὶ γὰρ, ἔφη, μαινοίμην ἄν, εἰ ταῦτα πειθοίμην. ἀλλὰ τί οὐκ ἐκεῖνον τὸν λόγον διετέλεσας, ὡς τὰ δοκοῦντα οὐκ ἐστὶ χρήματα, χρυσίον καὶ ἀργύριον, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα; ὡς ἐγὼ πάνυ σφόδρα τούτους τοὺς λόγους ἀκροώμενος, οὓς καὶ σὺ νῦν τυγχάνεις δὴ διεξιὼν, ἄγαμαι. Εἶπον οὖν ἐγὼ ὅτι ΜΟΙ δοκεῖς σὺ, ὦ Κριτία, οὕτως ἐμοῦ χαίρειν ἀκροώμενος, ὥσπερ τῶν ῥαψῳδῶν οἳ τὰ Ὁμήρου ἔπη ᾄδουσιν· ἐπεὶ οὐδείς γέ σοι δοκεῖ τούτων τῶν λόγων ἀληθὴς εἶναι.

λδʹ Ὅμως δὲ, φέρε, πῶς ἂν τὰ τοιαῦτα φήσαιμεν; ἆρά γε τοῖς γε οἰκοδομικοῖς τῶν ἀνθρώπων φαίης ἂν αὐτὰ εἶναι χρήσιμα, πρὸς τὸ οἰκίαν ἐργάσασθαι; ΕΜΟΙΓΕ δοκεῖ. ΠΟΤΕΡΟΝ οὖν ταῦτα φήσαιμεν ἂν χρήσιμα εἶναι οἷς αὐτῶν καταχρῶντο εἰς τὴν οἰκοδομίαν, λίθους καὶ πλίνθους καὶ ξύλα καὶ εἴτι ἕτερον τοιοῦτον; ἢ καὶ τὰ ἐργαλεῖα οἷς αὐτοὶ τὴν οἰκίαν ἐργάζοιντο, καὶ οἷς ταῦτα ἐκπορίζοιντο τὰ ξύλα καὶ τοὺς λίθους, καὶ πάλιν τὰ τούτων ἐργαλεῖα; ΕΜΟΙΓ', ἔφη, δοκεῖ πάντα ταῦτα χρήσιμα εἶναι πρὸς ἐκεῖνα. ΟΥΚΟΥΝ, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐργασιῶν, οὐ μόνον αὐτοῖς οἷς καταχρώμεθα πρὸς ἕκαστον τῶν ἔργων; ἀλλὰ καὶ οἷς ταῦτα ἐκπορίζόμεθα, καὶ ὧν ἄνευ οὐκ ἂν γένοιτο. ΠΑΝΥ γε οὕτω. ΟΥΚΟΥΝ πάλιν καὶ οἷς ταῦτα, καὶ εἴτι ἀνωτέρω τούτων, καὶ οἷς πάλιν ἐκεῖνα καὶ ἔτι μάλα τὰ ἄνω; ὥστε καὶ εἰς ἄπειρόν τι πλῆθος τελευτῶντα, ἀνάγκη ταῦτα πάντα πρὸς τὴν αὐτῶν ἐργασίαν χρήσιμα φαίνεσθαι; ΚΑΙ οὐδὲν γε, ἔφη, ταῦτα οὕτω κωλύει ἔχειν.

ΤΙ

Critias antea ostenderat esse interdum noxias. Ad ostentandum, nimirum, ingenium ita loquutus fuerat, non ex animo & quòd ita sentiret, vellétque virtutem divitiis præferre.

Ὥσπερ τῶν ῥαψῳδῶν] Quorum vocis & cantûs major ratio habebatur, quàm rerum; quibus etiam nulla fides habebatur, quamvis eleganter à Poëta dictæ viderentur. De Rhap-

INSANIREM enim, per Jovem, si hæc crederem. Sed cur eam disputationem, non absolvisti, *quâ ostendere volebas* quæ creduntur esse opes, aurum & argentum, aliáque ejusmodi, non esse? nam hosce sermones audiens, quos tu nunc habes, vehementer *te* admiror. Dixi ergo illi: MIHI videris, Critia, gaudere dum me audis, quemadmodum dum audis Rhapsodos, qui Poëmata Homeri canunt; quamvis nullus eorum sermonum tibi videatur esse verus.

Attamen, age, quomodo res idgenus dixerimus? 34
Hominibus qui domum ædificant, dixerisne divitias esse utiles ad faciendam domum? MIHI quidem ita videtur. AN igitur iis dixerimus hæc utilia esse quibus utuntur ad ædificationem, lapides, lateres, & ligna, & si quid aliud simile? aut instrumenta, quibus ipsi domum exstruunt, & ea quibus hæc comparare queant, ligna & lapides, & rursus horum instrumenta? MIHI, inquit, videntur omnia hæc ad illa utilia esse. IGITUR, inquam ego, & in aliis operibus, non solùm *ea utilia*, quibus ipsis utimur ad singula opera, sed & ea quibus hæc comparamus & sine quibus fieri non possent. SIC omnino. NONNE rursus *ea* quibus hæc *comparamus*, & si quid aliud sit hisce altius, & ea iterum quibus hæc, & si quæ hisce superiora sunt, ita ut in infinitam quamdam multitudinem desinentia necesse sit omnia ad eorum effectionem necessaria videri.

NEQUE, inquit, quidquam vetat hæc ita habere.

QUID

Rhapsodis, nihil addam, cui enim non dictus Hylas? Vide inter alia *Joan. Meursii* Panathenæa, Cap. XXV. déque eorum imperitia, quæ dicuntur in *Xenophontis* convivio Cap. III, 6. ubi negatur esse ἔθνος ἠλιθιώτερον ῥαψῳδῶν.

34. Ἀνωτέρω τούτων] Intelligit remotiora, ut sic loquar, rerum, ex quibus hæ pendebant, pretia. Sic quoque, licèt

λέ **ΤΙ** δ' εἰ ὑπάρχοι τῷ ἀνθρώπῳ σιτία, καὶ ποτὰ, καὶ ἱμάτια καὶ τἆλλα οἷς αὐτὸς πρὸς τὸ σῶμα μέλλει χρῆσθαι, ἆρ' ἄν τι προσδέοιτο χρυσίου, ἢ ἀργυρίου, ἢ ἄλλου του οἷς ταῦτα ποριεῖται ἅ γε δὴ ὑπάρχοι; **ΟΥΚ** ἔμοιγε δοκεῖ. **ΟΥΚΟΥΝ** φαίνοιτο ἂν ἡμῖν ἔστιν ὅτε ἄνθρωπος οὐδενὸς τούτων δεόμενος πρὸς τὴν τοῦ σώματος χρείαν; **ΟΥ** γάρ. **ΟΥΚΟΥΝ** εἰ ταῦτα ἀχρεῖα φαίνοιτο πρὸς ταύτην τὴν ἐργασίαν, οὐκ ἄν ποτε πάλιν δέοι χρήσιμα φανῆναι; ὑπέκειτο γὰρ μὴ οἷόν τε εἶναι πρὸς τὴν αὐτὴν ἐργασίαν τοτὲ μὲν χρήσιμα, τοτὲ δὲ ἀχρεῖα εἶναι. **ΑΛΛ'** οὕτω γ' ἂν, ἔφη, ὁ αὐτὸς λόγος σοι καὶ ἐμοὶ γίνοιτο· εἰ γάρ ποτε ταῦτα χρήσιμα γίγνοιτο πρὸς τοῦτο, οὐκ ἄν ποτε συμβαίνοι πάλιν. ἀχρεῖα εἶναι.

λς' **ΝΥΝ** δὲ πρὸς τινὰς ἐργασίας πραγμάτων μοχθηρῶν, τὰς δὲ χρηστῶν; **ΕΓΩΓ'** ἂν φαίην. **ΑΡ'** οὖν οἷόντε μοχθηρόν τι πρᾶγμα πρὸς ἀγαθοῦ τινὸς ἐργασίαν χρήσιμον εἶναι; **ΟΥΚ** ἔμοιγε φαίνεται. **ΑΓΑΘΑ** δὲ πράγματα ἆρ' ἂν ταῦτα φαίημεν εἶναι, ἃ δι' ἀρετὴν ἄνθρωπος πράττει; **ΦΗΜΙ.** **ΑΡ'** οὖν οἷόντε ἄνθρωπον μαθεῖν τι τούτων, ὅσα διὰ λόγου διδάσκεται, εἰ παντάπασιν ἀπεστερημένος εἴη τοῦ ἀκούειν, ἢ ἑτέρου τινός; **ΜΑ Δί'** οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ. **ΟΥΚΟΥΝ** τῶν χρησίμων φαίνοιτο ἂν ἡμῖν πρὸς ἀρετὴν τὸ ἀκούειν, εἴπερ διδακτός γε ἡ ἀρετὴ τῷ ἀκούειν, καὶ αὐ-

cèt in alia re, cùm, nimirum de causis sermo esset, loquutus est *Cicero*, de Fato, c. 15. *Ex hoc genere est illud Ennii*:

Utinam ne, in nemore Pelio
securibus
Cæsa, cecidisset abiegna ad
terram trabes!

Licuit vel altiùs: *utinam ne in Pelio nata ulla umquam esset arbor! Etiam* supra: *utinam ne esset mons ullus Pelius! Similitérque* superiora *repetentem regredi infinitè licet.*

35. Ὑπέκειτο γὰρ] Vid. postea *num.* 36.

Πάλιν] Res ipsa ostendit meliùs verti contrà, quàm *rursus*.

36. Νῦν δὲ] Series orationis postulare videtur ut hæc tribuantur Socrati. Sed quædam hîc corrupta videntur.

Δι' ἀρετὴν] Atticè, pro δι' ἀρε-

QUID verò? Si ſint homini cibus & potus & veſtes, & alia, quibus ipſe ad corpus uſurus eſſet, an ullo modo indigeret auro, vel argento, aut ulla alia re, quibus hæc poſſent comparari, quæ ei ſunt? 35
NON mihi videtur. NONNE videri queat nobis quiſpiam aliquando nullius harum rerum indigere, ad uſum corporis? NON *indigere poſſet.*
NONNE ſi hæc inutilia videantur ad hoc opus, numquam iterum videri debent utilia? Statuimus enim fieri non poſſe, ut ad idem opus nunc utiles, nunc inutiles *res* ſint. AT ſic idem, inquit, tibi & mihi ſermo fuerit, ſi quando enim hæ utiles fuerint ad hoc, numquam contingere poterit ut contrà inutiles ſint.

NUNC verò an *utiles putas* ad quædam opera rerum malarum, & quædam bonarum? SIC quidem ego dixerim IGITUR potéſtne res mala ad boni alicujus effectionem utilis eſſe? MIHI non videtur. BONAS verò res eſſe an dicere eas poſſimus, quas homo per virtutem facit? ADSENTIOR. AN ergo poteſt fieri ut homo diſcat aliquid eorum, quæ verbis docentur, ſi prorſus ſit privatus auditu, ab alio quopiam? PER Jovem, non mihi videtur. ERGO auditus nobis utilis eſſe videri queat ad virtutem, quandoquidem virtus ac- 36

ἀρετῆς. Sic ſæpe *Ariſtophanes* in Pluto, ad cujus verſum 93. vide Scholiaſtem.

Διὰ λόγου διδάσκεται] Sic loquitur etiam apud *Xenophontem* ἀπομνημ. Lib. III. C. III, 11. ὅσα τε νόμῳ μεμαθήκαμεν καλὰ ὄντα, δι' ὧν γε ζῆν ἐπιστάμεθα, ταῦτα πάντα διὰ λόγου ἐμάθομεν: *quæcumque lege didicimus, per quæ quo modo vivendum ſcimus, hæc omnia per ſermonem accipimus.* Sic iterum, in ſequentibus verbis.

Ἢ ἑτέρου τινός] Hæc cùm ſenſu careant, vertimus quaſi legeretur παρ' ἑτέρου τινός, *ab alio quopiam.* Nam ſi quovis alio ſenſu privatus quiſpiam foret, haberet modò aures, quidvis ab alio διὰ λόγου poſſet diſcere. Itaque miror *Corradum* hìc ſuſtinuiſſe vertere: *ſi prorſus auditu, vel alio quopiam ſenſu ſit privatus*; nam cæcus, verbi gratiâ, qui viſu privatus eſt,

αὐτῷ καταχρώμεθα πρὸς τὰς μαθήσεις; ΦΑΙΝΕΤΑΙ. ΟΥΚΟΥΝ εἴπερ ἡ ἰατρικὴ οἵα τε ἐστὶ τὰ νοσοῦντα παύειν, φαίνοιτο ἂν ἡμῖν ἐνίοτε καὶ ἰατρικὴ τῶν χρησίμων οὖσα πρὸς τὴν ἀρετὴν, εἴπερ διὰ τῆς ἰατρικῆς τὸ ἀκούειν πορισθείη; ΚΑΙ οὐδέν γε κωλύει.

ΑΡ' οὖν πάλιν καὶ εἰ τὴν ἰατρικὴν ἀντὶ χρημάτων πορισαίμεθα, φαίνοιτο ἂν ἡμῖν καὶ τὰ χρήματα χρήσιμα ὄντα πρὸς ἀρετήν; ΚΑΙ γάρ ἐστιν, ἔφη, τοῦτό γε. ΟΥΚΟΥΝ πάλιν ὁμοίως καὶ δι' οὗ τὰ χρήματα πορισαίμεθα; ΠΑΝΤΑΠΑΣΙ μὲν οὖν πάντα. ΑΡ' οὖν ἄν σοι δοκοῖ ἄνθρωπος ἀπὸ μοχθηρῶν τε καὶ αἰσχρῶν πραγμάτων ἀργύριον αὐτῷ πορίσασθαι, ἀνθ' ὅτου τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην κτήσαιτο, ἢ δύναιτο ἀκούειν, ἐκ τοῦ μὴ οἷός τε, τῷ δ' αὐτῷ ἐκείνῳ καταχρῆσθαι πρὸς ἀρετὴν, ἢ ἕτερ' ἄττα τῶν τοιούτων. ΠΑΝΥ μὲν οὖν ἔμοιγε δοκεῖ. ΟΥΚΟΥΝ οὐκ ἂν τό γε μοχθηρὸν χρήσιμον εἴη πρὸς ἀρετήν; ΟΥ γάρ.

λζ ΟΥΚ ἄρα ἀναγκαῖόν ἐστι δι' ὧν ἂν ἐκπορισαίμεθα τὰ πρὸς ἕκαστα χρήσιμα, καὶ ταῦτα πρὸς τὰ αὐτὰ χρήσιμα εἶναι. Φαίνοιτο γὰρ ἂν ἐνίοτε μοχθηρὰ πράγματα πρὸς ἀγαθόν τι χρήσιμον εἶναι. ἔτι δὲ μᾶλλον καὶ ἐπὶ τούτου ἂν φανερὰ γένοιτο. εἴπερ γὰρ ταῦτα χρήσιμά ἐστι πρὸς ἕκαστα, ὧν ἄνευ οὐκ ἂν γένοιτο, εἰ μὴ ταῦτα προϋπάρχει, φέρε, πῶς ἂν τὰ τοιαῦτα φήσαις; ἆρ' οἷόν τε ἀμαθίαν πρὸς ἐπιστήμην χρήσιμον εἶναι, ἢ νόσον πρὸς ὑγίειαν, ἢ κακίαν πρὸς ἀρετήν; ΟΥΚ ἂν ἔγωγε φαίην. ΚΑΙ μὴν τόδε γ' ἂν ὁμολογήσαιμεν ἀδύνατον εἶναι ἐπιστήμην ἐγγενέσθαι ὅτῳ μὴ ἀμαθία πρότερον ὑπάρξαι· καὶ ὑγίειαν, ὅτῳ μὴ νόσος· οὐδὲ

est, nihilo minùs auribus præcepta de virtute accipere potest. *Serranus*: *aut alio quodam*, sine sensu. Cùm esset scriptum ΠΑΡ' deletis tempore duabus posterioribus litteris remansit Π, unde factum Η. Quod tamen ita adsero, ut meliori conjecturæ hanc sim libenter posthabiturus.

Δύναιτο ἀκούειν] Verbo tenus qui hæc verterit, malè verterit.

37. Οὐκ

accipi poteſt auditu, eóque utimur ad diſcendum? VIDETUR. NONNE, ſi quidem Medicina poteſt efficere ut quis ægrotare deſinat, videri poſſit nobis aliquando etiam Medicina, ex iis quæ utilia ſunt ad virtutem, quandoquidem auditus per Medicinam ſuppeditari poſſit. NIHIL obſtat. IGITURNE ſi Medicinæ peritiam pecuniâ comparaverimus, videri nobis poſſint & divitiæ utiles ad virtutem? ITA eſt, inquit. ERGONE rurſus, ſimili modo, ea per quæ divitias comparare poſſimus? OMNINO quidem omnia. IGITURNE tibi videatur homo ex malis & turpibus rebus pecuniam ſibi *poſſe* comparare, pro qua adipiſcatur ſcientiam medicam, aut recuperet auditum, cùm antea audire non poſſet; eodémque illo uti ad virtutem *ediſcendam*, aut alia quædam ejuſmodi? OMNINO quidem mihi videtur. IGITUR malúmne utile fuerit ad virtutem? NEQUAQUAM.

NON ergo neceſſarium eſt, per quæ adquirimus 37
quæ ſunt neceſſaria ad ſingula, etiam ea ad illa utilia eſſe. Videantur enim res malæ ad bonum quidpiam utiles eſſe. Præterea manifeſtior etiam in hoc res fieri poſſit. Si enim hæc utilia ſunt ad ſingula, ſine quibus hæc nequeant eſſe, niſi priùs illa fuerint; age, quomodo talia dixeris? An fieri poteſt ut imperitia ſit utilis ad ſcientiam, aut morbus ad ſanitatem, aut vitium ad virtutem? MINIME dixerim. ATTAMEN hoc fateamur fieri non poſſe ut ſcientia ei inſit, cui priùs ignorantia non fuerit; & ſanitas, cui non morbus, & virtus, cui non vi-

37. Οὐκ ἄρα ἀναγκαῖον &c.] Hæc eò ſpectant, ut oſtendat Socrates nonniſi abſurdè dici divitias utiles eſſe poſſe ad virtutem comparandam; quia earum ope poſſunt conduci magiſtri, qui virtutem doceant.

Ὅτῳ μὴ ἀμαθία] In hominibus, qui imperiti omnium rerum naſcuntur, ſemper ignorantia ſcientiam antecedit.

οὐδὲ ἀρετήν, ὅτῳ μὴ κακία. Ἔφη γὰρ οὕτως; ΩΣ ἐμοί δοκεῖ. ΟΥΚ ἂν ἄρα φαίνοιτο, ἀναγκαῖον εἶναι ὅσων ἄνευ μὴ οἷόντε εἶναι γίνεσθαι, ταῦτα καὶ χρήσιμα εἶναι πρὸς τοῦτο. Φαίνοιτο γὰρ ἂν ἡμῖν ἡ ἀμαθία χρήσιμος οὖσα πρὸς ἐπιστήμην, καὶ ἡ νόσος πρὸς ὑγίειαν, καὶ ἡ κακία πρὸς ἀρετήν.

λή Σφόδρα δυσπίστως εἶχε καὶ πρὸς τούτους τοὺς λόγους, εἰ μὴ πάντα ταῦτα χρήσιμα ἔσαι· καταμαθὼν δὲ αὐτὸν ἐγὼ, ὅτι ἴσον εἴη πεῖσαι, ὅπερ ἂν, τὸ λεγόμενον, λίθον ἑψῆσαι, ΑΛΛΑ τούτους μὲν τοὺς λόγους, ἦν δ' ἐγὼ, ἐάσομεν χαίρειν. ἐπειδήπερ οὐ δυνατοὶ ἐσμὲν ὁμολογῆσαι ὁπότερον ταυτὰ χρήσιμά τ' ἐστὶ καὶ χρήματα, ἢ οὔ. ἐκείνου δὲ πέρι πῶς ἂν φαίημεν; πότερον ἂν εὐδαιμονέστερόν τε καὶ βελτίω ἡγησαίμεθα εἶναι ἄνθρωπον, εἰ ὡς πλείστων δέοιτο πρὸς τὸ σῶμά τε καὶ τὴν δίαιταν ἐπιτηδείων, ἢ εἰ ὡς ἐλαχίστων τε καὶ φαυλοτάτων; μάλιστα δ' ἂν ἴσως καὶ τοῦτο ὧδε θεωρηθείη.

λθ' Εἴτις αὐτὸν πρὸς αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον παραβάλλων, σκοποῖτο ὁποτέρα τῶν ἕξεων βελτίων, πότερον ὅταν τύχῃ νοσῶν, ἢ ὅταν ὑγιαίνων. ΑΛΛΑ τοῦτό γ', ἔφη, οὐ πολλῆς τινὸς τῆς σκέψεως δεῖται. ΙΣΩΣ γὰρ, ἦν δ' ἐγὼ, παντὶ ἀνθρώπῳ εὔπορον γνῶναι ὅτι ἡ τοῦ ὑγιαίνοντος ἕξις κρείττων ἐστὶ τῆς τοῦ κάμνοντος. Τί δέ; ποτέρως τυγχάνομεν πλειόνων τε καὶ μᾶλλον παντοδαπῶν δεόμενοι; ὅταν κάμνωμεν, ἢ ὅταν ὑγιαίνωμεν; ΟΤΑΝ κάμνωμεν. ΟΤΑΝ ἄρα αὐτοὶ αὐτῶν τυγχάνομεν φαυλότατα διακείμενοι, τότε σφόδρα τε καὶ πλείστων τὰ πρὸς ἡδονὰς τὰς διὰ τοῦ σώματος, ἐν ἐπιθυμίαις τε καὶ δεήσεσιν ἐσμέν. ΟΥΤΩΣ.

ΟΥ-

Ὑγίειαν] Videtur sumi pro sanitatis recuperatione, vel convalescentia.

Ὅτῳ μὴ κακία] Non est verum, nisi de iis qui à certis vitiis ad virtutes contrarias revocantur.

Χρήσιμος οὖσα πρὸς ἐπιστήμην] Sensus quidem ignorantiæ planè necessarius est, ad scientiam comparandam. Sed de hoc sermo non est.

38. *Λίθον ἑψῆσαι*] *Lapidem bullire*, ut, nimirum, mollescat. Vide *Suidam* & Vaticanam proverbiorum appendicem.

Pro-

vitium. SIC mihi videtur, inquit. NON ergo videatur neceſſarium eſſe, omnia ſine quibus *aliquid* fieri non poteſt, ea etiam utilia eſſe ad hoc; nam videretur nobis ignorantia utilis eſſe ad ſcientiam, & morbus ad ſanitatem, & vitium ad virtutem.

Vehementer dubitabat de hiſce ſermonibus, an- 38
non omnia hæc utilia eſſent. Cùm autem ergo animadvertiſſem, eum *adgredi* perſuadere perinde fore, ac quod dicitur, laterem lavare, EOS verò ſermones, inquam, miſſos faciamus. Quandoquidem fieri nequit ut nobis conveniat, utrum eadem ſint utilia, & divitiæ, an verò ſecus; de illo quid dixerimus? Utrum feliciorem & meliorem putemus hominem, ſi compluribus indigeat ad cibum & ad victum neceſſariis, quàm ſi pauciſſimis & viliſſimis? Fortaſſe & hoc quàm maximè hîc conſiderari poſſit.

Si quis ſe cum ſemetipſo conferens, diſpiciat u- 39
ter horum ſtatuum ſit melior, utrum cùm eſt ſanus, an cùm ægrotat. SED hoc, inquit, non multa diſquiſitione indiget FORTASSE enim, inquam ego, cuivis homini facile eſt ſcire valentis ſtatum meliorem eſſe ægrotantis ſtatu. Quid verò? utrum pluribus & magis variis indigemus, cùm ægrotamus, vel cùm valemus? CUM ægrotamus. CUM ergo ipſi quàm peſſimè habemus, tum maximè plurium, quæ ad voluptates, quas operâ corporis percipimus, pertinent, cupiditatibus & indigentia laboramus. ITA.

IGI-

Proverbio Latino idem expreſſimus. Noverat Socrates Critiæ ingenium, ſciebátque eum ad ſe non virtutis, ſed eloquentiæ causâ ventitare.

Χρήσιμά τε ἐςὶ καὶ χρήματα] Ea paronomaſia Latinè exprimi non poteſt.

Αὐτοὶ αὑτῶν] Sic loquitur quia conſiderat hominem qui ſe confert cum ſemet ipſo, prout ſanus eſt, aut ægrotat. Sed Latinè vix ac ne vix quidem exprimi queat totidem verbis. Sic & ſeq. num. Utrobique in illa collatione ſui ipſius,

μ' ΟΥΚΟΥΝ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὥσπερ αὐτὸς αὑτοῦ τότε φαίνεται βέλτιστα ἔχων, ὅταν ἐλαχίστων τῶν τοιούτων δέηται, οὕτω πάλιν καὶ δυοῖν ὄντοιν, εἰ ὁ μὲν τυγχάνει σφόδρα τε καὶ πολλῶν ἐν ἐπιθυμίᾳ τε καὶ δεήσει ὤν, ὁ δὲ ὀλίγων τε καὶ ἡσύχως· οἷον τὰ τοιάδε, ὅσοι τῶν ἀνθρώπων τυγχάνουσι κυβευταὶ ὄντες, οἱ δὲ οἰνόφλυγες, ἕτεροι δὲ γαστρίμαργοι. ἅπαντα γὰρ ταῦτα οὐδὲν ἕτερον τυγχάνει ὄντα, ἢ ἐπιθυμίαι. ΣΦΟΔΡΑ γε. ΑΙ δ' ἐπιθυμίαι πᾶσαι οὐδὲν ἕτερον ἢ ἔνδειαι τινῶν. οἱ οὖν πλεῖστα τούτων πεπονθότες ἄνθρωποι ἐν μοχθηροτέρᾳ ἕξει εἰσὶ τῶν μηδὲν ἢ ὡς ἐλάχιστα τοιαῦτα πεπονθότων. ΠΑΝΥ μὲν οὖν ἔγωγε, καὶ σφόδρα μοχθηροὺς τοὺς τοιούτους ὑπολαμβάνω εἶναι καὶ ὅσῳ ἂν μᾶλλον τοιοῦτοι, τοσούτῳ καὶ μοχθηροτέρους.

μα' ΟΥΚΟΥΝ δοκεῖ ἡμῖν οὐχ οἷόν τε χρήσιμα εἶναι ταῦτα πρὸς τοῦτο, εἰ μὴ τυγχάνοιμεν καὶ δεόμενοι τούτων πρὸς τοῦτο. ΦΗΜΙ. ΑΝΑΓΚΑΙΟΝ ἄρα εἴπερ μέλλει ἡμῖν χρήσιμα εἶναι ταῦτα, πρὸς τὰς τοῦ σώματος θεραπείας τῶν ἐνδειῶν, ἅμα καὶ δεῖσθαι ἡμᾶς τούτων πρὸς τοῦτο. ΕΜΟΙΓΕ δοκεῖ. ΟΥΚΟΥΝ ὅτῳ τυγχάνει πλεῖστα χρήσιμα ὄντα πρὸς τοῦτο, οὗτος ἂν φαίνοιτο καὶ πλείστων δεόμενος πρὸς τοῦτο. εἴπερ ἀνάγκη τῶν χρησίμων πάντων προσδεῖσθαι. ΕΜΟΙΓΕ δοκεῖ οὕτω φαίνεσθαι. ΑΝΑΓΚΑΙΟΝ ἄρα φαίνεται, κατά γε τοῦτον τὸν λόγον, οἷς τυγχάνει πολλὰ χρήματα ὄντα, τούτοις καὶ πολλῶν δεῖσθαι τῶν πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ἐπιτηδείων. τὰ γὰρ πρὸς τοῦτο χρήσιμα ὄντα χρήματα ἐφαίνετο. ὥστε ἐξ ἀνάγκης ἂν ἡμῖν φαίνοιντο οἱ πλουσιώτατοι μοχθηρότατα διακείμενοι· εἴπερ γε καὶ πλείστων τοιούτων ἐνδεεῖς ὄντες.

Δευτέρου Διαλόγου Τέλος.

fius ; quæ fit ab uno viro , prout est in diversis statibus, adhibetur superlativus, quasi plures inter se conferrentur , quia plures sunt unius ejusdémque hominis status. Hinc habemus hîc αὐτῶν φαυλότατοι & postea αὐτοῦ βέλτιστα, hoc est, in pessimo & in optimo statuum , in quibus se se quivis deprehendit, cùm in se descendit , variásque in iis cogitationes suas comparavit.

39. Οἷον τὰ τοιάδε] Sensum dum-

IGITUR ex eadem ratione, ut *unus vir* ipſe ſibi videtur optimè habere, quando quàm pauciſſimis ejuſmodi rebus indiget: ſic *eſt*, ſi duos ponas, ſique unus quidem multorum ſit valdè cupidus & egenus, alter verò paucorum & quietus ſit. Similiter res ſe habet in hominibus, quotquot ſunt aleæ dediti, aut vinoſi, aut guloſi. Hæc enim omnia ſunt aliud nihil, præter cupiditates. OMNINO. CUPIDITATES verò aliud nihil ſunt, niſi quarumdam rerum egeſtates. Qui igitur multis ejuſmodi adfectibus laborant homines ſunt in deteriore ſtatu, quàm qui nullo modo, aut quàm minimùm eis laborant. MAXIME, & ego quidem deterrimos eſſe puto ejuſmodi homines; & quo magis eo ſunt ingenio, eo deteriores. 40

ERGO videtur nobis fieri non poſſe, ut res ſint 41
utiles ad id *quod agitur*; niſi eis ad hoc indigeamus. FATEOR. NECESSE ergo eſt, ſi hæc nobis utilia futura ſint, ad corporis curationem in iis quibus eget, ſimul nos hiſce propterea indigere. MIHI quidem videtur. IGITUR cui plurima ſunt eam in rem utilia, ille videri queat plurimis eam in rem egere, quandoquidem neceſſe eſt ut utilibus omnibus egeamus. MIHI ſic liquere videtur.

NECESSARIUM ergo videtur ex hac ratione, ut qui multas divitias habent, ii multis ad curandum corpus idoneis indigeant; quæ enim ad hæc utilia ſunt divitiæ videbantur. Itaque neceſſe eſt ut nobis videantur ditiſſimi peſſimè adfecti; ſi quidem pluribus ejuſmodi indigent.

Secundi Dialogi finis.

dumtaxat expreſſi, cùm verba non poſſem: *ut talia, quotquot hominum ſunt aleatores.*

Μοχθηροτέρως ἔχει] Si de virtute tantum hîc ſermo eſſet, oporteret vertere, *in pejore habitu*, hoc eſt, vitioſiore. Sed hîc de felicitate etiam loquitur Socrates; quare maluimus *in deteriore ſtatu*, vertere, ut Græcæ vocis ambiguitas, prout licebat, exprimeretur.

ΑΙΣΧΙΝΟΥ ΤΟΥ ΣΩΚΡΑΤΙΚΟΥ

ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

ÆSCHINIS SOCRATICI

DIALOGUS TERTIUS.

ΑΞΙΟΧΟΣ,

Η ΠΕΡΙ ΘΑΝΑΤΟΥ,

Εἰ φοβερόν.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΚΛΕΙΝΙΑΣ, ΑΞΙΟΧΟΣ.

α' ΕΞΙΟΝΤΙ μοι ἐς Κυνόσαργες καὶ γενομένῳ μοι κατὰ τὸν Εἰλισσὸν, διῆξε φωνὴ βοῶντός του, Σώκρατες, Σώκρατες. ὡς δὲ μεταστραφεὶς περιεσκόπουν ὁπόθεν εἴη, Κλεινίαν ὁρῶ, τὸν Ἀξιόχου, θέοντα ἐπὶ Καλλιρόην, μετὰ Δάμωνος τοῦ μουσικοῦ καὶ Χαρμίδου τοῦ Γλαύκωνος. ἦν δὲ αὐτῶν ὁ μὲν διδάσκαλος τῶν κατὰ τὴν μουσικήν· ὁ δὲ ἐξ ἑταιρείας ἐραστὴς ἅμα καὶ ἐρώμενος. ἐδόκει οὖν μοι ἀφεμένῳ τῆς εὐθὺ ὁδοῦ, ἀπαντᾶν αὐτοῖς ὅπως ῥᾷστα ὁμοῦ γενοίμεθα.

β' Δεδακρυμένος δὲ ὁ Κλεινίας, ΣΩΚΡΑΤΕΣ, ἔφη,

νῦν

NOTÆ

In Dialogum Tertium.

1. Κυνόσαργες] Demus Atticæ & Gymnasium non procul ab urbe. Vide *Joan. Meursium* in *Hesychium* Milesium p. 115. & copiosiùs hac de re agentem in *populis Atticæ*, ad hanc vocem, atque Athenarum Atticarum Lib. II. c. 2.

Χαρμίδου] Formosus is fuit adolescens, scriptis *Platonis* nobilitatus. Vide *Theagem*, & ipsius adolescentis nomine inscriptum Dialogum.

Ἐραστὴς ἅμα καὶ ἐρώμενος.] Si ex Socratis præscripto invicem amabant, amicitia hæc fuit paullò arctior; qua de re egit apud *Xenophontem* ἀπομνημ. Lib. I. c. 3. & sub finem Symposii.

2. Ἔκ τινος ὥρας] *A quadam hora.* Omisit hoc *Serranus*, Rodolphus verò *Agricola* vertit, *ab aliquo jam tempore.* Sed *hora* ὥρα, jam hisce temporibus,

AXIOCHUS, SIVE DE MORTE,

An ſit timenda.

SOCRATES, CLINIAS, AXIOCHUS.

CUM egreſſus eſſem ad Cynoſarges, eſſémque juxta Eliſſum, pervenit *ad me* vox cujuſdam clamantis : Socrates , Socrates. Cùm verò converſus circumſpicerem unde *ea vox* eſſet; video Cliniam, Axiochi filium, currentem ad Callirhoën, cum Damone Muſico & Charmide Glauconis filio. Erant ille quidem magiſter eorum, quæ ad Muſicam pertinent ; hic verò , cùm ſodales fuiſſent, amator ſimul & amatus. Mihi ergo, relictâ rectâ viâ, obviam illis ire viſum eſt, ut quàm facillimè conveniremus. 1

Lacrimans verò Callias , nunc , SOCRATES, 2
in-

bus, ſumebatur pro parte diei & noctis , ut oſtendit *Ægid. Menagius* ad *Diog. Laërtium* II, 1. ex *Anacreonte* & *Xenophonte.* Idem etiam liquet ex pluribus *Platonis* locis. In fine *Menonis*, cùm Socrates diſcedere ab eo vellet : *νῦν δ' ἐμοὶ μὲν ὥρα ποι ἰέναι* , *nunc hora eſt*, inquit, *aliquò abeundi.* Ad calcem *Euthyphronis*, idem : *νῦν γὰρ σπεύδω ποι καί μοι ὥρα ἀπιέναι*, *nunc aliquò feſtino & hora mihi abeundi.* Vide & finem *Protagoræ.* Itaque malui vertere, *ab aliquot horis*, quamvis fortè *hora* nondum duodecimam partem diei ſignificaret.

Ἀδυνάτως ἔχει] Æger eſt, deſtitutus eſt viribus, nam *ἀδύνατος* etiam *infirmum*, *imbecillum* ſignificat. Hanc loquutionem ex ſolo *Demoſthene* illuſtravit *Henr. Stephanus.* Addendus & hic *Æſchinis* locus. Ceterùm Axiochus non uſque adeò *ἀδυνάτως ἔχειν*, ut, præ metu mortis, putabat.

Μορμολυττόμενος τὸν θάνατον] Quaſi *μορμολυκεῖον*, vel inane terriculamentum ſine cauſa timen-

νῦν ὁ καιρὸς ἐνδείξασθαι τὴν ἀεὶ θρυλλουμένην πρὸς σοῦ σοφίαν. ὁ γὰρ πατὴρ ἔκ τινος ὥρας αἰφνιδίου ἀδυνάτως ἔχει καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου ἐστίν· ἀνιαρῶς τε φέρει τὴν τελευτὴν, καίτοιγε τὸν πρόσθεν χρόνον διαχλευάζων τοὺς μορμολυττομένους τὸν θάνατον, καὶ πρᾴως ἐπιτωθάζων. ἀφικόμενος οὖν παρηγόρησον αὐτὸν, ὡς εἴωθας, ὅπως ἀστενακτὶ ἐς τὸ χρεὼν ἴῃ· καί μοι, σὺν τοῖς λοιποῖς, ἵνα καὶ τοῦτο εὐσεβηθῇ. ΑΛΛ' οὐκ ἀτυχήσεις μου, ὦ Κλεινία, οὐδενὸς τῶν μετρίων, καὶ ταῦτα ἐφ' ὅσια παρακαλῶν. ἐπειγώμεθα οὖν· εἰ γὰρ οὕτως ἔχει, ὠκύτητος δεῖ. ΟΦΘΕΝΤΟΣ σου μόνον, ὦ Σώκρατες, ῥαίσει· καὶ γὰρ ἤδη πολλάκις αὐτῷ γέγονε συμπτώματος ἀνασφῆλαι.

γ' Ὡς δὲ θᾶττον τὴν παρὰ τὸ τεῖχος ᾔειμεν, ταῖς Ἰτωνίαις (πλησίον γὰρ ᾤκει τῶν πυλῶν, πρὸς τῇ Ἀμαζονίδι

mentes. Hîc *timere* significat, cùm soleat *terrere* significare, ut observavit *Suidas*; quod pluribus exemplis recentiores Lexicographi comprobarunt.

Ἐς τὸ χρεὼν ἴῃ] *Ad fatum eat.* Εἱμαρμένον τέλος ζωῆς interpretatur *Suidas*. Cùm vitari non posset τὸ χρεὼν, malebant sapientes viri sponte id subire, quàm reluctantes, ne Deo displicerent. *Cleanthes* in Epicteti Cap. LXXVII.

Ἄγου δέ μ', ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ πεπρωμένη,
Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος,
Ὡς ἕψομαί γ' ἄοκνος· ἢν δὲ μὴ θέλω
Κακὸς γενόμενος, οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.

Quos versus hisce Latinis expressit *Seneca* Ep. CVII.

Duc me, parens celsique dominator poli,
Quocumque placuit; nulla parendi mora est,
Adsum impiger. Fac nolle, comitabor gemens;
Malúsque patiar, quod pati licuit bono.
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

Eo ergo animo, patrem suum mori cupiebat Clinias, pietatisque suæ putabat eò hominem adduci.

Συμπτώματος ἀνασφῆλαι] Medicorum vocem servavi, quòd non tam de morbo, quàm de symptomate singulari ageretur.

3. Ὡς δὲ θᾶττον τὴν παρὰ τὸ τεῖχος ᾔειμεν] Hoc est, κατὰ τὴν

inquit, tempus eſt oſtendendi decantatam illam tuam ſapientiam; pater enim ab aliquot horis ſubito morbo correptus eſt, & ad finem vitæ tendit. Iniquo autem animo fert mortem, licèt ſuperioribus temporibus eos ſubſannaret, & ſuaviter irrideret, quibus mors terriculamento erat. Accedens ergo eum ſolare, quemadmodum ſoles, ut ſine gemitu fato fungatur, útque à me, præter cetera, hoc pietatis officio colatur ATQUI nullius modeſti poſtulati, ô Clinia, à me repulſam feres, idque cùm ad rem ſanctam *me* adhorteris. Feſtinemus ergo, ſi enim ita habet, celeritate opus eſt. TE dumtaxat conſpecto, ô Socrates, meliùs habebit; jam enim ſæpiùs illi contigit à ſymptomate revocari.

Cùm autem citò per *viam* juxta murum veniſſemus, 3
Itoniâ *portâ* (habitabat enim prope portam, ad colum‐

τὴν ὁδὸν τὴν παρὰ τὸ τεῖχος, *ſecundùm viam quæ eſt ad mœnia.* Ὡς ᾔειμεν verti *cùm perveniſſemus*, non, *ut perveniremus*, ut alii; quòd ſic hiulca eſſet oratio, nec ſatis reſponderent Latina Græcis. Nemo neſcit ὡς ita ſæpe ſumi, & conjunctum cum pluſquàm perfecto ſic debebat verti, ut in illo: *ὡς ἴδον, ὡς ἔθανον, ut vidi, ut perii.*

Ταῖς Ἰτωνίαις] Supplevi πύλαις cum *Agricola*, nam omittit *Serranus.* Hanc portam non video memorari à *Joan. Meurſio*, Attic. Lectionum Lib. I. c. 1. ubi de portis urbis. Oportet fuiſſe ad auſtrum, nam, eâ parte, commiſſa eſt pugna cum Amazonibus, ibique collocata columna, de qua in ſequentibus. Ad auſtrum etiam urbis fluebat Iliſſus, à quo Socrates eſt revocatus. Vide *Jac. Sponii* Athenarum deſcriptionem, in Itinerario Græciæ.

Πρὸς τῇ Ἀμαζονίδι στήλῃ] Amazones, ſi ei hiſtoriæ credere licet, Athenas ab auſtrali parte ingreſſæ, illic cum Theſeo conflixerunt. *Plutarchus* in vita Theſei p. 12. de Amazonibus: *οὐ γὰρ ἂν ἐν ἄστει κατεστρατοπέδευσαν, οὐδὲ τὴν μάχην συνῆψαν ἐν χώρῳ περὶ τὴν Πνύκα καὶ τὸ Μουσεῖον, εἰ μὴ κρατοῦσαι τῆς χώρας ἀδεῶς τῇ πόλει προσέμιξαν*: *neque enim in urbe caſtra poſuiſſent, neque pugnam commiſiſſent in loco circa Pnyka & Muſeum, niſi occupatâ regione, intrepidè ad urbem moviſſent.* Oſtendit autem *Sponius*, in deſcriptione Athenarum, p. 204. fuiſſe Muſeum ad auſtrum, occaſum versùs. Deinde

δι στήλῃ) καταλαμβάνομεν αὐτὸν ἤδη μὲν συνειλεγμένον τὰς ἀφὰς καὶ τῷ σώματι ῥωμαλέον, ἀσθενῆ δὲ τὴν ψυχὴν, πάνυ ἐνδεᾶ παραμυθίας· πολλάκις ἀναφερόμενον καὶ στεναγμοὺς ἱέντα σὺν δακρύοις καὶ κροτήσεσι χειρῶν· καὶ ἰδὼν δὲ αὐτὸν, ΑΞΙΟΧΕ, τί ταῦτα; ἔφην, ποῦ τὰ πρόσθεν αὐχήματα καὶ αἱ συνεχεῖς εὐλογίαι τῶν ἀρετῶν, καὶ τὸ ἄῤῥητον ἐν σοὶ θάρσος; ὡς γὰρ ἀγωνιστὴς δειλὸς, ἐν τοῖς γυμνασίοις γενναῖος φαινόμενος, ἀπολέλοιπας ἐν τοῖς ἄθλοις. οὐκ ἐπιλογιῇ τὴν φύσιν περιεσκεμ-

de ex *Hellanico*, hæc habet *Plutarchus*: τὸ δὲ ἐν τῇ πόλει σχεδὸν αὐτὰς στρατοπεδεῦσαι μαρτυρεῖται καὶ τοῖς ὀνόμασι τῶν τόπων καὶ ταῖς θήκαις τῶν πεσόντων: *in ipsa pæne urbe, eas castra habuisse, testatum sit nominibus locorum & thecis mortuarum.* Quin & *Cleodemus* ἐξακριβοῦν τὰ καθ᾽ ἕκαστα βουλόμενος τὸ μὲν εὐώνυμον τῶν Ἀμαζόνων κέρας ἐπιστρέφειν πρὸς τὸ νῦν καλούμενον Ἀμαζόνειον, τῷ δὲ δεξιῷ πρὸς τὴν Πνύκα κατὰ τὴν Χρύσαν ἥκειν: *singula adcuratè describere volens, sinistrum Amazonum cornu ad Amazonium, ut nunc vocatur, deflexisse, dextrum verò, secundùm Chrysam ad Pnyka pertinuisse.* Postea ubi loquutus est de Hippolyta, dicit eam cecidisse à Molpadia interfectam, atque addit τὴν στήλην, τὴν παρὰ τὸ τῆς Γῆς τῆς Ὀλυμπίας ἱερὸν, ἐπὶ ταύτῃ κεῖσθαι: *columnam, quæ est ad Telluris Olympiæ templum, ob hanc fuisse.* Ad hanc columnam respicere hîc videtur Socrates.

Συνειλεγμένον τὰς ἀφὰς] Ἀφὴ est quidem propriè, ut notum, tactus; sed videtur hîc pro sensibus sumi, qui re verâ nonnisi sensilium particularum tactu adficiuntur, ut docuerunt adcuratiores Physici.

Ἀναφερόμενον] E lecto, in quo jacebat, se se adtollentem. Cùm hæc sit propria vocis notio, non video cur jactationem per lectum intelligamus.

Κροτήσεσι χειρῶν] Qui gestus est dolentis & indignantis, ut notavimus in Commentario Philologico, ad Num. XXIV, vs. 10.

Ἐν τοῖς ἄθλοις] Exercitatissimi interdum in gymnasiis, in Olympicis aliisque certaminibus, ubi à certantibus in ipso stadio exercitationum colligendus aut amittendus erat fructus, animum despondebant. Ejusmodi hominibus adsimilat Socrates Axiochum, dum valeret fortiter spernentem mortem; ubi verò instare eam credebat, summo timore correptum.

Ἐπιλογιῇ τὴν φύσιν] Reputabis quæ sit humana natura.

Κατήκοος λόγων] Qui litteras aut philosophiam docentes audisti; nam λόγοι passim discipli-

lumnam Amazonicam) *ingressi* deprehendimus eum collectis jam sensibus & corpore quidem firmum, animo verò infirmum, & valde consolatione indigentem; tum sæpe se se adtollentem, & gemitus cum lacrimis & complosionibus manuum emittentem. Cùm autem eum vidissem, AXIOCHE, inquam, quid hæc *sibi volunt?* Ubi sunt magnifica illa verba, *quæ* antea *faciebas*, perpetuæ laudes virtutum, & quæ exprimi non poterat in te fiducia? Etenim ut timidus

plinas liberales significant, nec monerem nisi viderem *Agricolam* vertisse *rationi obsequentem.* Verum est κατήκοον *obsequentem* significare, sed præterquàm quòd non obsequebatur Axiochus eruditis sermonibus, quos audierat; nec λόγοι *rationem* sonant, nec rarum est κατήκοον pro *auditore* sumi, unde *Suidas* interpretatur κατήκοι, ἀκροατά. Aliter φιλήκοον dixeris.

Πρὸς ἁπάντων θρυλλούμενον] Sic legendum censebat *Henr. Stephanus* ex *Stobæo*, qui habet πρὸς πάντων & τὸ κοινὸν δὴ τοῦτο

Ἀθηναῖος] Quòd putarent Athenienses se non tantùm barbaris, sed & Græcis ceteris esse sapientiores. *Plato* primo de Leg. p. 642. Ed. Henr. Stephani, sic Megillum Lacedæmonium inducit de Atheniensibus loquentem: τὸ ὑπὸ πολλῶν λεγόμενον, ὡς ὅσοι Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοὶ, διαφερόντως εἰσὶ τοιοῦτοι, δοκεῖ ἀληθέστατα λέγεσθαι. μόνοι γὰρ ἄνευ ἀνάγκης, αὐτοφυῶς, θείᾳ μοίρᾳ, ἀληθῶς καὶ οὔτι πλαστῶς εἰσὶν ἀγαθοί. *quod à multis dicitur, quotquot Athenienses boni sunt, eximiè esse tales, videtur verissimè dictum; soli enim, sine necessitate, naturâ suâ, divinâ sorte, verè, nec ullo modo fictè sunt boni.*

Παρεπιδημία] Vide quæ notavimus, hac de re, ad VII. Fragm. Ὑποβολιμαίου *Menandri.*

Πανηγυρίζοντας] Quasi decertato prælio victores. De qua voce, vide virum illustrem *Gisb. Cuperum* Observat. Lib. I. c. 1.

Οὐ περιφρονοῦσαν ἡλικίαν ἔχει] Fortè legendum ἐχρῆν, aut ἔδει. Certè ejusmodi vocem postulat hic sensus. Simile mendum alibi observavimus. *Art. Criticæ* P. III. S. I. C. II, 5. Ideò *Serranus*, *decet*, Agricola, *nequaquam prudentiæ præ se fert altioris ætatem.*

Παρ' αὐτό μοι τὸ δεινὸν] Hoc est, mox malum illud experturus, in ipso periculo.

Ὑπεκπνέουσι] Deest hoc decompositum, ut alia multa, in Thesauro *Henr. Stephani.* Deducta est metaphora à vaporibus, qui paullatim ἐκπνέουσι, *exspirantur.* De crassioribus liquoribus solent uti verbo ὑπεκρέουσι, *sensim effluunt.* Quomodo

ριεσκεμμένως ἀνὴρ τοσόσδε τῷ χρόνῳ καὶ κατήκοος λόγων, καὶ, εἰ μηδὲν ἕτερον, Ἀθηναῖος, ὅτι τὸ κοινὸν δήπου τοῦτο καὶ πρὸς ἁπάντων θρυλλούμενον, παρεπιδημία τις ἐστὶν ὁ βίος; καὶ ὅτι δεῖ ἐπιεικῶς διαγαγόντας εὐθύμως μονονουχὶ παιανίζοντας εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι; τὸ δὲ οὕτω μαλακῶς καὶ δυσαποσπάστως ἔχειν, νηπίου δίκην, οὐ περιφρονοῦσαν ἡλικίαν ἔχει. ΑΛΗΘΗ ταῦτα, ὦ Σώκρατες, καὶ ὀρθῶς μοι φαίνῃ λέγων, ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως παρ' αὐτὸ μοι τὸ δεινὸν γινομένῳ οἱ μὲν καρτεροὶ καὶ περιττοὶ λόγοι ὑπεκπνέουσι λεληθότως. καὶ ἀτιμάζονται, ἀντίσχει δὲ δέος τι, ποικίλως περιαμύττον τὸν νοῦν, εἰ στερήσομαι τοῦδε τοῦ φωτὸς καὶ τῶν ἀγαθῶν, ἀειδὴς δὲ καὶ ἄπυστος ὁποίποτε κείσομαι σηπόμενος, εἰς εὐλὰς καὶ κνώδαλα μεταβάλλων.

ϛ. ΣΥΝΑΠΤΕΙΣ γὰρ, ὦ Ἀξίοχε, παρὰ τὴν ἀνεπιστασίαν, ἀνεπιλογίστως τῇ ἀναισθησίᾳ αἴσθησιν. καὶ σεαυτῷ ὑπεναντία καὶ ποιεῖς καὶ λέγεις, οὐκ ἐπιλογιζόμενος ὅτι ἅμα μὲν ὀδύρῃ τὴν ἀναισθησίαν, ἅμα δὲ ἀλ-

modo non nemo fortè putet esse hîc legendum, sed nihil muto. In virtute non satis confirmata solet hoc fieri, ut præsente periculo præcepta omnia elabantur ex animo, quamvis antea vehementer probata. Sic & in opinionibus usu venit. *Cicero* Tuscul. Lib. I. c. 11. de immortalitate animi, quam probarat *Plato* in Phædone: *Nescio quomodo, dum lego, adsentior; cùm posui librum & mecum ipse de immortalitate animorum cœpi cogitare, adsensio omnis illa elabitur*; hoc est, ὑπεκπνεῖ, vel ὑπεκρεῖ.

Ἀντίσχει] Reluctatur, quasi è contraria parte contentionis funem retineret.

Ἀειδὴς δὲ καὶ ἄπυστος] Fortè respexit ad hæc *Homeri* Odyss. A. 242. ubi Telemachus de Ulysse, quem alicubi ignotum periisse existimabat: οἴχετ' ἄϊστος, ἄπυστος, *periit obscurus & ignoratus.*

Κνώδαλα] Intelliguntur insecta, quæ cadaveribus putrefactis vescuntur, & in quorum alimentum, corpúsque adeò permutantur cadavera. Hic se

dus athleta, qui in gymnasiis strenuus visus est, in certaminibus defecisti. Annon circumspectè naturam reputabis, vir tam grandis ætatis, & qui litteris operam dedisti, &, si aliud nihil esset, Atheniensis; nimirum, vulgare hoc & quod ab omnibus decantatur, peregrinationem quamdam esse vitam, & oportere eos qui eam modestè peregerunt, bono animo & propemodum Pæana canentes, fato concedere? Sic autem se molliter habere & ita ut divelli *à vita* nequeas, instar pueri, non prudentem ætatem oportebat. VERA hæc sunt, Socrates, & mihi rectè loqui videris, sed nescio quomodo, mihi in ipso periculo versanti fortes & eximii sermones non sentienti elabuntur & negliguntur, contra tendit metus quidam, variè lacerans mentem meam, si destituar hac luce & bonis *hisce*, inconspicuus & oblivioni mandatus, alicubi jaceam putrefactus, in vermes & animalcula *alia* permutatus.

TU, nempe, Axioche, ex imperitia conjungis incautè sensum cum sensûs privatione & tibi pugnantia fingis, & dicis; dum non reputas te simul quidem lugere sensuum privationem, & dolere propter ver- 4

se Axiochus à cadavere suo non distinguebat, ut Socrates in extremo Phædone. *Nicander*, etiam Theriacorum vers. 759. κνώδαλα vocat insecta quædam, in hisce verbis:

Φράζεο δ' Αἰγύπτοιο τά τε τρέφει ἄλλοδις εἶα
Κνώδαλα, φαλαίνῃ ἐναλίγκια, τὴν περὶ λύχνους
Ἀκρόνυχος δειπνηστὸς ἀπήλασε παιφάσσουσαν.

Dic quæ exitialis terra nutrit animalcula similia cincindelæ, quam circa lychnos volitantem, qui initio noctis cœnat expellere solet. Ubi Scholiastes: κνώδαλα δὲ τὰ μικρὰ ζῶα ἐνταῦθα λέγει, φαλαίνας δὲ τὰς ἀκρίδας, τὰς ἐωθύας φαίνεσθαι περὶ τὰς ἀφὰς τῶν λύχνων, καὶ τὰ ἑξῆς.

4. Ὥσπερ εἰς ἕτερον ζῆν ἀποθανούμενος] Verum hoc quidem erat ex sententia Socratis, qui animos immortales esse credebat; sed falsum, ex sententia Axiochi, qui animum & corpus simul mori putabat, ac proinde nec animo, nec corpori sensum ullum tribuere poterat.

ἀλγεῖς ἐπὶ σήψεσι καὶ στερήσει τῶν ἡδέων· ὥσπερ εἰς ἕτερον ζῆν ἀποθανούμενος, ἀλλ᾽ οὐκ εἰς παντελῆ μεταβαλῶν ἀναισθησίαν καὶ τὴν αὐτὴν τῇ πρὸ τῆς γενέσεως. ὡς οὖν ἐπὶ τῆς Δράκοντος ἢ Κλεισθένους πολιτείας, οὐδὲν περί σε κακὸν ἦν (ἀρχὴν γὰρ οὐκ ἦς, περὶ ὃν ἂν ἦν) οὕτως οὐδὲ μετὰ τὴν τελευτὴν γενήσεται, σὺ γὰρ οὐκ ἔσῃ περὶ ὃν ἔσται.

ε' Πάντα τοιγαροῦν τὸν τοιόνδε φλύαρον ἀποσκέδασαι, τοῦτο ἐννοήσας, ὅτι τῆς συγκρίσεως ἅπαξ διαλυθείσης, καὶ τῆς ψυχῆς εἰς τὸν οἰκεῖον ἱδρυνθείσης τόπον, τὸ ὑπολειφθὲν σῶμα, γεῶδες ὂν καὶ ἄλογον, οὐκ ἔστιν ὁ ἄνθρωπος. ἡμεῖς μὲν γάρ ἐσμεν ψυχὴ, ζῶον ἀθάνατον, ἐν θνητῷ κα-

rat. Sententiam Socratis, hac de re, nemo ignorat & ſequentia etiam oſtendent.

Μεταβαλῶν] Sic ex conjectura *Henr. Stephani* malui, quàm in præſente μεταβάλλων, propter antecedens futurum ἀποθανούμενος.

Δράκοντος ἢ Κλεισθένους] Dracon ante hæc tempora circiter CLXXX annos, Cliſthenes LXX vixerat. Uterque eſt notiſſimus. De priore vide *Plutarchum* in *Solone*; de poſteriore, eumdem, initio vitarum Ariſtidis & Periclis, tum etiam *Herodotum* Lib. V. c. 66. & ſeqq.

Ἀρχὴν ἂν οὐκ ἦς] Notiſſimum eſt ἀρχὴν ſignificare ſæpe *prorſus*, & οὐδ᾽ ἀρχὴν *nullo modo*, nec minùs liquet hoc loco eam poteſtatem eſſe huic voculæ ſubjiciendam. Attamen uterque interpres, habet hìc, *nec dum enim cœperas eſſe*, aut *exſiſtere*; nec ſenſus eſt ineptus, quamvis ea non ſit vis vocis. Abſit ut eos propterea quaſi imperitos exagitem! In moleſtiſſimo vertendi labore, multa animum prætervolant, aut fatigatam adtentionem fugiunt.

5. Εἰς τὸν οἰκεῖον ἱδρυνθείσης τόπον] Nempe, pro meritis, ut ſub finem Dialogi docebit Socrates. Sic etiam loquitur in Phædone, ut dudum obſervavimus ad Act. I, 25. ubi ſimile loquendi genus, in additamentis ad *Henr. Hammondi* Adnot. in N. Teſtamentum.

Οὐκ ἔστιν ὁ ἄνθρωπος] Dogma Socraticum, de quo pluribus in Alcibiade priore, Phædone, ſub finem, & alibi.

Ἐν θνητῷ καθειργμένον φρουρίῳ] Frequens hoc apud Platonem & Platonicos, alióſque qui eos ſequuti ſunt. Socrates in Phædone §. V. Ed. Oxon. Ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ ἑξῆς, *in quadam cuſtodia ſumus homines* &c. Rurſus §. XLV. animarum δεσμωτήριον terram vo-

vermes, & rerum jucundarum absentiam; quasi morereris in alteram vitam, non mutatus in omnimodam sensuum privationem, eamdémque quæ erat antequàm nascereris. Quemadmodum verò sub Dracontis, aut Clisthenis regimine, nihil circa te mali erat (prorsus enim non eras, circa quem malum esset) sic neque post mortem erit; tu enim non eris, circa quem sit.

Omnes ergo hujusmodi nugas pellito, & hoc co- 5
gita, solutâ semel compage, & mente suo loco collocatâ, corpus, quod relictum est, cùm sit terrestre & ratione destitutum, non esse hominem. Nos enim *unusquisque* animus sumus, animal immortale, inclusum

vocat, ubi de animis piorum: τῶν τόπων τῶν ἐν τῇ γῇ ἐλευθερούμενοί τε καὶ ἀπαλλαττόμενοι, ὥσπερ δεσμωτηρίων, ἄνω δὲ, εἰς τὴν καθαρὰν οἴκησιν ἀφικνούμενοι καὶ ἐπὶ τῆς γῆς οἰκιζόμενοι: *locis terrenis soluti & liberati, quasi carceribus, superiùs in puram habitationem abeuntes, & supra terram collocati.* Vide & Somnium Scipionis C. III. & Interpretes, ac inferiùs §. 17.

Σκῆνος τινὶ] Sic quoque Christiani Scriptores loquuti. Vide 2 Cor. V, 1, 4. & ad eum locum Interpretes.

Πρὸς κακοῦ] Ob peccata in alia vita admissa, de quibus *Plato* in Phædro, sat multis.

Ἀμυχιαῖα] Hoc est, quæ non μυχὸν, seu intimam naturam adtingunt, sed sunt tantùm in superficie. Ἐπιπόλαια aliter dixeris. Vox ἀμυχιαῖος omissa est à Lexicographis, etiam optimis, ut & permultæ aliæ.

Ἀκραιφνῆ] Sine mistura voluptatis.

Νόσους] Subaudiendum, ἐννόησιν, aut simile quid. In sermonibus, passim omittuntur, quæ facilè subaudiri possunt.

Τὸν οὐράνιον ποθεῖ &c.] In quo antea fuit, ut docet *Plato* in Phædro.

Χορείας] Χόρους & χορείας describebant etiam Philosophi ἐν ὑπερουρανίῳ τόπῳ, de quo vide *Platonem* loco laudato; ubi docet φθόνον ἔξω τοῦ θείου χόρου ἵστασθαι, *invidiam esse extra divinum chorum.* Stellarum motum & concentum videntur intellexisse, qui & *chori* & *choreæ* sæpe dicuntur. *Manilius* Lib. I.

Et quinque adverso luctantia sidera mundo
Exercent varias, naturæ lege, choreas.

Apuleius Lib. VI. p. 100. Ed. Colvianæ. *Ad istum cœlestium siderum redies chorum.* Ad quem locum vide Interpretes.

 6. Πᾶς

κατειργασμένον φρουρείῳ· τὸ δὲ σκῆνος τουτὶ πρὸς κακοῦ περιήρμοσεν ἡ φύσις. ᾧ τὰ μὲν ἥδοντα ἀμυχιαῖα καὶ πτηνὰ καὶ πλείοσιν ὀδύναις ἀνακεκραμένα· τὰ δὲ ἀλγεινὰ ἀκραιφνῆ καὶ πολυχρόνια καὶ τῶν ἡδόντων ἄμοιρα. νόσους δὲ καὶ φλεγμονὰς τῶν αἰσθητηρίων, ἔτι δὲ τὰς ἐντὸς κακότητας· οἷς ἀναγκαστῶς, ἅτε παρεσπαρμένη τοῖς πόροις, ἡ ψυχὴ συναλγοῦσα τὸν οὐράνιον ποθεῖ καὶ σύμφυλον αἰθέρα καὶ διψᾷ, τῆς ἐκεῖσε διαίτης καὶ χορείας ὀρεγομένη. ὥστε ἡ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγὴ κακοῦ τινὸς ἐστὶν εἰς ἀγαθὸν μεταβολή.

ϛʹ ΚΑΚΟΝ οὖν, ὦ Σώκρατες, ἡγούμενος τὸ ζῆν, πῶς ἐν αὐτῷ μένεις, καὶ ταῦτα φροντιστὴς ὤν, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς τοὺς πολλοὺς τῷ νῷ διαφέρων; ΑΞΙΟΧΕ, σύ γε οὐκ ἔτυμα μοι μαρτυρεῖς. οἴει δὲ καθάπερ Ἀθηναίων ἡ πληθὺς, ἐπειδὴ ζητητικός εἰμι τῶν πραγμάτων, ἐπιστήμονά του εἶναί με. ἐγὼ δὲ εὐξαίμην ἂν τὰ κοινὰ ταῦτα εἰδέναι, τοσοῦτον ἀποδέω τῶν περιττῶν. καὶ ταῦτα δὲ ἃ λέγω Προδίκου ἐστὶ τοῦ σοφοῦ ἀπηχήματα· τὰ μὲν διμοίρου ἐωνημένα· τὰ δὲ, δυοῖν δραχμαῖν· τὰ δὲ τετραδράχμου. προῖκα γὰρ ἀνὴρ οὗτος οὐδένα διδάσκει· διὰ παντὸς δὲ ἔθος ἐστὶν αὐτῷ φωνεῖν τὸ Ἐπιχάρμειον, Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι, καὶ λάβε τι.

Καὶ

6. Πῶς ἐν αὐτῷ μένεις] Rationem reddit Socrates, in Phædone §. V. Ed. Ox. quam hîc dissimulat.

Φροντιστὴς ὢν] Sic vocabant vulgo Philosophos, ἀπὸ τοῦ φροντίζειν, hoc est, *meditari*, *cogitare*, unde eorum scholæ φροντιστήρια. Utriusque vocis multa exempla suppeditabit vel unus *Aristophanes* in Nubibus. Hinc Syracusius nescio quis, in *Xenophontis* Convivio C. VI, 6. Σὺ, ὦ Σώκρατες, ὁ φροντιστὴς ἐπικαλούμενος; *tune, ô Socrates, ille es cui Meditatori cognomen impositum? cui respondit Philosophus:* Οὐκοῦν κάλλιον, ἢ εἰ ἀφρόντιστος ἐκαλούμην; *annon hoc melius est, quàm si vocarer incogitans?*

Οὐκ ἔτυμά μοι μαρτυρεῖς] Ad iro-

ſum in mortali cuſtodia. Hoc autem tabernaculum nobis, malo noſtro, circumaptavit natura; cui *corpori* quæ quidem jucunda ſuperficiaria ſunt, facilè avolant, & pluribus doloribus miſta ſunt; quæ verò dolorem creant pura, & longa & ſine miſtura rerum jucundarum. *Reputa* & morbos, & inflammationes inſtrumentorum ſenſuum ac præterea interna incommoda, quibus neceſſariò, ut pote per meatus diſſeminata, anima in ſocietatem doloris tracta cœleſtem & cognatum ætherem optat & ſitit, vitæ quæ illic agitur & choreæ cupida; adeò ut vitæ diſceſſus ſit mali cujuſdam in bonum mutatio.

MALAM ergo vitam, ô Socrates, cùm putes, 6
quomodo in ea manes & quidem cùm inquiſitioni ſis deditus, & ingenio præ nobis, qui *plebeïa* multitudo ſumus, excellas? AXIOCHE, mihi verum teſtimonium non perhibes. Putas quemadmodum Athenienſium turba, quia rerum inquiſitioni ſum deditus, earum me peritum eſſe. Ego verò optarim communia illa ſcire, tantùm abeſt ut ut res eximias *norim*; & hæc quidem, quæ dico, ſunt Prodici illius ſapientis repetiti ſermones, nonnulla duobus obolis, alia duabus drachmis, alia quatuor *mihi* vendita; hîc enim vir gratis neminem docet. Solet ille ſemper memorare Epicharmeum illud: *manus verò manum lavat, da aliquid & quidpiam accipe.*

Et

ironiam ſuam confugit hîc Socrates, ut faciliùs audiretur ab Axiocho; qui nimis grandis natu erat, & nimis prudens, ut ſibi videbatur, quàm ut quemquam quaſi diſcipulus magiſtrum audiret, ac Philoſophiæ veluti elementa ab eo diſceret.

Τὰ κοινὰ ταῦτα &c.] Quæ pertinebant ad animi immortalitatem & ſtatum ejus, poſt migrationem è corpore. Norat quæ ea de re dici ſolebant, addiderátque è meditationibus ſuis argumenta immortalitatis animi, quæ leguntur in Phædone. Sed omnibus expenſis & prolatis, *τὸ μὲν οὖν ταῦτα*, inquiebat, *διϊσχυρίσασθαι οὕτως ἔχειν, ὡς ἐγὼ διελήλυθα, οὐ πρέπει νοῦν ἔχοντι ἀνδρί*; *hæc quidem ad-*

ζ' Καὶ πρώην γοῦν παρὰ Καλλίᾳ τῷ Ἱππονίκου ποιούμενος ἐπίδειξιν, τοσάδε τοῦ ζῆν κατεῖπεν, ὥστε ἔγωγε μὲν παρὰ ἀκαρῆ διέγραψα τὸν βίον, καὶ ἐξ ἐκείνου θανατᾷ μου ἡ ψυχή, Ἀξίοχε. ΤΙΝΑ δὲ ἦν τὰ λεχθέντα;

ΦΡΑΣΑΙΜΙ ἄν σοι ταῦτα, ἃ μνημονεύσω. ἔφη γάρ· Τί μέρος τῆς ἡλικίας οὐ τῶν ἀνιαρῶν; οὐ κατὰ μὲν τὴν πρώτην γένεσιν τὸ νήπιον κλαίει, τοῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀρχόμενον; οὐ λείπεται γοῦν οὐδεμιᾶς ἀλγηδόνος, ἀλλ' ἢ δι' ἔνδειαν, ἢ περιψυγμὸν, ἢ θάλπος, ἢ πληγὴν ὀδυ-

adseverare sic habere, ut ego narravi, non decet virum judicio præditum.

Ἀπηχήματι] Quasi *Socrates*, hac in re, esset tantùm ἠχὼ *Prodici*, dictáque ejus repeteret. Hoc quoque fuit Socraticæ Ironiæ, solebat enim dicere se οὐδὲν ἐπίστασθαι πλέον πλὴν βραχέος, ὅσον λόγον παρ' ἑτέρου σοφοῦ λαβεῖν, καὶ ἀποδέξασθαι μετρίως, *nihil scire, præter exiguum quiddam, quale est sermonem ab alio sapiente excipere & modicè ei adsentiri.* Sic loquitur in Theæteto p. 122.

Διμοίρου] Vertunt eodem modo, ac si esset διωβόλου. Videtur hîc *Socrates* jocari, neque enim ea erat ejus fortuna, aut id ingenium, ut pecuniâ ullâ vellet, aut posset Sophistarum dictata emere. Videtur voluisse irridere *Prodicum*, qui talia venderet.

Προῖκα γὰρ ἀνὴρ οὗτος &c.] Vehementer hoc vituperat *Socrates* apud *Xenophontem*, ἀπομνημονευμάτων, Lib. II. c.2. & 6. & Apologiam Platonicam §. XIV. Vide & *Lud. Cresollium* Theat. Rhet. Lib. III. c. 5.

Ἁ δὲ χεὶρ] Proverbium notum, de quo *Erasmus* in Chiliadibus.

7. Παρὰ Καλλίαν] Hospes fuit Prodici, ut liquet ex Protagora *Platonis*, ab initio; ubi videmus tres Sophistas Protagoram, Prodicum & Hippiam hospitaliter ab eo exceptos. Nec eo seciùs pecuniam iis dederat, ut ab hominibus avaris instituere tur; unde Socrates sic eum alloquitur, in Convivio *Xenophontis* Cap. I, 5. Σὺ μὲν Πρωταγόρᾳ πολὺ ἀργύριον δέδωκας, ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ Γοργίᾳ καὶ Προδίκῳ καὶ ἄλλοις πολλοῖς: *tu quidem Protagoræ multam pecuniam dedisti, sapientiæ causá, & Gorgiæ & Prodico & aliis multis.* Sic & in Apologia Platonica loquitur §. 111.

Ποιούμενος ἐπίδειξιν] Sic solebant vocare ostentationem ingenii & artis, quæ fiebat à Sophistis declamantibus coram discipulis; quod ex multis *Platonis* locis liquet. Unum proferam ex Hippia majore, non procul ab initio, pag. 96. Ed. Lugd. 1590. ubi de Gorgia & Hippia: Γοργίας τε γὰρ ὁ Λεοντῖνος σοφιστὴς δεῦρο ἀφίκετο, δημοσίᾳ οἴκοθεν πρεσβεύων, ὡς ἱκανώ-

Et nuper quidem, cùm apud Calliam, Hipponi- 7
ci filium, *ſapientiam ſuam* oſtentaret, tam multa dixit contra vitam, ut ego vitam eodem loco habeam ac momentum, & ab illo tempore anima mea mortis cupiditate teneatur, Axioche. QUÆNAM verò erant, quæ *ab* eo dicta ſunt? DIXERIM quidem tibi libenter ea quorum meminero, dixit enim: Quæ pars ætatis *noſtræ* non eſt *in* triſtium *numero*? annon cùm primùm natus eſt infans, in-

νώτατος ὢν τῶν Λεοντίνων τὰ κοινὰ πράττειν· καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ ἔδοξεν ἄριστα εἰπεῖν, καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος, καὶ συνὼν τοῖς νέοις χρήματα πολλὰ εἰργάσατο καὶ ἔλαβεν ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως· εἰ δὲ βούλει ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος Πρόδικος οὗτος πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε δημοσίᾳ ἀφίκετο, ἀτὰρ τελευταῖα ἔναγχος ἀφικόμενος δημοσίᾳ ἐν Κέῳ λέγων τε ἐν τῇ βουλῇ πάνυ εὐδοκίμησε καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος, καὶ τοῖς νέοις συνὼν, χρήματα ἔλαβε θαυμαστὰ ὅσα: *Gorgias enim Leontinus Sophiſta huc venit, publicè pro patria legatus, quippe aptiſſimus Leontinorum, qui negotia publica tractaret. Is & apud populum viſus eſt optimè dixiſſe, & privatim declamationes habens, oſtentationis causâ, multas corraſit pecunias & accepit ex hac urbe. Si vis etiam, ſodalis noſter Prodicus hic cùm ſæpe aliàs publicè venit, tùm etiam nuper in inſula Ceo publicè veniens, cum in Senatu dixiſſet, ſummopere probatus eſt & privatim ſui ſpecimen præbens, & cum juvenibus verſans ingentes pecunias accepit.* Vide & Gorgiam ejuſdem Philoſophi ab initio, ubi aliquoties ἐπιδείξασθαι *declamare*, oſtentandæ eloquentiæ causâ, & ἐπίδειξις ejuſmodi declamatio dicitur. Sed plura à *Lud. Creſollio*, hanc in rem, collecta Theatri Rhetorum Lib. III. c. 5. invenies.

Ὥστε ἔγωγε μὲν &c.] Idem tam copioſè diſputatum eſt *à Cyrenaïco Hegeſia* (verba ſunt *Ciceronis* Tuſcul. Diſp. I, 34.) *ut is à Rege Ptolemæo prohibitus eſſe dicatur, illa in ſcholis dicere, quòd multi, his auditis, mortem ſibi ipſi conſciſcerent. Callimachi quidem epigramma in Ambraciotam Cleombrotum eſt, quem ait, cùm nihil ei accidiſſet adverſi, è muro ſe in mare abjeciſſe, lecto Platonis libro.*

Παρὰ ἀκαρῆ διέγραψα] Sic de vita paſſim alii. Unum *M. Antoninum* laudabo Lib. IV, 48. ubi docet oportere τὸ ἀκαριαῖον τοῦτο τοῦ χρόνου κατὰ φύσιν διελθεῖν, καὶ ἵλεων καταλῦσαι: *punctum hoc inſecabile naturæ convenienter tranſigere ac æquo animo decedere.* Vide & Lib. V, 24.

Θανατᾷ ἡ ψυχή μου] Id eſt, ego; nam non credebat Socrates animum mori. Hebræis frequentiſſima ea loquutio. Sed

δυνᾶται· λαλῆσαι μὲν οὔπω δυνάμενον ἃ πάσχει, κλαυθμυρίζόμενον δέ· καὶ ταύτην τῆς δυσαρεστήσεως μίαν ἔχον φωνήν. ὁπόταν δὲ εἰς τὴν ἑπταετίαν ἀφίκηται, πολλοὺς πόνους διαντλήσαν, καὶ γυμνασταὶ καὶ παιδοτρίβαι τυραννοῦντες· αὐξομένου δὲ κριτικοὶ, γεωμέτραι, τακτικοὶ, πολὺ πλῆθος δεσποτῶν.

ή 'Επειδὰν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῇ, καὶ φόβος χείρων εἴη, τὸ Λύκειον, καὶ 'Ακαδημία, καὶ γυμνασιαρ-

Sed nescio an in ulla alia Lingua θανατᾶν ἢ θανατιᾶν unâ voce dici queat, pro eo quod est mortis cupiditate teneri.

Εἰς τὴν ἑπταετίαν] Protagoras apud *Platonem*, in Dialogo qui ejus nomine vocatur, ubi describit pueriles exercitationes, litterásque, poëtarum lectionem & cytharam pulsandi artem memoravit, p. 199. ἔτι τοίνυν, inquit, πρὸς τούτοις εἰς παιδοτρίβου πέμπουσιν, ἵνα τὰ σώματα βελτίω ἔχοντες ὑπηρετῶσι τῇ διανοίᾳ χρηστῇ οὔσῃ καὶ μὴ ἀναγκάζωνται ἀποδειλιᾶν διὰ τὴν πονηρίαν τῶν σωμάτων, καὶ ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πράξεσι· καὶ ταῦτα ποιοῦσιν οἱ μάλιστα δυνάμενοι, μάλιστα δὲ δύνανται οἱ πλουσιώτατοι· καὶ οἱ τούτων υἱεῖς πρῳαίτατα εἰς διδασκάλων τῆς ἡλικίας ἀρξάμενοι φοιτᾶν, ὀψιαίτατα ἀπαλλάττονται: *præter hæc*, inquit, *mittunt* (filios) *ad puerorum exercitatorem, ut corpora meliora habentes, serviant bono animo, néve cogantur pavere, propter pravitatem corporum, & in bellis & in aliis actionibus. Atque hæc faciunt qui maximè omnium possunt, maximéque possunt ditissimi, horúmque filii postquàm citissimè ætatis initio cœperunt in scholas ire, quàm maximè serò inde exeunt.*

Αὐξανομένου δὲ Κριτικοὶ] Critici vocantur interpretes Poëtarum, qui pueris prælegebantur; de quibus, ne ad *Artem* nostram *Criticam* te amandem, vide *Joan. Wowerium* Cap. XVI. de *Polymathia*. Τῶν Κριτικῶν etiam, quasi ψευδοπαιδείας ἐραστῶν meminit *Cebes* in Tabula. Unde colligere licet jam ab antiquioribus temporibus, non ab *Aristotelis* demum ævo, nomen hoc usurpari cœpisse. Munus horum Criticorum sic describit *Protagoras*, loco antea memorato: ἐπειδὰν αὖ γράμματα μάθωσι καὶ μέλλωσι συνήσειν τὰ γεγραμμένα —— παρατιθέασιν αὐτοῖς ἐπὶ τῶν βάθρων ἀναγινώσκειν ποιητῶν ἀγαθῶν ποιήματα καὶ ἐκμανθάνειν ἀναγκάζουσι: *litteras ubi didicerunt, súntque ea quæ scripta sunt*

inchoatâ vitâ à tristitia, lacrimatur? Nec certè ullius doloris immunis est, sed sive propter penuriam, sive frigus, sive calorem, sive ictum dolet; cùm dicere quidem non possit quid patiatur, sed ejulet, & unam hanc habeat vocem quâ significet rem sibi displicere. Postquàm verò septem annorum ætatem adtigerit, multis doloribus exantlatis, gymnastæ & magistri *eum* tyrannicè habent, & quando paullò grandior est, *adsunt* Critici, Geometræ, Tactici, magna multitudo dominorum.

8 Postquàm autem Epheborum numero adscriptus fuerit, jam *erit* deterior metus, Lyceum, & Academia,

sunt intellecturi —— præbent iis legenda, in subselliis, Poëtarum bonorum poëmata, eáque ediscere cogunt. Sic Niceratus in *Xenophontis* Symposio Cap. III, 5. ait se à patre coactum πάντα τὰ Ὁμήρου ἔπη μαθεῖν. Dein cùm contemtim Socrates Rhapsodos negasset intelligere ὑπονοίας, seu occultos sensus Homericorum versuum, ita Niceratum compellat: σὺ δὲ Στησιμβρότῳ τε καὶ Ἀναξιμάνδρῳ καὶ ἄλλοις πολλοῖς πολὺ δέδωκας ἀργύριον, ὥστε οὐδέν σε τῶν πολλοῦ ἀξίων λέληθε: *tu Stesimbroto & Anaximandro & aliis multis multam dedisti pecuniam; itaque nihil eorum, quæ magni facienda, te fugit;* in versibus, nempe, Homericis. Critici ergo erant *Stesimbrotus* & *Anaximander* illius ævi, pluresque alii fuerunt.

Γεωμέτραι, τακτικοὶ] Geometria, præsertim pars ejus sublimior, tota est umbratica, nec nisi in umbra exercetur; ac Tactici, qui docebant quî esset instruendus exercitus, solebant adiri ab iis qui sperabant fore ut aliquando exercitibus præficerentur. Sic discipulus ille Socratis, cum quo sermonem habuit, qui est initio Libri III. Ἀπομνημονευμάτων, eum honorem ambiturus ad *Dionysiodorum* Tacticum se contulit, ut artem instruendi exercitûs disceret. Vid. *Isaac. Casauboni* notas ad Æneam Tacticum, initio.

Πολὺ πλῆθος δεσποτῶν] Quod imperiosè docerent, jurgiisque & ictibus in adolescentulos sævirent. Semper id hominum genus violentum & iracundum fuit, quod liquet ex Anthologia Epigrammatum Lib. I. c. 17. εἰς Γραμματικοὺς, qui ideò falsè & meritò ridentur. Quod utinam, nostro etiam ævo, nobis faciendum non esset!

8. Εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῇ] Quod fiebat, cùm prima lanugo tondebatur, XVII aut XVIII anni initio; qua de re multis egit *Joan. Meursius* in Græcia Feriata, ad vocem ἐφήβια, ubi & hunc *Æschinis* locum profert.

Τὸ

σιαρχία, καὶ ῥάβδοι καὶ κακῶν ἀμετρίαι· καὶ πᾶς ὁ τοῦ μειρακίσκου χρόνος ἐστὶν ὑπὸ σωφρονιστὰς καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς νέους αἵρεσιν τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. ἐπειδὰν δὲ ἀπολυθῇ τούτων, φροντίδες ἀνήκρυς ὑπέδυσαν καὶ διαλογισμοὶ τίνα τὴν τοῦ βίου ὁδὸν ἐνστήσονται· καὶ τοῖς ὕστερον χαλεποῖς ἐφάνη τὰ πρῶτα παιδικὰ, καὶ νηπίων ὡς ἀληθῶς φόβητρα. στρατεῖαί τε γὰρ καὶ τραύματα, καὶ συνεχεῖς ἀγῶνες.

θ′ Εἶτα λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας, εἰς ὃ πᾶν συῤῥεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπίκηρον καὶ δυσαλθές. κἂν μὴ τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν, ὡς ὀβολοστάτις ἡ φύσις ἐπιστᾶσα ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν, τοῦ δὲ ἀκοὴν, πολλάκις δὲ ἄμφω. κἂν ἐπιμείνῃ τὶς, παρέλυσεν, ἐλωβήσατο, παρηρήθρησεν. ἄλλοι ἐπὶ πολὺ γήρως ἀκμάζουσι· καὶ τὸ δὶς παῖδες οἱ γέροντες γίγνονται. καὶ τοῦτο καὶ οἱ θεοὶ τῶν ἀνθρωπείων ἐπιστήμονες, οὓς ἂν περὶ πλείστου ποιῶνται, θᾶττον ἀπαλλάττουσι τοῦ ζῆν.

'Αγα-

Τὸ Λύκειον καὶ Ἀκαδημία] Ut illic solitis exercitationibus robustiora jam corpora confirmarentur; præsidibus Gymnasiarchis.

Καὶ ῥαβδοὶ] Quibus adolescentes castigarent. Vide *Æliani* V. H. interpretes ad Lib. II. c. 6.

Σωφρονιστὰς] Aut intelligitur Magistratus sic dictus, aut quivis, qui ut σωφρόνως viverent adolescentes curabant, ut παιδονόμοι Lacedæmone. Etymologicum magnum: Σωφρονισταὶ, ἄρχοντές τινες χειροτονητοὶ δέκα τὸν ἀριθμὸν ἑκάστης φυλῆς, ἐπιμελοῦντο δὲ τῆς τῶν ἐφήβων σωφροσύνης: *Sophronistæ, Magistratus quidam electi, decem numero uniuscujusque Tribûs; curabant autem temperantiam juvenum.*

Ἐπὶ τοὺς νέους αἵρεσιν] Magistratus, aut Magistri, qui juvenibus præessent, intelligi videntur. *Plato* de Legibus Lib. VI. p. 619. ubi agit de puerorum educatione, magistratibusque ei præficiendis: πρῶτον δὲ ἄρξασθαι καλῶς, αἱρεθῆναι δὲ ἐν τῇ πόλει ὃς ἂν ἄριστος εἰς πάντα ᾖ· τοῦτον κατὰ δύναμιν ὅτι μάλιστα αὐτοῖς καθιστάντα προστάτην καὶ ἐπιμελητήν: *primùm verò incipere oportet, qui eos* (pueros) *rectè curaturus est, eligi-*

que

mia, & Gymnaſii præfecti, & virgæ & immodica malorum copia. Totum adoleſcentuli tempus eſt ſub temperantiæ doctoribus & iis qui electi ſunt ex Areopagitico Senatu, ut juvenibus præſint. Deinde ubi hiſce liberatus eſt, illico ſubeunt curæ & ratiocinationes, *quibus quæritur* quam vitæ viam ſint inſtituri. Tum difficultatibus illis poſterioribus fit ut videantur priores pueriles & infantium, ut verè dicam, terriculamenta. *Sunt* enim expeditiones & vulnera, & perpetua prælia.

Deinde non animadvertentibus ſubit ſenectus, in 9
quam confluit quidquid eſt in natura infirmum, & curari nequit. Tum ſiquis quàm primùm vitam, quaſi debitum, non reddiderit, natura tamquam fœneratrix adſiſtens, pignus aufert, ab alio viſum, ab alio auditum, ſæpe utrumque. Si quis etiam manſerit, paralyſi eum afficit, mutilum reddit, artuum *ei* uſum vitiat. Alii ad multam ſenectutem vigent, aliorum ſenes bis pueri fiunt. Ideóque & Dii rerum humanarum periti, eos, quos maximi faciunt, quàm primùm vitâ liberant.

Aga-

que in urbe eum qui optimus per omnia ſit, & hunc pro viribus quàm maximè iis præfectum & curatorem conſtituere. Poſtea quomodo eligi eum velit docet. Scio *Platonis* Rempublicam non fuiſſe per omnia ſimilem Athenienſi, ſed nihil vetat eum inſtituta quædam patria ſuis immiſcuiſſe.

Στρατεύοιτο] Si, nimirum, Reſpublica bellum gereret, quod nimis frequens fuit in Græcia, iis præſertim temporibus, quibus vixit Socrates; ut ex *Thucydide & Xenophonte* ſatis liquet.

9. Ὡς χρέος] Sic alii Philoſophi non infrequenter. Unum *Plutarchum* audi, de Conſol. ad Apollonium p. 107. Μοιρίδιον χρέος εἶναι λέγεται τὸ ζῆν, ὡς ἀποδοθησόμενον ὃ ἐδανείσαντο ἡμῶν οἱ προπάτορες· ὃ δὴ καὶ εὐκόλως μεταβλητέον καὶ ἀστενάκτως, ὅταν ὁ δανείσας ἀπαιτῇ: *Fatale debitum eſſe dicitur vita, quod contraxerint Majores noſtri, ſitque reddendum; quod eſt æquo animo & citra gemitum, quando creditor repetet, faciendum.*

Ὀβολοστάτης] Hoc exemplo illuſtra *Pollucem* Lib. III, 112. Sic dicti uſurarii, quòd pecuniam accuratè librâ expenſam, ad obolum uſque darent & re-

pe-

ι' Ἀγαμήδης γοῦν καὶ Τροφώνιος, οἱ δειμάμενοι τὸ Πυθοῖ τοῦ θεοῦ τέμενος, εὐξάμενοι τὸ κάλλιστον αὐτοῖς γενέσθαι, κοιμηθέντες οὐκέτ' ἀνέστησαν. οἵ τε τῆς Ἀργείας ἱερείας υἱεῖς, ὁμοίως εὐξαμένης αὐτοῖς τῆς μητρὸς γενέσθαι τι τῆς εὐσεβείας παρὰ τῆς Ἥρας γέρας, ἐπειδὴ τοῦ ζεύγους ὑστερήσαντος ὑποδύντες αὐτοὶ διήνεγκαν αὐτὴν εἰς τὸν νεὼν, τῇ μετὰ τὴν εὐχὴν νυκτὶ μετήλλαξαν. μακρὸν ἂν εἴη διεξιέναι τὰ τῶν ποιητῶν, οἳ ποιήμασι θειοτέροις τὰ περὶ τὸν βίον θεσπιῳδοῦσιν, ὡς κατοδύρονται τὸ ζῆν. ἑνὸς δὲ μόνου μνησθήσομαι τοῦ ἀξιολογωτάτου λέγοντος,

Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι
Ζώειν ἀχνυμένοις.

καὶ,

Οὐ μὲν γάρ τί πού ἐστιν ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς
Πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει.

Τὸν δ' Ἀμφιάρεων τί φησι;

Τὸν περὶ κῆρι φιλεῖ Ζεύς τ' αἰγίοχος καὶ Ἀπόλλων
Παντοίῃ φιλότητ', οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδόν.

ὁ δὲ κελεύων

Τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά,

τί σοι φαίνεται; ἀλλὰ παύομαι, μή ποτε παρὰ τὴν ὑπόθεσιν μηκύνω καὶ ἑτέρων μιμνησκόμενος.

Ποίαν

peterent. *Hesychius*: Ὀβολοστάτας τοὺς δανειστὰς ἔλεγον. ἐδίδουν δὲ σταθμῷ οἱ δανείζοντες, διὸ ὀβολοστάται προσηγορεύθησαν.

Ἐνεχυράζει] Nescio an quidquam elegantius in tota Antiquitate legatur.

Παρέλυσεν] Aoristi hi, ut sæpe alibi, consuetudinem significant. Quod multis exemplis illustravit *Thom. Gatakerus* de stylo N. T. C. VI.

Ἐπὶ πολὺ γήρως] Sequuti sumus conjecturam *Henr. Stephani*, nam τὸ ἐπὶ erat omissum, quod necessarium tamen videbatur.

Καὶ τῶν] Idem conjiciebat τότε, non malè. Alioqui τῶν erit pro τινῶν.

Καὶ τοῦτο] *Si præpositio* διὰ, inquit, *H. Stephanus*, *non deest ante* τοῦτο, *dicendum erit ita esse dictum* τοῦτο, *ut* ταῦτα, *pro* διὰ ταῦτα. Prius magis adridet.

Οὓς ἂν περὶ πλείστου &c.] Vide fragm. I. τοῦ Ἀπιστοῦντος *Menandri*, & quæ illic notata.

10. Ἀγαμήδης &c.] Hanc Historiam habet, fortè ex hoc Dialogo, *Cicero* Tuscul. Disp. Lib. I. c. 47. ad quem locum &

Agamedes certè & Trophonius, qui condiderunt templum Dei, quod est Delphis, cùm orassent id sibi contingere quod optimum esset, somno correpti numquam postea resurrexerunt. Filii etiam Argivæ antistitæ, cùm similiter iis mater precata esset à Junone pretium pietatis; postquàm jugo boum cunctante, ipsi jugum subeuntes eam traxissent ad templum; nocte, quæ preces sequuta est, è vita decesserunt. Longum esset enumerare dicta Poëtarum, qui divinioribus poëmatibus de iis, quæ ad vitam pertinent, oracula fundunt. Unius tantùm, ejusque præcipui, mentionem faciam, dicentis: *Sic enim Dii statuerunt, ut miseri mortales in mœstitia viverent*; &: *Nusquam ullum est animal miserius homine, inter omnia quæ super terram spirant & repunt.* Quid verò dicit de Amphiarao? *Quem eximiè & ex animo amabant Jupiter Ægidem ferens & Apollo, ne ad limen quidem senectutis pervenit.* Qui verò jubet, *natum flere mala ad quæ venerit*, quid tibi videtur? Sed desinam, ne præter promissionem longior fiam, dum alios etiam memoro. 10

Qua-

& alios, qui ejus meminerunt, docebit vir doctissimus *Joan. Davisius*, à quo & reliqua *Ciceronis* philosophica eodem modo illustrata libentissimè videbunt eruditi.

Ἀνέστησαν] Legitur & ἐξανέστησαν, ut monet *Henr. Stephanus.*

Ἀργείας ἱερείας υἱεῖς] *R. Agricola* habet, *Junonis Argivæ Sacerdotes*, quasi legisset, aut legendum censuisset Ἥρας ἱερεῖς, quod meritò vir eruditissimus, quem modò memoravi, rejecit. Idem etiam indicavit ubi hæc eadem historia legatur.

Ποιήμασι θειοτέροις &c.] Sententia fuit Socratis Poëtas egregios non esse sine divino adflatu, qua de re cùm alibi, tum etiam paullò copiosiùs agit in Ione *Platonis* p. 145. πάντες, inquit, οἱ τῶν ἐπῶν ποιηταὶ οἱ ἀγαθοὶ, οὐκ ἐκ τέχνης, ἀλλ' ἔνθεοι ὄντες καὶ κατεχόμενοι πάντα ταῦτα τὰ καλὰ λέγουσι ποιήματα, καὶ οἱ μελοποιοὶ οἱ ἀγαθοὶ ὡσαύτως, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες οὐκ ἔμφρονες ὄντες ὀρχοῦνται: *omnes boni Epici Poëtæ non ex arte, sed*

à

ιαʹ Ποίαν δέ τις ἑλόμενος ἐπιτήδευσιν ἢ τέχνην, οὐ μέμφεται καὶ τοῖς παροῦσι χαλεπαίνει; τοὺς χειρωνακτικοὺς ἐπέλθωμεν καὶ βαναύσους, πονουμένους ἐκ νυκτὸς εἰς νύκτα καὶ μόλις πορίζομένους τὰ ἐπιτήδεια· κατοδυρομένων τε αὑτῶν καὶ πᾶσαν ἀγρυπνίαν ἀναπιμπλάντων ὀλοφυρμοῦ καὶ δακρύων. ἀλλὰ τὸ πλωτικὸν καταλεξώμεθα περαιούμενον διὰ τοσῶνδε κινδύνων· καὶ μήτε, ὡς ἀπεφήνατο Βίας, ἐν τοῖς τεθνηκόσιν ὄντα, μήτε ἐν τοῖς βιοῦσιν. ὁ γὰρ ἐπίγειος ἄνθρωπος, ὡς ἀμφίβιος, αὑτὸν εἰς τὸ πέλαγος ἔρριψεν, ἐπὶ τῇ τύχῃ γενόμενος πᾶς. ἀλλ' ἡ γεωργία γλυκύ· δῆλον· ἀλλ' οὐχ ὅλον, ὡς φασιν, ἕλκος, αἰεὶ λύπης πρόφασιν εὑρισκόμενον, κλαῖον νυνὶ μὲν αὐχμὸν, νυνὶ δὲ ἐπομβρίας, νυνὶ δὲ ἐπίκαυσιν, νυνὶ δὲ ἐρυσίβην, νυνὶ δὲ θάλπος ἄκαιρον, ἢ κρύος;

ιβʹ Ἀλλ' ἡ πολυτίμητος πολιτεία (πολλὰ γὰρ ὑπερβαίνω) διὰ πόσων ἐλαύνεται δεινῶν; τὴν μὲν χαρὰν ἔχουσα φλεγμονῆς δίκην παλλομένην καὶ σφυγματώδη· τὴν δὲ ἀπότευξιν ἀλγεινὴν καὶ θανάτων μυρίων χείρω. τίς γὰρ ἂν εὐδαιμονήσειε πρὸς ὄχλον ζῶν, εἰ ποππυσθείη καὶ κροτηθείη δήμου παίγνιον ἐμβαλλόμενον, συριττόμενον, ζημιούμενον, θνῆσκον, ἐλεούμενον· ἐπείτοιγε, Ἀξίοχε πολίτικε, ποῦ τέθνηκε Μιλτιάδης; ποῦ δὲ Θεμιστοκλῆς; ποῦ δ' Ἐφιάλτης; ποῦ δ' οἱ πρώην βασιλεῖς καὶ στρατηγοί; ὅτ'

à Deo adflati & correptitii omnia hæc egregia poëmata fundunt, & melici boni similiter, instar furentium, non compotes mentis saltant Alia plura eamdem in sententiam illic habentur, quæ non exscribam. Vide & *Menonem* p. 24.

Ὡς γὰρ &c.] *Homeri* sunt, Iliad. Ω, 525.

Τὸν περὶ &c.] Odyss. O, 245.

Οὐ μὲν γάρ τι] Iliad. P, 446.

ubi legimus in nostris exemplaribus, ὃν περὶ, & in sequente versu παντοίην φιλότητ'. οὐδ' &c.

11. Ἐκ νυκτὸς εἰς νύκτα] Quòd ante lucem incipiant opus urgere, idque ad noctem usque sequentem protrahant.

Τὸν πλωτικὸν] Vide *Stobæi* Tit. LIX.

Αἰεὶ λύπης πρόφασιν &c.] Vide *Stobæi* Titulum LVII. Hinc verò *Philemon* videtur desumsisse nonnulla eorum quæ legun-

Quanam verò vitæ ratione, aut arte electâ, non eam quis incusabit, & præsentia ægrè feret? Eos qui manu vitam sustentant oratione persequamur & sellularios artifices, laborantes à nocte ad noctem, & vix necessaria sibi comparantes; dum semetipsi deflent & omnem vigiliam implent lamentis & lacrimis. Sed & nauticum *hominum genus* recenseamus, qui per tot pericula transeunt, neque, ut dicebat Bias, inter mortuos, neque inter vivos sunt. Homo enim terrestre *animal*, quasi esset amphibius, semet ipse in pelagum conjecit, ut totus à fortuna penderet. Sed agricultura dulcis est. Res liquida est. Annon tota est, ut loquuntur, ulcus, quæ semper tristitiæ causam invenit, nunc siccitatem deflens, nunc pluvias, nunc uredinem, nunc rubiginem, nunc æstum intempestivum, aut frigus? 11

At magni facienda administratio Reipublicæ (multa enim prætereo) per quot mala peragitur? Gaudium quidem habet instar furunculi micans & palpitans, successum verò infelicem plenum doloribus & sexcentis mortibus deteriorem. Quis enim felix esse queat vivens ad turbæ *palatum*, si demulceatur & adplaudatur ludibrium populo objectum, exsibilatus, mulctatus, moriens, misericordia dignus? Præterea, Axioche regendi artium perite, ubi mortuus 12

guntur fragm. XLIII. ex Incertis Comœdiis:

— πάνυ μόλις
Ὥσπερ τὸ κατὰ χρέος κεφάλαιον ἐκτίει
Τὸ σπέρμα, τοὺς τόκους ἀνευρίσκουσ᾽ ἀεὶ
Πρόφασίν τιν᾽ αὐχμὸν, ἢ πάγην, ἵν᾽ ἀποστερῇ.

Ægerrimè, veluti ex debito, ipsam sortem solvit, sementem acceptam; usurâ verò inveniens semper prætextum aliquem siccitatem aut pruinam, ut defraudet.

12. Ἐλαύνεται] Metaphora Latinè vix servari queat, quæ petita est ab equite, qui equo vehitur; vel à navi, quæ non minùs à Græcis ἐλαύνεσθαι dicitur, ac equus.

Φλεγμονῆς δίκην παλλομένην] Elegantissima metaphora, gaudium quod dolores sequuntur &

ὅτ᾽ ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπηρόμην τὴν γνώμην, οὐ γὰρ ἐφαίνετό μοι σεμνὸν δήμῳ μαινομένῳ συνεξάρχειν, οἱ δὲ περὶ Θηραμένην, καὶ Καλλίξενον, τῇ ὑστεραίᾳ προέδρους ἐγκαταθέτους ὑφέντες, κατεχειροτόνησαν τῶν ἀνδρῶν ἄκριτον θάνατον. καίτοιγε σὺ μόνος αὐτοῖς ἤμυνες, καὶ Εὐρυπτόλεμος, τρισμυρίων ἐκκλησιαζόντων.

ιγ′ ΕΣΤΙ ταῦτα, ὦ Σώκρατες, καὶ ἔγωγε ἐξ ἐκείνου ἅλις ἔσχον τοῦ βήματος, καὶ χαλεπώτερον οὐδὲν ἐφάνη μοι πολιτείας. δῆλον δὲ τοῖς ἐν τῷ ἔργῳ γινομένοις. σὺ μὲν γὰρ οὕτω λαλεῖς ὡς ἐξ ἀπόπτου θεώμενος, ἡμεῖς δὲ ἴσμεν ἀκριβέστερον οἱ διὰ πείρας ἰόντες. δῆμος γὰρ, ὦ φίλε Σώκρατες, ἀχάριστον, ἀψίκορον, ὠμὸν, βάσκανον, ἀπαίδευτον· ὡς ἂν συνηρανισμένον ἐκ σύγκλυδος

& comitantur optimè exprimens. De variis generibus φλεγμονῶν, quarum aliæ cum pulsatione conjunctæ sunt, aliæ ea carent, vide *Galenum* ad Glauconem Lib. II. c. 1. Ed. Paris. T. X.

Ποππυσθείη] Metaphora ab equis ducta, qui ποππύζονται, seu cavâ manu percussi demulcentur. Inde transfertur vox ad blanditias, quibus ipsos homines nobis conciliare nitimur. Quam in rem profert *Suidas* Ep. 67. Lib. VII. Anthol. cujus ita habet pænultimum distichon, nam in vulgaribus Libris unum deest.

Παῖζε μόνη τὸ φίλημα· μάτην πόππυζε σεαυτῇ
Χείλεσι γυμνοτάτοις οὔποτε μινυθομένοις.

Lude tibi, téque ipsa tuo poppysmate lacta,
Nemo tegat labris dum tua labra suis.

Θνήσκον, ἐλεούμενοι] Post mortem, nempe, cives misericordiâ nimis serò eos persequuti sunt. Exemplum ducum, qui ad Arginusas vicerant & mortem adfecti misericordiam Atheniensium moverunt, vide apud *Xenophontem* Lib. I. & *Diodorum* Lib. XIII.

Ποῦ τέθνηκε Μιλτιάδης] *Capitis absolutus pecuniâ mulctatus est —— Hanc pecuniam quòd solvere non poterat, in publica vincula conjectus est, ibique diem obiit supremum. Cornelius Nepos* in ejus vita. Vide & *Herodotum* Lib. VI. c. 136.

Ποῦ δὲ Θεμιστοκλῆς;] *Hujus,* inquit Nepos, *ad nostram memoriam monumenta manserunt duo, sepulcrum prope oppidum,* (Magne-

tuus est Miltiades, ubi Themistocles? ubi Ephialtes? ubi etiam qui antea fuerunt Reges & Duces? Quando ego non sum rogatus sententiam, non enim honestum mihi videbatur insanienti populo ducem cum aliis esse; Theramenes & Callixenus, postero die præsides adscriptitios submittentes, indictâ causâ homines, eorum suffragiis, morti damnarunt. Attamen tu solus & Euryptolemus, eos defendebatis, cùm triginta millia hominum in concione adessent.

Sunt hæc, *ut dicis*, Socrates, & ego quidem ab 13
eo tempore satietatem cepi tribunalis; nec quidquam mihi molestius visum est, administratione Reipublicæ. Res est clara iis, qui negotiis adhibiti sunt. Tu quidem sic loqueris, quasi è specula contemplatus; nos verò adcuratiùs novimus, qui rem experti sumus. Populus enim, ô amice Socrates, ingratus, fastidiosus,

gnesiam) *in quo est sepultus; statua in foro Magnesiæ; de cujus morte, multis modis, apud plerosque, scriptum est; sed nos eumdem potissimùm Thucydidem auctorem probamus, qui illum ait Magnesiæ morbo mortuum: neque negat fuisse famam venenum suâ sponte sumsisse* &c. Ad quem locum vide *Dionys. Lambinum.*

Ποῦ δ' Ἐφιάλτης;] *Diodorus* Siculus ad annum Olympiadis LXXX, 1. Lib. XI. p. 58. docet eum persuasisse populo ut Areopagiticum Senatum aboleret, tum addit: *ὁ μὲν ἀθρόως γε διέφυγε τηλικούτοις ἀνομήμασιν ἐπιβαλόμενος, ἀλλὰ τῆς νυκτὸς ἀναιρεθεὶς ἄδηλον ἔσχε τὴν τοῦ βίου τελευτήν*: *non sine mulcta* (lego enim ἀθῷος) *effugit cùm tanta flagitia adgressus esset, sed nocte interfectus incertum habuit vitæ exitum.*

Ὅτ' ἐγὼ μὲν &c.] Rem narrat *Xenophon* Græcæ Historiæ Lib. I. c. VII. ex distinctione Oxoniensi, ubi memorat solum Socratem restitisse ceteris Prytanibus. Sunt tamen hîc quædam circumstantiæ, quæ apud *Xenophontem* non leguntur. Conferent utramque narrationem quibus libitum fuerit.

Σὺ μόνος αὐτοῖς ἤμυνες σὺν Εὐρυπτολέμῳ] Euryptolemum solum memorat *Xenophon*, omisso Axiocho.

13. Τοῦ βήματος] Tribunalis è quo sententiam dicebant, populúmque alloquebantur Demagogi. Res est pueris nota.

Ἀχάριστον &c.] Si quis ignorat ejusmodi Atheniensem populum fuisse, librum *Xenophontis*

δος ὄχλου, καὶ βιαίων φλυάρων. ὁ δὲ τούτῳ προσεταιριζόμενος, ἀθλιώτερος μακρῷ.

ιδ' ΟΠΟΤΕ οὖν, ὦ Ἀξίοχε, τὴν ἐλευθεριωτάτην ἐπιστήμην τίθεσαι τῶν λοιπῶν ἀπευκταιοτάτην, τί τὰς λοιπὰς ἐπιτηδεύσεις ἐννοήσομεν; οὐ φευκτάς; ἤκουσα δέ ποτε καὶ τοῦ Προδίκου λέγοντος, ὅτι ὁ θάνατος οὔτε περὶ τοὺς ζῶντάς ἐστιν, οὐδὲ περὶ τοὺς μετηλλαχότας.

ΠΩΣ φὴς, ὦ Σώκρατες; ΟΤΙ περὶ μὲν τοὺς ζῶντας οὐκ ἔστιν, οἱ δὲ ἀποθανόντες οὐκ εἰσίν. ὥστε οὔτε περί σε νῦν ἐστιν, οὐ γὰρ τέθνηκας, οὔτε εἴ τι πάθοις, ἔσται περί σε, σὺ γὰρ οὐκ ἔσῃ. μάταιος οὖν ἡ λύπη περὶ τοῦ μήτε ὄντος, μήτε ἐσομένου περὶ Ἀξίοχον, Ἀξίοχον ὀδύρεσθαι· καὶ ὅμοιον ὡς εἰ περὶ τῆς Σκύλλης ἢ τοῦ Κενταύρου τις ὀδύροιτο, τῶν μήτε ὄντων νῦν περί σε, μήτε ὕστερον περὶ τὴν τελευτὴν ἐσομένων. τὸ γὰρ φοβερὸν τοῖς οὖσιν ἐστί· τοῖς δὲ οὐκ οὖσι πῶς ἂν εἴη;

ιε' ΣΥ μὲν ἐκ τῆς ἐπιπολαζούσης τανῦν λεσχηνείας τὰ σοφὰ ταῦτα εἴρηκας (ἐκεῖθεν γάρ ἐστιν ἥδε ἡ φλυαρολογία, πρὸς τὰ μειράκια διακεκοσμημένη) ἐμὲ δὲ ἡ στέρησις τῶν ἀγαθῶν τοῦ ζῆν λυπεῖ, κἂν πιθανωτέρους τούτων λό-

tis de Athenienſium Republica legat oportet. Alioqui res eſt ex vitis virorum præſtantium, qui eam Rempublicam adminiſtrarunt, ingratámque ut plurimum experti ſunt, notiſſima.

14. Οὔτε περὶ ζῶντας &c.] Vide *Diogenem Laërtium* Lib. X. §. 139. ibique Interpretes, & quæ collegit hanc in rem *Petrus Gaſſendus* in Lib. X. *Laërtii* pag. 130. Tomo V. Operum. Hanc ſententiam *Sophroni*, quaſi primo inventori, tribuit *Sextus* Empiricus adversùs Mathem. p. 56. Ed. Gen. tum eam demonſtratam hac ratiocinatione ait ab *Epicuro*, cujus eſt II. κυρία δόξα. Sed *Prodicum* ejus auctorem fuiſſe hinc colligere licet. Socrates certò, ex ſua ipſius ſententia, ſic loqui non potuit; cùm immortales animos crederet; & eos, à quibus gravia de-

ſus, crudelis, invidus, indoctus; quippe qui collectus eſt ex adventitia turba, & violentis nebulonibus. Qui verò hujus ſocietatem quærit, longè eſt miſerior.

QUANDOQUIDEM verò, ô Axioche, libero dignissimam diſciplinam inter ceteras quàm maximè abominandam ſtatuis, quid de reliquis artibus cogitabimus? annon fugiendas? Audivi etiam aliquando Prodicum dicentem mortem neque ad viventes pertinere, neque ad mortuos. QUOMODO dicis, Socrates? 14

DICO ad vivos quidem non pertinere, mortuos verò non eſſe *ampliùs*. Itaque ad te nunc non pertinet, neque enim mortuus es; nec ſi quid tibi humanitus contigerit, ad te pertinebit, tu enim non eris. Stulta eſt ergo triſtitia de eo quod neque pertinet, neque pertinebit ad Axiochum, lugere Axiochum. Perinde eſt ac ſi quis de Scylla & Centauro lugeret, quæ neque ad te nunc pertinent, neque poſthac circa mortem pertinebunt. Quod terribile eſt ad eos ſpectat, qui ſunt, ad eos verò, qui non ſunt, quomodo ſpectaret?

TU quidem è loquacitate, quæ nunc emergit, ſapientia illa dixiſti (illinc enim eſt illa inepta garrulitas, exornata ad adoleſcentulorum captum) me verò privatio bonorum vitæ angit; quamvis probabilio- 15

delicta admiſſa in vita & *in ſeram dilata piacula mortem* fuiſſent pœnas dare putaret; nam ad hoſce ſine dubio mors pertinet, quibus eſt initium pœnarum. Verùm hæc & alia *Prodici* videtur Socrates oſtendere voluiſſe, ad animum contra metum mortis confirmandum parum efficacia fuiſſe.

Τὸ γὰρ φοβερὸν &c.] Simili ratiocinatione utitur *Cicero*, Diſp. Tuſcul. Lib. I. c. 6 & 7, ut oſtendat mortuos non eſſe miſeros, quia non ſunt omnino.

15. Σὺ μὲν ἐκ τῆς ἐπιπολαζούσης λεσχηνείας] Intelligit loquacitatem Rhetorum, qualis erat *Prodicus*, quæ tum demum *ἐπιπολάζειν emergere*, ſeu innoteſcere ac celebrior fieri, apud Græcos, incipiebat. Qua de re egimus *Artis Criticæ* Part. II. Sect. I. C. 16. Irridere autem Socrates, aut Æſchines, vi-

λόγους ἄρτι κροτήσης, ὦ Σώκρατες. οὐκ ἐπαΐει γὰρ ὁ νοῦς ἀποπλανωμένους εἰς εὐεπείας λόγων, οὐδὲ ἅπτεται ταῦτα τῆς ὁμοχροίας· ἀλλ' εἰς μὲν πομπὴν καὶ ῥημάτων ἀγλαϊσμὸν ἀνύτει, τῆς δε ἀληθείας ἀποδεῖ. τὰ δὲ παθήματα σοφισμάτων οὐκ ἀνέχεται, μόνοις δὲ ἀρκεῖται τοῖς δυναμένοις καθικέσθαι τῆς ψυχῆς.

ιε' ΣΥΝΑΠΤΕΙΣ γάρ, ὦ Ἀξίοχε, ἀνεπιλογίστως, τῇ στερήσει τῶν ἀγαθῶν ἀντεισάγων κακῶν αἴσθησιν, ἐκλαθόμενος ὅτι τέθνηκας. λυπεῖ γὰρ τὸ στερόμενον τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀντιπάθεια τῶν κακῶν. ὁ δὲ οὐκ ὢν οὐδὲ τῆς στερήσεως ἀντιλαμβάνεται. πῶς οὖν ἐπὶ τῷ μὴ παρέχοντι γνῶσιν τῶν λυπησόντων γένοιτ' ἂν ἡ λύπη; ἀρχὴν γάρ, ὦ Ἀξίοχε, μὴ συνυποθέμενος ἄλλως γέ πως μίαν αἴσθησιν, κατὰ τὸ ἀνεπιστῆμον, οὐκ ἂν ποτὲ πτυρείης τὸν θάνατον. νῦν δὲ περιτρέπεις σεαυτὸν δειματούμενος στερήσεσθαι τῆς ψυχῆς, τῇ δὲ στερήσει περιτίθης ψυχήν. καὶ ταρβεῖς μὲν τὸ μὴ αἰσθήσεσθαι, καταλήψεσθαι δὲ οἴει τὴν οὐκ ἐσομένην αἴσθησιν αἰσθήσει.

ιζ' Πρὸς τῷ πολλοὺς καὶ καλοὺς εἶναι λόγους περὶ τῆς ἀθανα-

videtur voluisse omnem illam verborum pompam, quam usque adeò venditabant Sophistæ.

Κροτήσης] Contemtûs causâ ita loquitur, quasi esset tantùm inanis strepitus, qualis est τοῦ *κρότου, plausus.*

Οὐδὲ ἄπτεται ταῦτα τῆς ὁμοχροίας] *Rod. Agricola* vertit: *neque contingunt mentem ista*; sensu quidem non malo, sed quî *ὁμόχροια mentem* significet non intelligo. *Joan. Serranus*: *neque hæc ipsa quidem eodem colore apta sunt inter se.* Sanè *ὁμόχροια eumdem colorem* significat, nec difficile est intellectu quis sensus ei voci hoc loco tribui queat. Dilutus tamen videtur, nec à me impetrare possum, quin locum esse corruptum putem, & legendum fortè *τοῦ ἐμοῦ χροὸς, meam cutem*, aut *meam carnem*, quo sensu frequens est hæc vocula apud *Homerum*. Hoc vult, ejusmodi tela Sophistica, quibus usus erat Socrates, ne cutem quidem suam adtigisse, nedum ut animum vulnerassent. *Homerus* de Achillis telo Iliad. Υ, 100.

- - τοῦ γ' ἰθὺ βέλος πέτετ',
οὐδ' ἀπολήγει,

Πρὶν

liores hisce sermones nunc crepueris, ô Socrates. Non auscultat enim animus divagantibus per eleganter dicta, neque hæc adtingunt cutem meam; sed ad pompam quidem & verborum splendorem perfecta sunt, veritate verò sunt destituta. Morbi autem non ferunt sophismata, iisque solis satisfieri sibi patiuntur, qui animum adtingere possunt.

CONJUNGIS, nempe, Axioche, inconsideratè 16
quæ separata sunt, dum privationi bonorum opponis malorum sensum, oblitus te esse mortuum. Tristitiam enim creat ei, qui est privatus bonis, quòd contraria mala patiatur; qui verò non est, eum non adficit privatio. Quomodo ergo ei, qui non noscet nocitura, esset tristitia? Si enim nullum omnino sensum simul statuisses, præsertim in re minimè sentiente, numquam per imperitiam terrereris morte. Nunc verò te ipse in errorem conjicis, dum times ne priveris anima, & ipsi privationi animam adtribuis. Times ne non sentias, & deprehensurum te putas sensu te sensu cariturum.

Præterea multa sunt & pulcra, quæ de im- 17
mor-

Πρὶν χροὸς ἀνδρομέοιο διέλθεμεν.

Hujus rectà telum volat, neque desinit, antequàm corpus humanum permearit.

Ἀνύτῃ] Aut ἀνύτει, Atticè.

16. Ἀρχὴν γὰρ —— μὴ συναποθέμενος —— μίαν αἴσθησιν] Hoc est, εἰ γὰρ μηδεμίαν παντάπασι συναποθέμενος εἴης, *si enim nullum omnino simul sensum statueres esse.* Notum est ἀρχὴν significare passim *prorsus*, nec minùs liquet hunc significatum hîc postulari. Attamen uterque Interpres vertit *ab initio*, cùm Socrates dicturus potiùs fuisset ἀπ' ἀρχῆς. Sæpe viri etiam doctissimi hac in re lapsi sunt, nec sunt propterea ὀψιμαθείας, aut ignorantiæ insimulandi; ut fieri solet à Criticis acerbioribus, qui ne occupatorum quidem virorum vel minimæ ἀπροσεξίᾳ ignoscunt, dum ipsi per otium aliud nihil faciunt, nisi ut aliorum παροράματα, si quæ sunt, speculentur, & in lucem malignè proferant. Vide ad num. 4. & Intt. ad Joan. VIII, 25.

Στερήσεσθαι τῆς ψυχῆς] Verba sequentia τῇ δὲ στερήσει περιτίθης ψυχήν. καὶ παρεὶς μὲν τὸ μὴ αἰσθήσεσθαι, *ex vetere

Co-

νασίας τῆς ψυχῆς. οὐ γὰρ δὴ θνητή γε φύσις τόσον διήρατο μεγεθουργίας, ὥστε καταφρονῆσαι μὲν ὑπερβαλλόντων θηρίων βίας, διαπεραιώσεσθαι δὲ πελάγη, δείμασθαι δὲ ἄστη, καταστήσασθαι δὲ πολιτείας, ἀναβλέψαι δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδεῖν περιφορὰς ἄστρων, καὶ δρόμους ἡλίου τε καὶ σελήνης, ἀνατολάς τε καὶ δύσεις, ἐκλείψεις τε καὶ ταχείας ἀποκαταστάσεις· ἰσημερίας τε καὶ τροπὰς δίττας καὶ πλειάδων * χειμῶνος καὶ θέρους, ἀνέμους τε καὶ καταφορὰς ὄμβρων, καὶ πρηστήρων ἐξαισίους συρμούς· καὶ τὰ τοῦ κόσμου παθήματα παραπήξασθαι εἰς τὸν αἰῶνα· εἰ μή τι θεῖον ὄντως ἐνῆν πνεῦμα τῇ ψυχῇ, δι' οὗ τὴν τηλικῶνδε περίνοιαν καὶ γνῶσιν ἔσχεν. ὥστε οὐκ εἰς θάνατον, ἀλλ' εἰς ἀθανασίαν μεταβάλλεις, ὦ Ἀξίοχε, οὐδ' ἀφαίρεσιν ἕξεις τῶν ἀγαθῶν ἀλλ' εἰλικρινεστέραν τὴν ἀπόλαυσιν· οὐδὲ μεμιγμένας θνητῷ σώματι τὰς ἡδονὰς, ἀλλ' ἀκράτους ἁπασῶν ἀλγηδόνων. κεῖσε γὰρ ἀφίξῃ, μονωθεὶς ἐκ τῆσδε τῆς εἱρκτῆς, ἔνθα ἄπονα πάντα καὶ ἀστένακτα καὶ ἀγήρατα· γαληνὸς δέ τις καὶ κακῶν ἄγονος

Codice *Henr. Stephani*, addenda censuimus.

17. Οὐ γὰρ θνητή γε φύσις &c.] Multa hinc hausisse *Ciceronem* Tuscul. Disp. Lib. I, 28. deprehendent, qui conferent. Nec tamen ideò verba *Ciceronis*, interpretationis loco, hic poni potuere, ut fecit *Serranus*; neque enim Latina omnia respondent Græcis.

Ἰσημερίας καὶ τροπὰς δίττας] Nempe, unius solis, qui accessu & recessu, ut omnibus notum, æquinoctia, & solstitia duplicia creat. Sed ob sequentia verba, quæ in mendo cubant, in animum revocandum fuit.

Πλειάδων * χειμῶνος καὶ θέρους] Adposuimus Asteriscum, ut liqueret aliquid omissum, constat enim ἰσημερίας καὶ τροπὰς quæ ad unum solem, ut dixi, referri possunt, nihil pertinere ad Pleiadas, sive Virgilias. Cur ergo sequitur Genitivus πλειάδων, cùm nihil sit à quo regatur? Omissum est, nempe, nomen σημασίαι, vel ἐπισημασίαι, aut quid simile; nam Virgiliæ putabantur ortu suo matutino, quem heliacum vocant, æstatis ac messis initium significasse; occasu verò matutino, hiemis atque sementis; quæ tamen anni divisio adcurata non est. Qua de re, copiosè egit *Dionys. Petavius* Dissert. Variar. Lib. II. c. IX & X. quæ consulentur, à Lectoribus, nam Veterum hanc in rem insigniora loca collegit. Unius *Arati* verba pro-

mortalitate animi dicuntur. Neque enim mortalis natura eò se extulisset in gerendis magnis rebus, ut contemneret vires belluarum quæ *nos eâ re* superant, trajiceret maria, conderet urbes, & constitueret Respublicas; ut suspiceret cœlum, videret circuitus astrorum, cursus solis & lunæ, ortus & occasus, eclipses & celeres in pristinum statum *siderum* restitutiones, æquinoctia & conversiones *solis* duplices, ac Pleïadum *significationes* hiemis atque æstatis, ventos & descensus imbrium, presterum intempestivos turbines; útque ea quæ mundo contingunt certis regulis in perpetuum doceret; nisi reverâ divinus quidam spiritus animæ inesset, per quem tantarum rerum peritiam & cognitionem habet. Itaque non in mortis sed in immortalitatis statum converteris, Axioche; neque tibi dementur bona, sed iis puriùs frueris; neque *habebis* voluptates mortali corpori mistas, sed doloribus omnibus impermistas. Eò enim venies,

proferam ex *Phænomenis* versu 264 & seqq.

Αἱ μὲν ὅμως ὀλίγαι καὶ ἀφεγγέες· ἀλλ' ὀνομασταὶ
Ἦρι καὶ ἑσπέριαι (Ζεὺς δ' αἴτιος) εἱλίσσονται
Ὅς σφίσι καὶ θέρεος καὶ χείματος ἀρχομένοιο
Σημαίνειν ἐκέλευσεν, ἐπερχομένου τ' ἀρότοιο.

Interprete *Cicerone*, vers. 272. & seqq. in Ed. Grotiana:

At magnum nomen signi clarúmque vocatur
Propterea, quòd & æstatis primordia claret,
Et pòst, hiberni prepandens temporis ortus,
Admonet ut mandent mortales semina terris.

Hinc liquet desiderari, apud *Æschinem*, vocem σημασίας aut ἐπισημασίας, quandoquidem Virgiliæ σημαίνουσι æstatem & hiemem. Vide & Scholiasten ad *Arati* locum pag. 31. Edit. Morellianæ.

Παραπήξασθαι εἰς τὸν αἰῶνα] *Rod. Agricola* hîc: *ut comprehensos quoque mundi labores sæculis traderet*; Joan. Serranus: *mundi variam constitutionem sempiternis quibusdam fundamentis firmatam.* Neuter rectè. Optimè *Adr. Turnebus* Advers. L. XI. c. 9. animadvertit, hoc in loco, Astronomica παραπήγματα spectari. Putabat autem sic dicta instrumenta Astronomica, ut Astrolabium, & quæ ejusdem generis sunt, quibus ratio cœli cursúsque siderum, & re-

νος βίος, ἀσαλεύτῳ ἡσυχίᾳ εὐδιαζόμενος καὶ περιαθρῶν τὴν φύσιν, καὶ φιλοσοφῶν οὐ πρὸς ὄχλον καὶ θέατρον, ἀλλὰ πρὸς ἀμφιθαλῆ τὴν ἀλήθειαν.

ιη' ΕΙΣ τοὐναντίον με τῷ λόγῳ περιέστακας, οὐκέτι γάρ μοι θανάτου δέος ἔνεστιν, ἀλλ' ἤδη καὶ πόθος· ἵνα τι κἀγὼ μιμησάμενος τοὺς ῥήτορας περιττὸν εἴπω. καὶ πάλαι μετεωρολογῶ, καὶ δίειμι τὸν ἀΐδιον καὶ θεῖον δρόμον, ἔκ τε τῆς ἀσθενείας ἐμαυτὸν συνείλεγμαι καὶ γέγονα καινός.

EI

regiones, sedésque eorum cognoscuntur. Tum citat *Suidam*. Paullò, ut puto, aptiùs dixeris παράπηγμα fuisse tabulam ligneam, in qua annorum, mensiúmque, Cycli cujuspiam Astronomici, initia, siderúmque ortus & occasus, Solis & Lunæ sedes, eclipséfque erant παραπαγένθαι, hoc est, impactis è regione lignis descripta, ex certis regulis. Hinc παραπήγματα dicuntur cycli sic descripti, aut etiam in charta; quales fuere Octaëterides *Cleostrati*, *Harpali*, *Eudoxi*, Enneadecaëteris *Metonis*, aliáque id genus. Vide *Jos. Scaligerum* de Emend. Temporum Lib. II. p. 65. Ed. Roverianæ. Ejusmodi autem παραπήγμασι, si rectè facta essent, status cœli in perpetuum poterant describi: ut describitur in Ephemeridibus Astronomicis, quæ in annorum myriadas fieri, ab artis peritis, possent.

Εἰ μή τι θεῖον &c.] Eadem de re *Cicero* Disp. Tuscul. Lib. I. 25. *Quorum conversiones, omnésque motus qui animus vidit, is docuit similem animum suum ejus esse, qui ea fabricatus esset in cœlo.* Fortè scripsit, *similem animo se ei esse, qui*; hoc est, *ei animo qui ea fabricatus est in cœlo*, τῷ νοῒ ὃς ἐμηχανήσατο ταῦτα ἐν οὐρανῷ. Quod æquè potuit *Cicero* scripsisse, ac *qui animo vidit*, ut conjiciebat nuper vir doctus; cui tamen nec eam nolenti conjecturam obtrudere velim, uti nec ab alio obtrusas invitus accipere. Incerta enim, si verum amamus, hæc sunt; nec debent, nisi modestè, proponi. Vide & sequentia verba *Ciceronis*. Re verâ hæc ostendunt mentes esse materiæ expertes, nec proinde instar materiæ posse dissipari.

Ἐνῆκε τὸ πνεῦμα τῇ ψυχῇ] Quasi Deus adflasset animæ humanæ, simili alioqui futuræ animæ brutorum, θεῖόν τι πνεῦμα, quod exquisitæ ratiocinationis capax esset; quæ non cadit in inferiorem partem animæ, ut loquuntur Peripatetici.

nies, liberatus ex hoc carcere, ubi omnia sunt sine labore, sine gemitu, sine senio. Tranquilla quædam erit & expers malorum vita, immotâ quiete serena & contemplans naturam, philosophiæque vacans, non turbæ & theatro, sed ad florentem undequaque veritatem tendens.

IN contrariam partem me oratione traduxisti, non 18
ampliùs enim mihi mortis metus inest, sed jam desiderium; ut etiam ego, rhetoras imitatus, eximium quidpiam dicam. Dudum etiam sublimia animo agito, conficióque curriculum æternum & divinum; ex infirmitate me collegi, novúsque *homo* factus sum.

SI

ci. Hinc fortè hauserunt SS. Patres, qui similia nonnulla dixerunt, ut docuit vir doctissimus *Henr. Dodwellus*, in libris Anglicis de *naturali mortalitate animæ*.

Τῆς εἱρκτῆς] Vide dicta ad §. 5. Cicero Lib. I. Tuscul. Disp. c. 30. *Vir sapiens lætus ex his tenebris in lucem illam excesserit, nec tamen illa vincla carceris ruperit.*

Περιαθρῶν τὴν φύσιν] Huc respexisse videtur *Cicero*, cùm sic loqueretur Lib. V. de Finibus Cap. XIX. *Ac veteres quidem Philosophi in beatorum insulis fingunt qualis futura* (sic legendum, non *naturâ*) *sit vita Sapientium, quos curâ omni liberatos, nullum necessarium vitæ cultum, aut paratum requirentes, nihil aliud esse acturos putant, nisi ut omne tempus, in quærendo ac discendo, in naturæ consideratione consumant.* Sic & in fragmento Lib. de Philosophia, quod exstat apud *Augustinum* de Trinitate Lib. IV. c. 2. *Si nobis, cùm ex hac vita migraverimus, in Beatorum insulis immortale ævum, ut fabulæ ferunt, degere liceret, —— unâ essemus beati cognitione naturæ & scientiâ, quæ sola etiam Deorum est vita laudanda.*

18. Μετεωρολογῶ] Jam hoc Socraticum. Hinc & *Aristophanes*, in Nubibus, Socratem, ejúsque discipulos μετεωροφένακας, versu 332. & μετεωροσοφιστὰς versu 359. vocat. Sic & in *Xenophontis* συμποσίῳ cùm Cap. VI, 6. objecisset Socrati Syracusius quidam, quòd diceretur μετεώρων φροντιστής, rem non negat, sed nihil esse μετεωρότερον τῶν Θεῶν reponit.

Γέγονα καινὸς] Conferri hoc loquendi genus poterit cum hisce, quibus Apostoli utuntur, καινὴ κτίσις, καινὸς ἄνθρωπος, ubi sermo est de iis, qui à Judaïcis aut Ethnicis institutis se ad Christianam vitam contulerant. Vide 2 Cor. V, 17. Gal. VI, 15. Eph. II, 15. IV, 24.

19. Εἰ δὲ καὶ ἕτερον βούλει λόγον &c.] Jam ad fabulas venit Socrates, quibus ipse non fidebat;

ιθʹ ΕΙ δὲ καὶ ἕτερον βούλει λόγον, ὃν ἐμοὶ ἤγγειλε Γωβρύης, ἀνὴρ μάγος, ἔφη κατὰ τὴν τοῦ Ξέρξου διάβασιν τὸν πάππον αὐτοῦ καὶ ὁμώνυμον, πεμφθέντα εἰς Δῆλον, ὅπως τηρήσειε τὴν νῆσον, ἐν ᾗ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο, ἐκ τινῶν χαλκέων δελτῶν, ἃς ἐξ Ὑπερβορέων ἐκόμισαν Ὦπις τε καὶ Ἑκάεργος, ἐκμεμαθηκέναι κατὰ τὴν τοῦ σώματος λύσιν τὴν ψυχὴν εἰς τὸν ἄδηλον χωρεῖν τόπον, κατὰ τὴν ὑπόγειον κίνησιν. ἐν ᾗ βασίλεια Πλούτωνος οὐχ ἥττω τῆς τοῦ Διὸς αὐλῆς, ἅτε τῆς μὲν γῆς ἐχούσης τὰ μέσα τοῦ κόσμου, τοῦ δὲ πόλου ὄντος σφαιροειδοῦς· οὗ τὸ μὲν ἕτερον ἡμισφαίριον θεοὶ ἔλαχον οἱ οὐράνιοι, τὸ δὲ ἕτερον οἱ ὑπένερθεν· οἱ μὲν ἀδελφοὶ ὄντες· οἱ δὲ ἀδελφῶν παῖδες. τὰ δὲ πρόπυλα τῆς εἰς Πλούτωνος ὁδοῦ σιδηροῖς κλείθροις καὶ κλεισὶν ὠχύρωται. ταῦτα δὲ ἀνοίξαντα ποταμὸς Ἀχέρων ἐκδέχεται· μεθ᾽ ὃν, Κωκυτός· οὓς χρὴ πορθμεύσαντα ἀχθῆναι ἐπὶ Μίνω καὶ Ῥαδάμανθυν, ὃ κλῄζεται πεδίον ἀληθείας.

'Εν

bat; ſed quas utiles eſſe poſſe putabat, ſi modò animi æſtum in amico ſedare poſſent. Satis enim habebat immortalitatem animi credi, de circumſtantiis alterius vitæ, omnibus eo tempore ignotis, ſecurus.

Γωβρύης] Hinc illuſtra quod eſt apud *Diogenem Laërtium* Proœm. §. 2. ubi dicit multas fuiſſe à Zoroaſtre ſucceſſiones Magorum, inter quos memorat Γωβρύας. Fortè idem *Gobryes*, qui dicitur ab *Ariſtotele* Magus Syrus & Socrati violentam mortem prædixiſſe. Vide *Laërtium* Lib. II, 42.

Ἐξ Ὑπερβορέων &c.] Fabellam, de Hyperboreis ſacra in inſulam Delum mittentibus, aut adferentibus; lege apud *Herodotum* Lib. IV, 33. & ſeqq.

Ὦπις τε καὶ Ἑκάεργος] In Codicibus *Herodoti* nominantur Ἄργης & Ὦπις virgines. Fabellam eſſe Græcanicam & nomina Græca & Græcæ narratiunculæ oſtendunt; nemo enim crediderit Hyperboreos, hoc eſt, populos omnium maximè ſeptemtrionales Græcè loquutos, & fabulas Græcas narraſſe.

Τὸν ἄδηλον τόπον] Sic interpretantur Grammatici Ἄδης, aut Ἀΐδης. Vide Etymologicum Magnum.

Τὴν ὑπόγειον κίνησιν] Legendum omnino videtur οἴκησιν, ba-

SI verò & alium vis audire sermonem, quem mihi narravit Gobrias Magus, dixit tempore, quo Xerxes *in Europam* transiit, avum suum sibi cognominem missum in Delum, ut servaret insulam in qua duo Dii erant nati; ex quibusdam libris æneis, quos ex Hyperboreis adtulerant Opis & Ecaergus, didicisse animam, postquàm soluta esset corpore, in inconspicuum ire locum, & subterraneam sedem, in qua regnum *est* Plutonis non minus Jovis aulâ; quippe cùm terra mediam regionem mundi teneat, cúmque polus ad sphæræ figuram accedat, superius quidem alterum hemisphærium sortiti sunt cœlestes Dii, alterum verò inferiores; quorum alii sunt fratres alii fratrum filii. Vestibulum autem viæ, quæ ad Plutonis regiam tendit, ferreis claustris & clavibus firmatum est. Eum verò qui hæc aperuit excipit fluvius Acheron, post quem Cocytus; quos oportet pontone trajici, ad Minoem & Rhadamanthum *ituro*, *in locum* qui vocatur Campus Veritatis. 19

Hîc

habitationem. Sic passim, in hoc negotio, loquitur *Plato*, ut in Phædone §. 41. ***φέρεται εἰς τὴν αὐτῇ πρέπουσαν οἴκησιν***, ***fertur in habitationem quæ eam decet.*** Ita & ***καθαρὰ οἴκησις*** vocatur locus, in quo animi purgati habitant, §. 45. Paullò pòst dicuntur ***εἰς οἰκήσεις ἔτι τούτων καλλίους ἀφικνεῖσθαι***, ***in habitationes adhuc hisce pulcriores ire.***

Ἐν ἡ βασίλεια Πλούτωνος] Vide Phædonem, locis laudatis.

Μίνω καὶ Ῥαδάμανθυν] De hisce loquitur *Plato* in Minoe, quasi de justissimis hominibus, & sub finem Gorgiæ, ac alibi quasi de Judicibus mortuorum propterea constitutis, ut Lib. XII. de Republica. Quamvis apud Græcos tantùm notæ essent hæ fabellæ, tempore *Platonis*; crediderim tamen earum primam originem ad ea tempora referendam, quibus incolæ Græciæ & insularum vicinarum utebantur linguâ orientali. Hæc certè nomina Græcè nihil significant, cùm, si characteribus Hebraïcis scribantur, omnes, Linguæ Hebraïcæ periti, illico sint agnituri nomina virorum indoli & factis convenientia. *Minos*, si scribatur מנה, *Minoh*; continuò agnoscent hisce radicalibus litteris significari *ponderavit*, quod optimè Judici con-

H ve-

κ' Ἐνταυθοῖ καθέζονται δικασταὶ ἀνακρίνοντες τῶν ἀφικνουμένων ἕκαστον, τίνα βίον βεβίωκε καὶ τίσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐνῳκίσθη τῷ σώματι. ψεύσασθαι μὲν οὖν ἀμήχανον. ὅσοις μὲν οὖν ἐν τῷ ζῆν δαίμων ἀγαθὸς ἐπέπνευσεν εἰς τὸν τῶν εὐσεβῶν χῶρον οἰκίζονται. ἔνθα ἄφθονοι μὲν ὧραι παγκάρπου γῆς βρύουσι, πηγαὶ δὲ ὑδάτων καθαρῶν ῥέουσι, παντοῖοι δὲ λειμῶνες ἄνθεσι ποικίλοις ἐαριζόμενοι, διατριβαὶ δὲ φιλοσόφων καὶ θέατρα ποιητῶν, καὶ κύκλιοι χοροὶ, καὶ μουσικὰ ἀκούσματα· συμπόσιά τε εὐμελῆ, καὶ εἰλαπίναι αὐτοχορήγητοι, καὶ ἀκήρατος ἀλυπία, καὶ ἡδεῖα δίαιτα. οὔτε γὰρ χεῖμα σφοδρὸν, οὔτε θάλπος ἐγγίνεται, ἀλλ' εὔκρατος ἀὴρ χεῖται, ἁπαλαῖς ἡλίου ἀκτῖσιν ἀνακιρνάμενος. ἐνταῦθα τοῖς μεμυημένοις ἐστί τις

venit, libram veluti tenenti, & æquâ lance omnia expendenti. Similiter רד־המת *radhammeth*, est *dominus mortui*, aut *mortuus*; quod Rhadamanthi munus non malè describit, qui fingitur dominus sortis mortuorum. Sed pluribus hac de re agere non est hujus loci.

Πεδίον ἀληθείας] Quòd in eo veritas occulta esse non posset. *Plato* eadem, ut puto, de causa, in ὑπερουρανίῳ τόπῳ, *Campum Veritatis* collocare videtur, quòd apud Deos solos veritatem notam crederet. Unde animos, ex eo loco delapsos, *Veritatis campum* videndi cupiditate teneri ait, in Phædro p. 345. Οὗ δὴ ἕνεχ' ἡ πολλὴ σπουδὴ τὸ ἀληθείας ἰδεῖν πεδίον οὗ ἐστιν. ἥτε δὴ προσήκουσα ψυχῆς τῷ ἀρίστῳ (μέρει) νομὴ, ἐκ τοῦ ἐκεῖσε λειμῶνος τυγχάνει οὖσα: *cujus quidem causâ magnum est studium videndi veritatis campus ubi sit; & conveniens optimæ* (parti) *animæ pastus est ex eo prato, quod illic est.*

20. Ὅσοις μὲν οὖν —— δαίμων ἀγαθὸς ἐπέπνευσεν] Nisi, voce Δαίμων, hîc ipse animus intelligatur; non tam ipsa ἐπίπνοια spectatur, quàm ejus effectus in virtute situs.

Εὐσεβῶν χῶρον] Sive sub terra ille esse crederetur, sive supra terram, ut in Phædone §. 45. sive in insula quadam fortunata, ut in Gorgiæ loco antea memorato. Cùm poëticè philosophraretur *Plato*, mirum non est eum non magis sibi constare, quàm Poëtas. Vide & apud *Lucianum*, Lib. II. Historiæ Veræ, Insulæ fortunatæ descriptionem. Hîc planè, in hac descriptione, luxuriatur Socrates, ut ægro Axiochi animo, qui his adficiebatur, fucum veluti, sed juvandi animo, faceret.

Τοῖς μεμυημένοις &c.] Locum hunc profert *Joan. Meursius* Eleusiniorum Cap. XVII. aliisque

Hîc ſedent judices interrogantes unumquemque 20
eorum, qui venerunt, quamnam vitam egerit, & quibus inſtitutis habitaverit in corpore; mentiri autem nemo poteſt. Quoſcumque ergo in vita bonus genius adflavit, ii habitare jubentur locum piorum. Ibi tempeſtates copioſæ ſcatent fructibus omnia proferentis terræ, fontes aquarum purarum fluunt, prata variegata diverſis floribus vernis rident; *ibi* Philoſophorum ſcholæ, theatra Poëtarum, ſaltationes in orbem, muſicæ auditiones, bene compoſita convivia, dapes quæ ultro *à terra* ſuppeditantur, immortalis lætitia & ſuavis vita. Neque enim eſt grave frigus, aut calor *immodicus*, ſed circumfuſus bene temperatus aër, mol-

que ſimilibus illuſtrat. Addé & quæ habent Interpretes ad *Diogenis* Laërtii Lib. VI, 39. Quibus licet etiam adjicias loca *Pindari*, & *Platonis*, quæ hanc in rem profert *Clemens* Alexandrinus Stromat. Lib. III. p. 433. Πίνδαρος περὶ τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων λέγων ἐπιφέρει·

Ὄλβιος ὅστις ἰδὼν κεῖνα
Κοιν' εἶσ' ὑπὸ χθόνα,
Οἶδε μὲν βίου τελευτὰν,
Οἶδεν δὲ Διόσδοτον ἀρχάν.

Πλάτων δὲ ἀκολούθως ἐν Φαίδωνι οὐκ ὀκνεῖ γράφειν ὧδέ πως· Καὶ οἱ τὰς τελετὰς δὲ ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες οὐκ ἄλλο τι, ἕως, μετὰ θεῶν οἰκήσει: *Pindarus loquens de myſteriis Eleuſiniis, addit*: Sapiens quiſquis contemplatus illa communia it ſub terram, novit vitæ finem & novit à Jove datum imperium. *Plato ſimiliter, in Phædone, non veretur ſcribere hoc modo*: Et illi qui conſtituerunt nobis myſteria nihil aliud, *uſque ad*, cum Diis habitabit. *Platonis* ille locus legitur §. 12. Ed. Oxon. unde emendandus *Clemens*, nam pro οὐκ ἄλλο τι, legendum eſt, ut apud *Platonem*, οὐ φαῦλοί τινες. Neſcio quo ritu, voluerant initiorum illorum auctores αἰνίττεσθαι ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται· ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει: *occultè ſignificare fore ut qui non initiatus, ſacriſque initiis non admiſſus in inferos iverit in luto jaceat; qui verò purgatus & initiatus illuc venerit, cum Diis babitet.* Inferiùs etiam §. 21. idem de initiatis dicitur.

Γεννήτης τῶν θεῶν] Fortè ſtirpis ſuæ initium ad Deum quempiam referebat. *Harpocration* ad vocem γεννήτης & *Pollux* L. VIII. §. 111. docebunt quid propriè eâ ſignificaretur Athenis. Conſanguineum, aut participem ejuſdem generis hîc ſignifica-

τις προεδρεία καὶ τὰς ὁσίας ἁγιστείας κἀκεῖσε συντελοῦσι· πῶς οὖν οὐ σοὶ πρώτῳ μέτεστι τῆς τιμῆς ὄντι γεννήτῃ τῶν Θεῶν; καὶ τοὺς περὶ Ἡρακλέα τε καὶ Διόνυσον κατιόντας εἰς ᾅδου, πρότερον λόγος ἐνθάδε μυηθῆναι, καὶ τὸ θάρσος τῆς ἐκεῖσε πορείας παρὰ τῆς Ἐλευσινίας ἐναύσασθαι.

κα΄ Ὅσοις δὲ τὸ ζῆν διὰ κακουργημάτων ἠλάθη, ἄγονται πρὸς Ἐριννύων ἐπ' Ἔρεβος καὶ Χάος, διὰ Ταρτάρου· ἔνθα χῶρος ἀσεβῶν, καὶ Δαναΐδων ὑδρεῖαι ἀτελεῖς, καὶ Ταντάλου δίψος, καὶ Τιτυοῦ σπλάγχνα, καὶ Σισύφου πέτρος ἀνήνυτος,

- Οὗ τὰ τέρματ' αὖθις ἄρχεται πόνων.

Ἔνθα θηρσὶ περιλιχμώμενοι καὶ λαμπάσιν ἐπιμόνως πυρούμενοι Ποινῶν, καὶ πᾶσαν αἰκίαν αἰκιζόμενοι ἀϊδίοις τιμωρίαις τρύχονται.

κβ΄ Ταῦτα μὲν ἐγὼ ἤκουσα παρὰ Γωβρύου, σὺ δ' ἐπικρίνειας, Ἀξίοχε, ἐγὼ γὰρ λόγῳ ἀνθελκόμενος, τοῦτο μόνον ἐμπέδως οἶδα ὅτι ψυχὴ ἅπασα ἀθάνατος· ἢ δὲ ἐκ τοῦδε τοῦ χωρίου μεταστᾶσα καὶ ἄλυπος. ὥστε ἢ κάτω, ἢ ἄνω εὐδαιμονεῖν σε δεῖ, Ἀξίοχε, βεβιωκότα εὐσεβῶς. ΑΙΣΧΥΝΟΜΑΙ σοί τι εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, τοσοῦτον γὰρ ἀποδέω τοῦ δεδοικέναι τὸν θάνατον, ὥστε ἤδη καὶ ἔρωτα αὐτοῦ ἔχειν. οὕτω με καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὡς καὶ ὁ οὐράνιος, πέπεικε. καὶ ἤδη περιφρονῶ τοῦ ζῆν, ἅτε

ficare videtur. Vide & *Etymologicum Magnum*, ubi paullò pleniùs res exponitur.

Ἡρακλέα] Vide *Joan. Meursium* Eleusin. C. V.

21. Οὗ τὰ τέρματ'] Senarius, ut observavit *Henr. Stephanus*, cui deest una syllaba, aut duæ, si τὸ οὗ excludas. Sanè hæc omnia poëtica sunt.

22. Λόγῳ ἀνθελκόμενος] Ἀνθελκόμενος, proprio sensu, est qui hinc atque inde in contraria trahitur; mox, si vehementiùs hoc fiat, dilacerandus. Sic Metius Fuffetius, apud *Dionysium* Halicarnasseum Lib. III. p. 171. ἀνθελκόμενος ὑφ' ἑκατέρας (συνωρίδος) εἰς τάγματα.

mollioribus solis radiis tepefactus. Ibi initiatis quoddam est primos locos obtinendi jus, iique sacras purificationes celebrant. Quomodo ergo primus particeps honoris non fieres, qui es ejusdem generis particeps ac Dii? Fama est etiam Herculem & Bacchum prius hic initiatos esse, quam descenderent in inferos, & audaciam, qua illuc profecti sunt, ab Eleusinia *Dea iis* adflatam fuisse.

Quicumque verò facinorosam vitam egerunt ducuntur à Furiis in Erebum & Chaos, per Tartarum. Ibi locus impiorum & Danaïdum hydriæ numquam desinentes & Tantali sitis & Tityi viscera, & Sisyphi saxum, quod numquam *in montem tollere* absolvit, 21

Cujus fines iterum incipiunt labores.

Ibi ii, quos serpentes circumquaque lambunt, & qui perpetuò facibus Furiarum amburuntur, & qui omni genere pœnæ vexati æternis suppliciis premuntur.

Hæc quidem audivi à Gobria; tu, Axioche, judicium feres; ego enim ratione adductus hoc unum certò scio, animam omnem esse immortalem. Hæc verò, etiam cùm ex hoc loco migravit, est sine tristitia. Itaque sive infra, sive supra, beatum te esse oportet, qui piè vixisti. PUDET me tibi quidpiam dicere, ô Socrates, tantopere enim absum à metu mortis, ut jam amore ejus tenear: ita me hic sermo, quasi etiam cœlestis, permovit. Jam vitam despi- 22


ιωτία ἐν ὀλίγῳ διασπᾶται χρόνῳ: *ab utraque* (biga) *tractus in contraria brevi tempore dispertitur.* Inde, tralaticio sensu, ad animum in diversa distractum significandum, vox usurpata est. Eò tendunt sensus ut nihil patiantur nos credere esse, nisi quod eorum ministerio nobis innotescit; sed recta ratio ἀνθέλκει, seu contrà tendit, ut non minùs esse putemus multa quæ sub sensus non cadunt; veluti Deum, mentem nostram, eámque post dissolutionem corporis permanentem. Desunt hæc exempla Thesauro H. *Stephani.*

ἅτε εἰς ἀμείνω οἶκον μεταστησόμενος· νυνὶ δὲ ἠρέμα καὶ ἐμαυτὸν ἀναριθμήσομαι τὰ λεχθέντα. ἐκ μεσημβρίας δὲ παρέσῃ μοι, ὦ Σώκρατες. ΠΟΙΗΣΩ ὡς λέγεις. κἀγὼ δὲ ἐπάνειμι εἰς Κυνόσαργες, ἐς περίπατον, ὁπόθεν δεῦρο μετεκλήθην.

Τρίτυ Διαλόγυ Τέλος.

Τῦτο μόνον ἐμπέδως οἶδα] Sic & in Phædone Socrates §. 46. postquàm multa de animorum, post mortem, statu dixit: *Τὸ μὲν ὖν ταῦτα*, inquit, *διισχυρίσασθαι ὕτως ἔχειν, ὡς ἐγὼ διελήλυθα, ὐ πρέπει νῦν ἔχοντι ἀνδρί. ὅτι μέντοι ἢ ταῦτ' ἐστιν, ἢ ταῦτ' ἄττα περὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν καὶ τὰς οἰκήσεις, ἐπείπερ ἀθάνατόν γε ἡ ψυχὴ φαίνεται ὖσα, τῦτο καὶ πρέπειν ἐμοὶ δοκεῖ καὶ ἄξιον κινδυνεῦσαι οἰομένῳ ὕτως ἔχειν*: *Hæc igitur eo modo se habere, ut ego narravi, non decet virum judicio præditum adfirmare. Attamen vel hæc, vel talia quædam esse circa animos nostros, eorúmque habitationes, quandoquidem animum immortalem esse liquet, hoc adserere & decere mibi videtur & dignum esse sic rem habere putantem periclitari.*

Καὶ ἄλυπος] Si modò rectè vi-



despicio, migraturus quippe in meliorem domum. Nunc verò tacitè recensebo quæ dicta sunt; sed à meridie mihi aderis, ô Socrates. FACIAM, ut dicis; ego verò in Cynosarges, ad ambulandum, unde huc vocatus fui, revertar.

III. Dialogi Finis.

vita hacce mortali usa sit. Alioqui pœnas esse malis paratas putabat Socrates, ut ex Phædone liquet.

Κάτω ἢ ἄνω] Sub terra, si illic sint campi Elisii, aut supra terram, quod in Phædone propugnat Socrates, §. 41 & seqq. ut antea dixi.

Αἰχύνομαι &c.] Tam citò mutatum Axiochum nihil est quod mireris; nam levibus argumentis adductus mortem timuerat.

Ὡς καὶ ὁ οὐράνιος] An sanæ sint hæ voculæ καὶ ὁ non satis scio. Sensus debet esse: *quasi cœlo emissus*, quasi esset κληδὼν οὐράνιος, *vox cœlestis*, aut nescio quid simile.

Finis Notarum in III. Dialogum.



ÆSCHINIS
SOCRATICI
DIALOGUS QUARTUS.

DE MORIBUS CONJUGUM.

ASPASIA, PHILESIA, *Xenophontis Uxor*, XENOPHON.

1 DIC mihi, quæso, Xenophontis uxor, si vicina tua melius habeat aurum, quàm tu habes; utrum illius, an tuum malis? ILLIUS, inquit. QUOD si vestem & ceterum ornatum muliebrem pretii majoris habeat, quàm tu habes, tuúmne, an illius malis? ILLIUS verò, respondit. AGE, inquit, si virum illa meliorem habeat, quàm tu habes, utrúmne tuum, an illius malis? Hîc mulier erubuit.

2 Aspasia autem cum ipso Xenophonte sermonem instituit. QUÆSO, inquit, Xenophon, si vicinus tuus equum meliorem habeat, quàm tuus est, tuúm-

N O T Æ

In Quartum Dialogum.

1. DIc *mihi* &c.] Dialogum hunc, aut potiùs fragmentum Dialogi profert *Cicero* de Inventione Rhetorica Lib. I. c. 31. ut ostendat Inductionis usum: *Inductio*, inquit, *est oratio, quæ rebus non dubiis captat adsensionem ejus quicum instituta est; quibus adsensionibus facit ut illi dubia quædam res, propter similitudinem earum rerum, quibus adsensit, probetur; velut apud* Socraticum Æschinem *demonstrat Socrates, cum Xenophontis uxore & cum ipso Xenophonte Aspasiam loquutam*: Dic mihi, quæso *&c.* Narrabat ergo Socrates, in hoc *Æschinis* Dialogo, quâ ratione Aspasia Xenophontem ejúsque uxorem adloquuta esset, ut eos ad conjugum officia meliùs observanda adduceret. De Aspasia illa Milesia, muliere arguta & elegantis ingenii, collegit quæ apud Veteres exstant *Ægidius Menagius*, in Mulieribus Philosophis; quem, si opus est, adito.

Xenophontis uxor] *Philesiam* vocavimus in fronte Dialogi, propter hæc *Diogenis Laërtii* verba, in vita Xenophontis §. 52. *Εἵπετο δ᾽ αὐτῷ καὶ γύναιον,* ὀνο-

tuúmne equum malis, an illius? ILLIUS, inquit. QUOD si fundum meliorem habeat, quàm tu habes, utrum tandem fundum habere malis?

ILLUM, inquit; meliorem, scilicet. QUID si uxorem meliorem habeat, quàm tu habes, utrum illius malis? Atque hîc Xenophon ipse quoque tacuit.

Pòst Aspasia, QUONIAM uterque vestrûm, in- 3
quit, id mihi solum non respondit, quod ego solum audire volueram, egomet dicam quid uterque cogitet; nam & tu, mulier, optimum virum vis habere, & tu, Xenophon, uxorem habere lectissimam maximè vis. Quare nisi hoc perfeceritis, ut neque vir melior, neque femina lectior in terris sit; profectò id semper quod optimum putabitis esse, multò maximè requiretis; ut & tu maritus sis quàm optimæ, & hæc quàm optimo viro nupta sit.

Quarti Dialogi Finis.

ὄνομα Φιλησία, καθά φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης: sequebatur eum muliercula, nomine Philesia, ut ait Demetrius Magnes. Alia tamen, ne quid dissimulem, esse potuisset; non enim constat an hanc unam habuerit uxorem. Divortio, aut morte plures habere potuit.

Hîc mulier erubuit] Quòd indecorum esset fateri malle se nuptam esse vicinæ viro, quàm suo: visa enim esset alienum virum amare.

3. *Nupta sit*] Subjicit *Cicero*: ***Hîc cùm rebus non dubiis esset adsensum, factum est, propter similitudinem, ut etiam illud quod dubium videbatur, si quis separatim quæreret, id pro certo, propter rationem rogandi, concederetur.*** Tum addit: ***Hoc modo sermonis plurimùm Socrates usus est, propterea quòd nihil ipse adferre ad persuadendum volebat, sed ex eo, quod sibi ille dederat, quicum disputabat, aliquid conficere malebat, quod ille ex eo, quod jam concessisset, necessariò adprobare deberet.*** Quam disceptandi rationem pluribus deinde exponit & confirmat. Vide & *Quintilianum* Inst. Lib. V. c. 11. Ita autem se gessisse videtur Socrates, ut ne tam ipse docere videretur quod verum erat, quàm educere ex iis, quæ norat is quicum disceptabat; quâ ratione & ipse sibi verum invenisse videbatur, libentiúsque excipiebat. De Methodo Socratis pluribus ad calcem Logicæ egimus.

F I N I S.

JOANNIS CLERICI
SILVÆ
PHILOLOGICÆ,

In quibus multa Veterum Græcorum & Latinorum Scriptorum loca explicantur, aut emendantur.

LIBER PRIMUS.

LECTORI

S. P. D.

JOAN. CLERICUS.

E multis observationibus, à me jam dudum congestis, quæque in dies, pro studiorum varietate, augentur, nonnullas nunc tibi, LECTOR, expendendas proponere visum est. Si placeant, utilésque videantur, aliæ similes facilè; modò ne graviores occupationes obstent; addi hisce poterunt. Nihil est cur consilium meum adprobare tibi coner, cùm doctissimi olim & hodie viri idgenus lucubrationes, eruditis plaudentibus, ediderint. Hoc unum officii mei esse duxi, nihil ut proferrem, quod non ratione niteretur, nec prorsus inutile lectu esset. Fateor multa esse conjecturæ, quàm demonstrationi similiora; sed nec similiora vero ea haberi volumus, quàm sunt, parati etiam meliora amplecti. Alii pro imperio quidquid somniant obtrudant, quasi non possent errare; detrahántque melioribus, si fortè humanitus aliquid iis excidisse deprehendant, aut deprehendisse se putent. Nostrum non est eos æmulari, à quorum moribus abhorrere nos profitemur. Eo quidem tempore vivimus, quo mul-

multi, qui se elegantiorum Litterarum studiosos, & principes etiam in iis studiis esse putant, ostendunt se multò plus superbiæ & feritatis ex iis studiis retulisse, quàm eruditionis & mansuetudinis. Adlatrare aliorum labores, dum ipsi nihil, aut parum admodum præstant, spernere aliena, sibique & suis plaudere, jam ita est proprium ei hominum generi; ut iis vitiis ab omnibus aliis facilè secernantur, & apud optimos quosque sint infames. Absit ut eos imitemur! Præstaret multò litteras nescire, quàm ferum, maledicum, & conviciatorem fieri, dum Scripta ejusmodi hominum legimus. Sed vitium hoc est Scriptorum, non Litterarum, ut Cap. I. Silvarum *nostrarum deditâ operâ ostendimus. Bene volumus Litteris, nec iis nisi barbari malè velint; bene volumus ipsis hominibus, etiam indignis, laudibúsque interdum ingratos ad comitatem excitare conati sumus; at malè volumus vitiis, quæ vigentia insectari non desinemus, dum hominibus parcemus, licèt nobis minimè parcant. Nisi ad meliorem mentem redeant, satis graves pœnas sibi ipsi contrahent; nam mores suos odio esse bonis omnibus tandem videbunt.*

Silvas *Opus hoc nostrum inscripsimus, quòd nullo ordine, de re qualibet, singulis capitibus agamus; ut in Silvis arbores, sine ordine, plantatæ, aut consitæ sunt.* Philologicas *vocavimus, ne quis à nobis Grammatica tantùm exspectet. Latiùs enim multò patet*

Phi-

Philologia, *quàm Grammatica, ut nescientes docebit* Joan. à Wower *eruditissimæ Tractationis de Polymathia Cap. XV. Miscellanea ergo omnis generis exspecta,* LECTOR, *nec nobis negotium facesse, quòd id non observaverimus, quod nos observaturos esse non pollicemur. Breves esse studuimus, quia* φιλολόγυς *nos, non* λογοφίλυς, *haberi volumus. Vocamus autem hîc* φιλολόγυς *variæ eruditionis potiùs amantes, quàm eruditos; quemadmodum* φιλόσοφοι *distinguebantur ab iis, qui invidioso* σοφῶν *vocabulo gloriabantur. Satis habemus si Litterarum amantes fuisse eásque, quà licebat, juvasse olim existimabimur.* Vale.

JOAN-

JOANNIS CLERICI SILVARUM PHILOLOGICARUM

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De Humanioribus Litteris.

1. *Quid sint* Humaniores, *quæ dicuntur*, Litteræ. 2. *Cur ita dictæ.* 3. *Earum verus usus & finis.* 4. *A quo tamen exciderunt plurimi earum studiosi.* 5. *Sed eò optimos quosque tendere oportere.* 6. *Vitia hac in re vitanda.* 7. *Frivolæ quæstiones nonnisi leviter adtingendæ.* 8. *Sublimioris indolis homines in iis Litteris non posse consenescere.* 9. *Meliores ex lectione Veterum fieri oportere, quod nisi fiat, infamantur Litteræ.* 10 *Esse aliquam cognitionem Philosophiæ, præsertim Dialecticæ & Moralis, studio Litterarum conjungendam.* 11. *Etiam nonnullam nobiliorum artium peritiam.* 12. *Dictorum usus.*

I. NUMQUAM fuit animus ita Litteris, quæ *Humaniores* vocari solent, operam meam addicere; ut iis maximam vitæ partem impenderem, neque ulterius quidquam spectarem. Philosophiam, à prima adolescentia, & Theologiam mihi excolendas suscepi; nec dum temporis, in iis studiis collocati, me pœni-

tet. Fructus mearum, in iis Disciplinis, vigiliarum non semel in lucem publicam emisi; qua in re, multorum bonorum & eruditorum virorum faventia judicia, ad hunc usque diem, expertus sum. Nec aliud ferè emolumentum præterea ex iis laboribus, si excipias animi sibi bene conscii tranquillitatem, ad me rediit. Spe tamen meâ non excidi, quia aliud nihil in votis habui, nisi ut meis lucubrationibus ad bonam mentem, verámque erga Deum religionem via Lectoribus muniretur. Sed cùm à viris doctissimis accepissem maximum auxilium, & ornatum è Litterarum Humaniorum studiis peti posse; quibus eæ, quarum amore captus eram, Disciplinæ penitiùs cognoscerentur & illustrarentur; à pueritia ipsa, duce Patre meo STEPHANO CLERICO; qui Linguæ Græcæ & Humaniorum Litterarum, per aliquot annos, Genevæ Professor fuerat, nec Medicinæ, quam exercebat, aut Reipublicæ, cujus Senator erat, occupationibus à studiis umquam prorsus avellebatur; Litteris illis, quas maximè callebat, incumbere cœpi. Ab eo tempore, cum Philosophiæ, Theologiæque & rerum eò pertinentium studio semper Romanorum & Græcorum Scriptorum lectionem conjunxi; iisque ad illustrandas Disciplinas, quas potissimùm excolebam, usus sum; quod quemadmodum mihi cesserit meum non est dicere, norunt qui operibus à me editis utuntur. Sed quorsum hæc? inquies. Hæc verò à me dicuntur, cùm propter importunos quosdam homines, qui me quasi inimicum & spretorem earum Litterarum, aut quasi serò ad eas veluti tempestate adpulsum traducere apud ignaros solent; tum propter ea quæ mox, hoc Capite, sum ostensurus.

De Litteris Humanioribus agam, ut earum caussam, quoad in me situm erit, ab iis qui vitiis suis eas infamant secernam & vindicem; nec ab ulla re

alia

alia opportuniùs *Silvas* hasce meas *Philologicas* ordiri possim.

Ut à definitione nominis incipiam, quamvis fortè ab ea scribendi ratione alieniores sint qui eas Litteras profitentur, *Humaniores Litteras* voco Romanæ & Græcæ Antiquitatis præsertim cognitionem; à qua tamen nec Linguarum Orientalium, & Hebraïcæ potissimùm peritiam; nec elegantiorum librorum, qui hodiernis Linguis scripti sunt, notitiam divelli velim. Barbari planè sunt, qui Antiquitatis Græcæ & Latinæ monumenta spernunt; sed nec magis sapiunt, qui antiquissimas Orientis Linguas, sacrúmque adeò Hebræorum Sermonem aspernantur; aut hodierna omnia, quasi nihil lectu dignum hodiernis Linguis scriberetur, fastidiunt. Pædagogici hoc palati certissimum est indicium; ad lautitias enim hodiernas idgenus homines planè nauseant, quasi nullum prorsus esset in hodiernis Linguis ingenium, nullum excogitandi acumen, nullum judicium, nihil denique quod legisse operæ pretium sit, si hodierna cum antiquis conferantur. His spretores Antiquitatis opponere soleo, quibus eodem jure, hoc est, nullo, antiqua omnia sordent. Libenter eorum pugnas, nec sine risu, specto; quæ committuntur sine ulla alterutrius partis jactura, præpilata enim in se invicem jaciunt tela. Neque contemtores Antiquitatis eam esse contemnendam, neque nimii ejus admiratores nihil hodie Linguis nostris bene scribi probant; sed se invicem, hoc est, fatui fatuos, irritis armis cædunt, ludósque peritioribus præbent. Nec est cur nobis hîc quisquam objiciat nos Humaniorum Litterarum pomœria usque adeò extendere, ut perpauci earum periti haberi queant; si omnia, quæ modò exposuimus, sint tenenda. Diximus enim quam potissimam earum partem putaremus, intráque Græcam & Romanam antiquitatem coërcuimus; nec cuivis omnes

earum Litterarum partes æquè necesse esse colere statuimus. Quisque pro ingenio, proclivitate naturæ, vitæque ratione, partem aliquam earum sibi excolendam sumat; nihil est quod in ejus instituto reprehendamus, si modò aliis leges nullas imponat, & unumquemque ingenio in hisce indulgere & ipse patiatur. Cùm omnes omnia nequeant, æquum est unumquemque id quod sibi maximè adridet eligere, & Reipublicæ Litterariæ ea in re strenuam ac utilem operam, quà potest, navare.

II. Sæpe quærentes audivi cur à Latinis hæ Litteræ sint *Humaniores* dictæ; quòd multos ex iis, qui eas excoluerant, ceteris *humaniores* esse non animadvertebant; imò contrà singulari quadam inhumanitate & qualis in illitteratis vix cernitur, laborare interdum deprehendebant. Attamen antiqui Romani, apud quos ea nata est adpellatio, videntur statuisse, lectione Poëtarum & Historicorum, quos adolescentibus potissimùm Litterarum professores, quos *Grammaticos* vocabant, interpretabantur, mores humaniores fieri; quòd in iis Scriptoribus passim egregia occurrant monita, quibus ruditatis filiæ barbaries & inhumanitas damnantur, animique ad æquitatem & comitatem excitantur. Ita, nimirum, illi sentiebant, Græcam Linguam non discendam dumtaxat ut Græcè scirent, aut loquerentur adolescentes; sed ut rectè à Græcis dicta intelligere & in animum demittere possent, útque ad ea mores suos componerent. Idem dixeris de ipsis Latinis Litteris, quæ, ubi egregiis Scriptoribus abundarunt, non minùs, quàm Græcæ à Romanis & quidem meritò cultæ sunt. Non dabant utrisque operam adolescentes, præsertim nobiles, ut Grammaticam postea profiterentur; paucissimorum, & tenuioris quidem sortis, is fuit finis; sed ut mores suos, quotidiano sapientium Scriptorum veluti commercio, expolirent. Re verâ ejusmodi homines,

nes, quò doctiores erant, eò mitiores & commodioribus moribus fiebant, aut certè videri tunc temporis volebant. Quod post tempora præsertim Catonis Censorii, à quibus maximè Græcis Litteris operam dedere Romani, factum constat. Qui Grammaticam laudabant, aiebant eam reddere homines ὁμιλητικοὺς, ut docet *Sextus* Empiricus Lib. I. contra Mathematicos, c. 13. hoc est, in congressionibus, sermonibusque, faciles & humanos.

Hinc, ut videtur, Litteræ *Humaniores* dictæ sunt, imò & *Humanitas*, ut docet *A. Gellius* Noct. Attic. Lib. XIII. c. 16 cujus verba hîc adscribam, ne sint quærenda; hæc enim scribimus, non Grammaticis, quibus nota sunt, sed elegantioris indolis hominibus, qui fortè obliti erunt; nec legent hæc in Bibliotheca, ex qua librum depromere queant. *Qui verba Latina fecerunt*, inquit, *quique his probè usi sunt*, humanitatem *non id esse voluerunt, quod vulgus existimat, quódque à Græcis* φιλανθρωπία *dicitur & significat dexteritatem quamdam, benevolentiámque erga omnes homines promiscam, sed* humanitatem *adpellaverunt id propemodum quod Græci* παιδείαν *vocant, nos eruditionem, institutionémque in bonas artes dicimus; quas qui sinceriter cupiunt, adpetúntque, hi sunt vel maximè humanissimi; hujus enim scientiæ cura & disciplina ex universis animantibus uni homini data est, idcircóque* humanitas *adpellata est.* Tum *M. Varronem*, *Marcúmque Tullium*, eo verbo sic esse usos addit, exemplúmque ex *Varrone* profert. *Josephus Scaliger* alterum adjicit ex *Cicerone*, in *Varronem* de R. R. ut adnotavit *J. Fr. Gronovius*; sed & ante *Scaligerum* plura collegerat *P. Manutius*, ad Ep. XIV. Lib. XVI. ad familiares.

Verba autem *Gellii* non ita sunt capienda, quasi negaret *humanitatem* propriè à Romanis dictam, quæ Græcis φιλανθρωπία est; vult tantùm interdum

Veteres *humanitatem* cum eruditione miscuisse. Quod autem addit *humanitatem* dictam, quòd ad solos homines pertineat ; id verò minùs verum esse intelliget, qui reputabit multas alias esse Disciplinas , quæ solius hominis sunt, nec tamen id nominis tulerent, ut Jurisprudentiam, Medicinam & alias. Itaque multò præstat in priore Etymologia adquiescere; quin & ipse postea innuit ita dictam eruditionem, quòd *qui eam sinceriter cupiunt, adpetúntque, hi sunt vel maximè humanissimi.*

Possit & hîc addi παιδείαν, de qua hîc *Gellius*, liberaliora omnia studia , adeóque ipsius Philosophiæ complexam ; quæ tamen ab hodiernis Humanitatis Professoribus nequaquam coli solent. Ideóque minorem nos quoque Humaniorum Litterarum ambitum antea constituimus.

III. HUMANIORUM Litterarum duplex est finis; quorum alter altero multò præstantior est, quippe cujus causâ ad alterum pervenire conamur. Primùm eò spectant, ut nobis aperiant viam antiquos quosvis Scriptores , & præsertim quidem Historicos & Poëtas, Philosophósque etiam, si eorum tantùm sermonem adtendamus, intelligendi. Latinè & Græcè discimus, ea de causâ ; eóque pertinet eorum, qui Humanitatem docent , omnis industria. Quatenus hisce finibus se se continent , *Grammatici* & *Critici* vocantur, verbáque potiùs quàm res aucupantur.

Sed est alter, isque multò sublimior finis earum Litterarum , in eo situs, ut postquàm Linguarum necessariam notitiam adepti sumus, ad res ipsas nos conferamus, quibus verba serviunt, non ipsæ verbis, eásque probè intelligere conemur ; tum de iis judicemus, veræne an falsæ sint, & eruditione illa utamur , ut prudentiores ac meliores fiamus , muneribúsque nobis impositis , quodcumque vitæ iter ingressi simus, meliùs defungamur. Sive quis sit Medi-

dicus, five Jurifconfultus, five Theologus, five Reipublicæ adminiftrationi adhibeatur, five Legatum agat, five etiam exercitus ducat; ingens fine dubio utilitas, ex Veterum Scriptorum lectione, ad eum redundat. Quod exemplo fuo oftenderunt non tantùm Græci & Romani veteres, qui omnes, ne exceptis quidem Imperatoribus ac Regibus, ejufmodi ftudiis addictiffimi fuere; fed & proximè præteritarum & noftræ ætatis maximi & doctiffimi viri, qui non exiguum ornamentum ex Litterarum ftudiis confequi poffe fe putarunt. Hic eft verus ufus & nobiliffimus finis ejufmodi ftudiorum; quæ alioqui fcholarum fubfelliis & parietibus claufa dum funt, exigui funt per fe momenti, & pertenuis ad vitam ufûs.

Norit aliquis adcuratiffimè Linguas Latinam & Græcam; ad unguem teneat confuetudines, opiniones, ritus, hiftoriáfque omnes, quà fabulares, quà veras; poffitque ex tempore Poëtas quofvis ac Hiftoricos interpretari, & Philofophos etiam, ubi vulgaria tradunt, atque commiffa librariorum in eorum Scriptis, ftans pede in uno, permulta animadvertere & emendare; nihilo melior erit pater, maritus, amicus, civis, vir denique, nec meliùs munere fibi demandato fungetur; donec in illo rerum cortice hærebit. Ad res ipfas eft deveniendum, & earum cognitio ita comparanda eft, ut ea utamur ad vitam meliorem, beatiorémque, quoad ejus fieri poteft, reddendam; ita ut propterea convenientiùs humanæ naturæ nos geramus, *humanitaf*que, hoc eft, φιλανθρωπία in omnibus factis & dictis noftris emineat. Tum demum Humanioribus Litteris nos fruftra operam non dediffe meritò gloriari poterimus; quod jam obiter indicavimus, ubi de hoc earum nomine egimus.

IV. QUI ergo, inquies, factum eft ut tam multi

ti Litteras hasce coluerint, in quibus contraria omnia animadvertere licuit? Quot fuerunt, súntque etiamnum, qui ne elementis quidem humanitatis imbuti esse videntur? Insulsi, stolidi, morosi, rerum, quarum nomina sciunt, prorsus imperiti, inverecundi, mendaces, iracundi, superbi, invidi, immites, maledici, pertinaces, implacabiles, ingeniosis omnibus & probis invisi, infestique vixerunt, vivúntque ad hodiernum usque diem, humaniorúmne dicam, an immaniorum? Litterarum cultores.

Nec ita se gerunt erga eos dumtaxat, qui aliud Litterarum genus potissimùm colunt, sed & erga eorumdem studiorum participes, veterésque interdum amicos, quos quàm maximè possunt quasi imperitos infamant. Nemo est propemodùm, qui ex aliorum judicio non sit indignus fama, quam nactus est, si quam fortè sit consequutus. Itaque instar Cadmeorum fratrum mutuis telis se se impetunt, cadúntque; quod exemplis viventium, aut non ita pridem fato functorum, illustrare facilè possemus; nisi hominibus parcere constituissemus, dum bellum cum vitiis gerimus.

Nec internecinæ hæ rixæ intra verba consistunt, quæ evanida & irrita oblivioni tandem mandari possent. Exstant libri, in quibus omni genere conviciorum certant, quique per orbem litteratum sparsi & in Bibliothecis adservati, æterna sunt irarum & rixarum monumenta, quibus infamia eruditorum illorum, scilicet, virorum ad ultimam posteritatem propagetur.

Quibus verò de causis tanta odia inter cives, amicos, earumdémque Litterarum cultores sint, concertationésque ἄσπονδοι alantur, si quæras; frivolas nescio quas criminationes de titivilitiis tantis iris, & tam inveteratis simultatibus initium fecisse intelliges. Vel minimus dissensus, aut error etiam levissimus, & cujus

jus nemo expers eſt, ſat gravis eſt cauſa, cur arma adripiant, inimicitiáſque ſuſcipiant, quas numquam ſunt depoſituri. Hæc quàm vera ſint norunt, qui Satiricos libellos ab aliquot annis editos legerunt.

Si hæc narrarentur de Ethnicis Grammaticis, apud Ethnicos judices paullò graviores, omnes illæ *Callimachi canes*, ut loquuntur antiqua Epigrammata, unâ ſententiâ quaſi probra Litterarum, Reique publicæ Litterariæ maculæ, damnarentur. Nunc verò ſiunt hæc, apud Chriſtianos, ex quorum ſanctiſſimis inſtitutis, prorſus illiciti ejuſmodi mores, omnibúſque bonis horrendi videantur neceſſe eſt. Fateor non eſſe hæc nova, ſed & olim ſimilia conſpecta eſſe, quod liquet vel ex *Auguſtini* Confeſſionum Lib. II. c. 18. *Si contra*, inquiebat, *diſciplinam grammaticam ſine aſpiratione primæ ſyllabæ* ominem *dixerit*, *diſpliceat magis hominibus*, *quàm ſi contra tua præcepta* (Deum adloquitur) *hominem oderit*, *cùm ſit homo*. —— *Cùm homo eloquentiæ famam quærit*, *adſtans ante hominem judicem*, *circumſtante hominum multitudine*, *inimicum ſuum odio immaniſſimo inſectans*, *vigilantiſſimè cavet ne*, *per linguæ errorem*, *dicat inter* omines, *& ne per mentis furorem hominem auferat ex hominibus non cavet*. Sed quò ſunt hæc antiquiora, eò diutiùs & ſæpiùs ab omnibus bonis damnata iterari hodie non deberent.

Gaudebat *M. Antoninus* ſe didiciſſe παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ Γραμματικοῦ τὸ ἀνεπίπληκτον, ſeu increpatione abſtinere, quod pauci Grammatici docent; qui nullâ re magis gaudent, quàm ſi deprehenſum errorem, aut lapſum acerbè caſtigent. Atqui eos decebat μὴ ὀνειδιστικῶς ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν βάρβαρον, ἢ σόλοικόν τι, ἢ ἀπηχὲς προσενεγκαμένων, ἀλλ' ἐπιδεξίως αὐτὸ μόνον ἐκεῖνο, ὃ ἔδει εἰρῆσθαι, προσφέρεσθαι ἐν τρόπῳ ἀποκρίσεως, ἢ συνεπιμαρτυρήσεως, ἢ συνδιαλήψεως περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, οὐχὶ περὶ τοῦ ῥήματος, ἢ δι' ἑτέρας τινὸς τοιαύτης ἐμμελοῦς παρυπομνήσεως: *non pro-*

brosè excipere, si quis barbarum quid, vel solœcum, vel absonum protulerit, sed illud tantùm quod dici debuerat dextrè proponere; idque sub specie vel respondendi, vel calculum dictis adjiciendi, vel de re ipsa, non de dictione, unà dispiciendi, vel aliâ quapiam istiusmodi scitâ & obliquâ admonitione. *Alexander*, qui hæc docuit *M. Antoninum*, si fuit idem, quem *Aristides* oratione Tomi I. duodecimâ laudat, profectò dignus fuit laudibus, quas in eum contulit disertissimus Orator. Digni contra sunt, qui aliter se gerunt, contemtu & ludibrio omnium, quod re verâ sibi contrahunt.

Addam hîc duo Epigrammatia à nonnemine effusa in Grammaticum iracundum, qui se Veterum Poëtarum versus ad suos modos revocasse, corruptósque emendasse insolenter gloriabatur, & meliores se spernebat, quòd in iis errasse eos putaret. Sic habet unum:

Restituisse modos te jactas, Aule, Poëtis,
Iræ plus multò est imposuisse modum

En verò etiam alterum:

E Veterum scriptis suesti qui tollere mendas,
Mendas in vita negligis ipse tua?

Sed illi quidem multò malunt boni Grammatici, quàm boni viri haberi; ego verò aliter censeo, & mecum omnes, certò scio, qui pudore aliquo ducuntur.

V. Dixerit fortè quispiam, cui boni mores non ita cordi fuerint, rem semper sic habuisse, & porrò habituram, nec esse propterea tragicos clamores tollendos. At si peccare impunè licet, certè vitia etiam impunè licebit, ut opinor, mihi damnare, & quàm tetra sint ostendere; ut nonnullos saltem, in quibus nondum inoleverunt, absterream, impediámque etiam ne alii eos posthac imitentur, néve

ve Litteris noceant; quarum causam, ab illis, qui se falsò eruditos vocant, sejunctam esse cupio.

Si fuerunt viri litterati acerbiores æquo & superbi, mitiores alii & modesti fuerunt. *Dionysius Lambinus*, *Janus Gruterus*, *Caspar Scioppius*, & *Dionysius Petavius* insectati sunt, fateor, suâ ætate, *Gifanios*, *Pareos*, *Gothofredos*, *Scaligeros* & *Salmasios*, nec hi omnes adversariis semper pepercerunt. Sed non desunt mitiorum exempla, ut *Isaaci Casauboni*, *Gerardi Joannis Vossii*, qui, quod equidem sciam, neminem sunt insectati, & *Joan. Schefferi*, qui *Tan. Fabro*, à quo irrisus & malè habitus fuerat, modestissimè & optimè, in posterioribus notis ad *Phædrum*, respondit. *Jacobus* etiam *Sirmondus*, è Jesuitarum sodalitio, bonarum litterarum studia, sine cujusquam injuria, coluisse fertur. His subjungere possumus *Joan. Georgium Grævium*, ob incruentum calamum, nuper laudatum. Quin & exempla insignia ejus mansuetudinis viva nunc habemus duos illustres quidem illos, munerum amplitudine, sed ingenio & insigni Litterarum elegantiorum cognitione, cum summa humanitate conjuncta, clariores viros, *Ezech Spanhemium*, & *Gisbertum Cuperum*; quos meritò suspicit Europa, & quos suæ mansuetudinis, modestiæque, quamvis injuriis interdum provocatos, nondum pœnitere non temerè adfirmamus.

Ergo optimos quosque viros, & qui bonas artes, ut cum *Gellio* loquar, *sinceriter cupiunt*, *adpetúntque*, *hos quàm maximè humanissimos* esse oportet; operámque dare ne, vitiis suis, innoxiis Litteris contemtum apud imperitos creent.

VI. Possem hîc, more Socratico, ab iis, qui aliter se gerunt, quærere an putent res esse laude dignas & quibus fama, apud bonos, parari possit; superbè de se sentire & loqui; alios, propter leviora delicta, spernere; neminis propemodùm meminisse, nisi

nisi ut carpatur; propter falsò objecta aliis delicta, gloriari; imò & propter vera commissa, sed in rebus nullius momenti, indignari & conviciari; præcipiti judicio aliena probare aut improbare; vivos, ideò tantùm quia vivunt & aliquam famam sibi pepererunt, fastidire, antiqua quævis extollere; verba, non res, adtendere; alias omnes graviores multò & præstantiores disciplinas aspernari; inanibus & inutilibus quæstionibus solvendis diu, multúmque insudare; dissentientes quosvis atrocibus verbis invadere; omnia denique, quæ invidia cæca & summa iniquitas suadent, facere? Nemo tam vecors est & impudens, ut hæc laude digna & famæ parandæ apta dicere ausit. Cur ergo faciunt? Cur non ab hisce malè factis non linguâ tantùm, sed etiam moribus abhorrent?

Erit fortè non nemo, præsertim inter eos qui quàm maximè sunt hisce vitiis inquinati, qui quærat annon ergo liceat Grammatico, aut Critico, dissensum suum ab aliis testari, errantésque confutare? Licet verò, sempérque licebit, si modò in reprehensione vivorum summa comitate & lenitate utamur, & sine conviciis & probris rationes dissentiendi proferamus; ita ut liqueat nos illæsam eorum existimationem velle, non ex eorum lapsibus, si qui sint, retectis, nobis famam parere, aut etiam eos imperitorum ludibrio exponere. Præstaret tamen ut plurimum suâ proponere, rationibúsque confirmare, omissis alienis erroribus, nominibúsque; ne vivos offendamus, atque ab iis similia ferre nequeamus. Stultum est enim tibi fingere nullos errores à te admissos, si præsertim paullò plura scripseris, déque rebus obscurioribus egeris. Multa elabuntur non satis adtendentibus, multa etiam sunt semper nobis ignota, erúntque; aut si nota fuerunt, effluxerunt è memoria, in quibus errare facilè omnes possumus. Recordari ergo humanæ imbecillitatis nos æquum est, & aliis ignoscere ut no-

nobis ab aliis ignoſci cupimus. Eſt ferox quidam idgenus Scriptor, cui exprobratum eſt & quidem meritò, eum ita ſcribere, quaſi ne minima quidem homini ineſſet ſuſpicio, quâ ſe errare poſſe intelligeret; & cujus tamen multi errores ſunt demonſtrati, & multò plures oſtendi poſſent.

Præterea ita reprehendendum, ut liqueat te propterea viros laude dignos minimè ſpernere, quia quapiam in re lapſi ſunt; atque ita temperandus ſtylus, ut omnes videant nonniſi ab invito eos erroris argui. Non ſunt *pueriles* errores *Scaligero*, exempli causâ, ſuperbè exprobrandi; ſed ſunt magna nomina in honore habenda. *Dionyſ. Petavius*, qui modum nullum ſervavit in exagitando *Scaligero*, apud ſuos dicere ſolebat, *eum etiam cùm errat docere;* quod nobis aperuit ſodalis ejus & amicus *Franciſc. Vavaſſor.*

Eſt quoque in reprehendendo ea adhibenda æquitas, ut propter pauca quædam errata, non ſpernatur integrum opus, in quo ſint multò plura verè obſervata, acutè animadverſa, aut diligenter collecta. *Eſt iniqua*, ut optimè docet *Cicero* Lib. III. de Legibus, Cap. 10. *in omni re accuſanda, prætermiſſis bonis, malorum enumeratio, vitiorúmque ſelectio.* Satis eſſe debet, in humanis rebus, ſi bonis penſentur ac ſuperentur mala. Qua in re, in rationem veniant oportet quæcumque ſunt, etiam in aliis operibus, à viris laude dignis præſtita; quæ ſi multò plura plauſu digna, etiam aliis alibi ſcriptis, ſi quæ minùs accurata ſunt, facilè veniam ab æquis lectoribus impetrant.

VII. Ut Litteris Humanioribus ſua dignitas conſtet, ſuúſque illibatus ſervetur honor, cavendum eſt, ne in frigidis animadverſionibus, frivoliſque quæſtionibus elucidandis, opera noſtra abutamur; quod faciunt ii qui totam Criticam in emendandis, illuſtrandiſque nullius fermè pretii Scriptoribus, aut locis, in quibus de rebus nullius momenti ſermo eſt, coërcent, mul-

multúmque tempus in iis collocant, & quasi insigne quiddam à se præstitum esse gloriantur.

Irridendos se jam olim altioris indolis hominibus præbuerunt Grammatici, ut docet, auctoritatibúsque multis demonstrat *Joan. Wowerius*, Polymathiæ Cap. X. Nec desunt nostro ævo, qui impuro Scriptori, aut Poëtæ non multò castiori nonnihil illustrando, quamvis alii non pauci in eo jam insudassent, & quidem in rebus nihili, multos annos sibi insumtos jactent. Atqui multò præstaret talia non intelligi, aut nesciri, quàm vitæ partem non exiguam propterea perdere, quæ poterat in rebus utilibus impendi. Gratias haberent & agerent omnes boni iis, qui cognitione Litterarum, ad meliora, quæ inculta jacent, eáque non exiguo numero, illustranda atque in lucem denuo protrahenda, uterentur. Pauci sine fastidio vident sibi repetitam cramben, cum nescio quibus condimentis insulsis, reponi. Multò malim in ejusmodi quisquiliis errare & labi, quàm tempore meo sic abuti. Quod deterius etiam facit hominum superbia, qui meliorum talia meritò spernentium, aut levi brachio tractantium, famæ detrahunt. Iram jam olim hoc movit *Philippo* Epigrammatographo, quam sic lepidè expressit:

Γραμματικοὶ Μώμου στυγίου τέκνα, σῆτες ἀπάντων,
  Τελχῖνες βίβλων, Ζηνοδότου σκύλακες,
Καλλιμάχου στρατιῶται, ὃν ὡς ὅπλον ἐκτανύσαντες
  Οὐδ᾽ αὐτοῦ κείνου γλῶσσαν ἀποστρέφετε.
Συνδέσμων λυγρῶν θηρήτορες, οἷς τὸ μὶν, ἢ σφὶν
  Εὔαδε, καὶ ζητεῖν εἰ κύνας εἶχε Κύκλωψ.
Τρίβοισθ᾽ ἐς αἰῶνα, κατατρίζοντες ἀλιτροὶ
  Ἄλλων· ἐς δ᾽ ἡμᾶς ἰὸν ἀποσβέσατε.

Hoc est: *Grotio* interprete:

Grammatici Stygia Momi de gente, librorum

Tel-

Telchines, vermes, Zenodotique pecus;
Callimachi legio, qui vobis arma ministrat,
Quæ sed in hunc ipsum vertitis arma ducem.
Copula quos vexat tenuis, queis res gravis hir, frit,
Dignaque cura canes nutrieritne Cyclops.
Este diu miseri, tum quos sit rodere tutum
Quærite; nil in nos vestra venena valent.

Addam & *Antiphanis* in eosdem.

Γραμματικῶν περίεργα γένη, ῥιζώρυχα μούσης
Ἀλλοτρίης, ἀτυχεῖς σῆτες ἀκανθοβάται,
Τῶν μεγάλων κηλῖδες, ἐπ' Ἠρίννῃ δὲ κομῶντες,
Πικροὶ καὶ ξηροὶ Καλλιμάχου πρόκυνες,
Ποιητῶν λῶβαι, παισὶ σκότος ἀρχομένοισι,
Ἔρροιτ' εὐφώνων λαθροδάκναι κόρεες.

Eodem interprete:

Qui sentes teritis vermes, qui scripta vetusta
Suffoditis, plebes anxia Grammatici;
Vatum probra, facit dum vos Erinna superbos,
Callimachi dociles semper hiare canes;
Musarum scabies, pueris chaos atque tenebræ;
O Culices, qui clam roditis, ite procul.

Hæc omnia in eos tantùm dicta volo, in quos quadrant; hoc est, qui vitiis antea memoratis laborant, nec curari tamen volunt. Sunt alioquin hodie viri in hisce litteris versati, ut olim fuerunt, de quibus contraria omnia sunt dicenda, quibúsque honori sunt Litteræ, ut ipsi Litteris sunt honori. Hos pro meritis magni facio & ab omnibus faciendos censeo, nec, datâ occasione, debitis laudibus extollere prætermisi.

VIII. Duo sunt hominum genera, à quibus Humaniores Litteras excoli oportet. Alterum est eorum, qui eas docere adgrediuntur, eúmque sibi studio-

diorum unicum fermè finem proponunt. Alterum est eorum, qui ad alias sublimiores Disciplinas contendunt; quales sunt Philosophia, Jurisprudentia & Theologia; quæ non exigua subsidia & ornamenta ex cognitione Litterarum Humaniorum trahunt, ut ex doctissimorum virorum Scriptis satis constat.

Utile est Reipublicæ, imò & necessarium, esse qui eas Litteras doceant, eósque lautis honorariis excitari, ut alacriùs juventutem instituant, viámque ad intelligendam Antiquitatem Græcam ac Romanam ostendant, & Scripta Veterum illustrent, recudántque, prout fert animus, aut prout utilitas Studiosorum postulat. Æquum etiam laudem meritam propterea eos consequi, & pro laboribus famam & existimationem sibi comparare.

Verùm propterea non ita homines insanire par est, ut alia omnia, præ Litteris Humanioribus, contemnant, Jurisconsultósque, Philosophos & Theologos; qui scientias, quas profitentur, diligentiùs excolunt, quàm alias; quasi viliora ingenia habeant. Tum verò alios omnes in se insurgere cogunt, & pædagogicum supercilium exprobrare; ac sanè pædagogi est res spernere, dum verba coluntur; curare ut teneantur Linguæ mortuæ, ritus & mores obsoleti, opiniones dudum explosæ, historiæ quæ ad nos nihil pertinent; dum de rebus ipsis, etiam maximi momenti, ratiocinari nequit, dum peritè Lingua sua uti nescit, dum consuetudines, moresque civitatis suæ, populorúmque vicinorum ignorat, dum opinionum, quæ nunc vigent, est imperitus, nec recentiores Historias meliùs novit. Nemo enim quin hæc longè majoris sint momenti, & quibus cetera omnia subserviant oportet, dubitabit. Stultum est veluti peregrinum esse in patria, rebúsque usûs quotidiani, dum temporibus & locis remota, eáque prorsus inusitata sectaris. Sed insanum nescire ratiocinari, aut mores ad Virtu-

tutis & Comitatis normam componere, dum desita usurpari & per se inutilia investigas. Desipit profectò quisquis quærit quibus verbis Græci aut Romani olim se invicem compellare, humanitatis causâ, solerent; dum humanioris, apud suos vicinósque, vitæ prorsus est imperitus, aut etiam ab ea planè alienus.

Verùm cùm oporteat esse, qui Veterum thesauros, alioquin occultos, nobis aperiant; multò magis necessarium, reperiri, qui iis uti norint; hoc est, Disciplinas ipsas capessant, earum arcana rimentur, quæ postea aliis pandant, & Veterum eruditione, quanta quanta est, ad eruendas, tradendas, illustrandas ac confirmandas graviores scientias, Philosophiam, Mathesin, Jurisprudentiam, Theologiam, Politicen, aliásque utantur. Hic demum est maximus Humaniorum Litterarum usus, in quo solo præstantiora ingenia adquiescere possunt; & sine quo jejunum tantùm Grammaticum vel maxima diligentia efficiat, eúmque prorsus Reipublicæ inutilem, si ulteriùs progredi nemo vellet.

Itaque præstantissimi quique viri & olim, & nostrâ, patrúmque nostrorum memoriâ, cùm non ignavam operam Humanioribus Litteris dedissent, iisque vehementer delectarentur, in grammatico earum usu hærendum sibi non judicarunt. Ut paucos, exempli causâ, memorem, olim *C. Julius Cæsar*, & *M. Tullius Cicero*, cùm apud Romanos earum peritissimi essent, non censuerunt veluti aperiendum sibi ludum grammaticum, inque eo consenescendum; sed peritissimè iis quæ legerant ac didicerant usi sunt, ad res magnas gerendas, administrandam prudenter Rempublicam, graviores causas dicendas, in Senatu & apud Populum de summa republica agendum, & elegantissimis juxta atque adcuratissimis orationibus omnium animos detinendos ac suspendendos.

K His

His instructi immortalia illa monumenta, quæ ad Historiam, Rhetoricam, Philosophiam & Politicen pertinent, quæque manibus nostris teruntur, elaborarunt. Sed quia antiquis exemplis minùs adficimur, nova aliquot subjiciam. *Desiderius Erasmus*, *Gulielmus Budæus*, *Josephus Scaliger*, *Isaacus Casaubonus*, *Hugo Grotius*, *Jac. Augustus Thuanus*, *Hieronymus Bignonius*, *Ger. Joannes Vossius*, *Petrus Cunæus*, *Petrus Gassendus*, *Joannes Seldenus*, *Samuel Petitus*, *Dionysius Petavius*, *Jacobus Sirmondus*, *Henricus* & *Hadrianus Valesii*, *Henricus Norisius*, *Samuel Bochartus* & alii multi, quos constat Humaniorum Litterarum peritissimos & amantissimos fuisse, non satis tamen esse putarunt, si Veteres intelligere & interpretari possent; sed eam suam peritiam ad Historiam exoticam & sacram, veterem & novam, Chronologiam, Jurisprudentiam, Theologiam, aliásque nobiliores Disciplinas excolendas, & exornandas, explicandásque etiam Veteris & Novi Testamenti sacras tabulas, contulerunt. His adjungere possim cohortem integram eruditissimorum Jurisconsultorum, qui *Andreæ* præsertim *Alciati* & *Jacobi Cujacii*, summorum virorum, exemplo Litterarum illarum, in interpretando, emendandóque Jure Romano, insignem usum ostenderunt; quem rerum ipsarum imperitus Grammaticus numquam invenire potuisset. Vivunt, vivántque diu precor, in hac ipsa Batavia, Vir Amplissimus *Cornelius Binkershoekius*, Clarissimique Juris Antistites *Gerardus Noodtius* & *Antonius Schultingius*, ne alios memorem; qui in eruditissimis libris, summáque curâ conscriptis, eamdem illam eximiam elegantiorum Litterarum utilitatem demonstrarunt.

IX. Sed præter hunc Litterarum usum, qui eis peculiaris est, oportet homines litteratos lectione Veterum meliores, ac præsertim quidem modestiores, & æquiores fieri; atque illinc discere dissensum fer-

ferre, aliis ignoſcere, nemini invidere, aut detrahere, ſuum cuique rei pretium tribuere, rectè monentibus ſine pertinacia cedere & adſentiri, famam, non ex aliena ignominia, ſed ex comitate & meritis laudibus in alios collatis, imò & venia errantibus conceſſa, quærere. In contraria hiſce virtutibus vitia invecti ſunt, non Philoſophi modò, quos fortè Grammatici non uſque adeò curant, ſed & Hiſtorici, Oratores, Poëtæ; qui eſſent potiùs audiendi, quàm pravi adfectus. Sed horum Scripta legunt homines exigui judicii, non ut meliores fiant, ſed ut vocabula, ritus, opiniones, conſuetudines, fabulas & hiſtorias venentur, locáque, ſi fortè occurrant, corrupta emendent, emendationéſque ſuperbè venditent, quod nec ſemper iis bene cedit; doctrinam verò morum, quaſi inutilem, planè negligunt.

Si alio animo antiqua monumenta verſarent, laudatos etiam Grammaticos, ob virtutes contrarias, ſæpè invenirent, & ſimiliter fortè ſe gererent. Laudatur, exempli causâ, *Alexander* Cotyæus ab *Ariſtide*, in Oratione, vel Epiſtola antea memorata, quòd ab invidia alieniſſimus eſſet, quæ laus quaſi ſingularis ei tribuitur. Solus Heſiodum *mendacii convicit*, inquit Ariſtides, *qui Poëtam Poëtæ invidere dixerat. Erat enim eorum, qui eamdem colebant artem, tamquam pater communis; nec minorem in eo omnes, quàm in ſe, ſpem poſitam habebant. Solus etiam nec rudiores contemnebat, & apud elegantiores homines ſummo erat loco.* ΜΟΝΟΣ τὸν Ἡσίοδον ἤλεγξεν ἔργῳ ψευδόμενον, ποιήσαντα ὅτι καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ φθονέει· ἦν γὰρ τῶν ὁμοτέχνων οἷον πατὴρ κοινός· καὶ πάντες ἐπ' ἐκείνῳ πλείους ἐλπίδας εἶχον, ἢ ἕκαστος ἐφ' ἑαυτῷ· μόνος δ' ἰδιώτας τε οὐκ ἤλεγχε, καὶ παρὰ τοῖς δεξιοῖς εἰς τὰ πρῶτα ἐθαυμάζετο. De eodem etiam idem orator paullò antea dixit, quæ huc maximè faciunt. *Alii*, inquit, *veſtigia & principia ſunt adcuratè perſcrutati*,

aut in iis potiùs ætatem totam contriverunt; quò autem illa pertinebant vel non cognoverunt, vel, ut videtur, non sunt adsequuti; hic verò tanquam iter quoddam, ab initio ad finem, institit, nihil quod ullius esset pretii omittens. Ἕτεροι τὰ μὲν ἴχνη καὶ τὰς ἀρχὰς μέχρι πολλοῦ διηρευνήσαντο, μᾶλλον δὲ καὶ κατέτριψαν ἐν τούτοις τὸν ἑαυτῶν βίον· ὧν δὲ ἕνεκα ταῦτα ἐξευρεῖν ἄξιον οἱ μὲν ὅλως οὐκ εἶδον, οἱ δ᾽ οὐκ ἐφίκοντο, ὡς ἔοικεν. ὁ δὲ ὥσπερ ὁδόν τινα ἐξ ἀρχῆς διηρευνήσατο, οὐδὲν παρεὶς τῆς σχολῆς καὶ ὁπόσης τινοσοῦν ἀξίων. Sic quoque facere omnes decet, ut ea, quorum causâ, cetera inventa fuerunt, maximè omnium colantur; quæ sunt, ut antea diximus, rerum cognitio, ad quam accedat oportet morum humanitas, sine qua reliqua omnia prorsus inutilia sunt.

Sed malunt imitari *Didymum* illum Alexandrinum, *multiplicis*, ut verba *Ammiani* usurpem è Lib. XXII. c. 16. *scientiæ Scriptis memorabilem, qui in illis sex libris, ubi nonnumquam imperfectè Tullium reprehendit, sillographos imitatus Scriptores maledicos, judicio doctarum aurium incusatur, ut immania frementem leonem putridulis vocibus canis catulus circumlatrans.* Dum meliores & ipsi adlatrant ac mordent, sapientioribus hominibus derdiculo sunt.

Verùm, quod deterius est, eâ ratione efficiunt ut homines ab his studiis alieni, qui non sunt exiguo numero, & interdum ad amplissimas dignitates evecti, nec otio abundant, aut cognitione necessaria Linguarum sunt instructi, existiment pædagogicis ætatis nostræ ingeniis similes fuisse eos, quos ab hodiernis Ludimagistris laudari vident, maximósque viros & omnia studia in dies magis spernant. Nisi enim Græci & Romani Scriptores hodiernis Grammatistis similes fuissent, eos usque adeò ab hisce laudatum iri non putant; aut si egregii viri hisce placerent, planè alios fore eorum laudatores existimant.

Cùm

Cùm enim laudantur homines sapientes & eruditi, eorúmque Scripta noctu & interdiu evolvuntur; videtur nescio quid eorum sapientiæ & eruditionis lectoribus assiduis & admiratoribus summis adhærere oportere. Monstro simile est laudare te eos, & perpetuò, quatenus licet, cum iis versari, quibus interea & ingenio & moribus dissimillimus sis. Cura ergo, improbe Grammatista, ut humanitatem & comitatem Veterum moribus tuis exprimas; aut desine laudare, *quos nefas est à malis laudari*, οὓς οὔτ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις, ut de *Platone* scripsit *Aristoteles*; vel patere eos, ab humanioribus omnibus, tecum sperni. Vis eos magni fieri? Moribus tuis & sermonibus humanitate & judicio, ad eorum exemplar, conditis, ut sic dicam, lauda; non verbis, quæ factis arguuntur. Tum demum versari cum sapientibus videberis, cùm & ipse sapies; nec, ut Grammatistæ solent, sed, ut decet hominem, loqueris & vives.

X. Non parum ad hanc rem conferre posse videtur, si iis, quæ ad Grammaticam spectant, addatur non levis cognitio earum Philosophiæ partium, quarum peritiâ acuitur judicium & mores ad societatem civilem componuntur; Logicam, nimirum, & Ethicam. Constat enim multis, egregiis alioqui Grammaticis, defuisse olim, deesséque etiamnum hodie utriusque cognitionem; cujus penuriâ, neque satis rectè ratiocinati sunt, neque aliorum ratiocinationes adsequuti, neque morum probitatis rationem fermè ullam habuerunt. In eorum ratiocinationibus nulla perspicuitas, nulla rerum connexio, nullus ordo, nulla consequentiarum necessitas reperiri possunt; quo fit ut ægrè intelligantur quæ scribunt, neque alios ipsi satis intelligant, cum molestia ab ingeniosis hominibus legantur, intellectáque spernantur ac rejiciantur. Offenduntur etiam, & quidem vehementer, liberaliora ingenia, & quibus educatio melior obti-

tigit, quæ vitæ ipso usu quotidie confirmatur; cùm vident nullum, apud quosdam Grammaticos, honesti & inhonesti discrimen inveniri; quod satis constat ex vitiis, quæ non immeritò iis exprobrantur, atque infrunitis eorum Scriptis.

Deberent tamen exemplo præstantissimorum omnis ævi virorum permoveri; neque enim ignorant eximios Scriptores, quos manibus quotidie versant, non Christianos, sed Ethnicos, iis Disciplinis non perfunctoriam operam dedisse; nec se umquam doctos existimaturos fuisse, nisi & artem rectè ratiocinandi & eam, quæ virtutum & vitiorum discrimen tradit, adcuratè didicissent. Hinc etiam egregia ornamenta immortalibus Scriptis suis addiderunt, addúntque quicumque, eadem viâ, ad eruditionem & famam contendunt. Quanti Philosophiam fecerit *Cicero*, ex omnibus ejus Scriptis liquet, nec opus est ut iis, qui ea lectitant, loca in quibus de ea agit indicentur. Quanti etiam eam fecerint ipsi Poëtæ, ut *Virgilius* & *Horatius*, nemo nescit; cùm ex eorum Scriptis passim liqueat ex Philosophiæ fontibus pulcherrima quæque, quæ apud eos leguntur, hausta fuisse. Laudare eos Scriptores, nec tamen ullo modo imitari, in rebus quæ eximiæ in iis sunt & quas ipsi maximi fecerunt, perinde est propemodùm ac eos vituperare.

Juventus etiam, quæ audit prælectiones, in quibus nullum est judicium, nulla humanitas; sed omnia sine ordine coacervata, condîtáque acerbitate & conviciis cùm in Collegas, tum in alios, propter dissensum in rebus grammaticis; quomodo potest sapere, & Veterum lectionem in suam utilitatem convertere? Quî potest res meliores magni facere, quas videt à Magistris sperni; aut comitatem atque æquitatem pro virtutibus habere, quarum ne umbram quidem ullam in docentibus videt? *Philosophiam* spernunt

nunt & doctores & qui discunt, cui tamen contrarium nihil est, præter φιλομωρίαν.

Dum hæc fient, melioris indolis homines ab illis studiis planè alienabuntur, subscribéntque omnes *Apollonii* indignationi, in I. Epistola ad Euphratam, ubi profitetur quidem *sibi amicitiam esse cum Philosophis; sed cum Sophistis & Grammatistis, aut si quod aliud genus est hominum miserorum, neque tunc fuisse amicitiam, neque postea futuram.* Ἐμοὶ πρὸς Φιλοσόφους ἐςὶ φιλία, πρὸς μέντοι Σοφιςὰς, ἢ Γραμματιςὰς, ἤ τι τοιοῦτο γένος ἕτερον ἀνθρώπων κακοδαιμόνων, οὔτε νῦν ἐςὶ φιλία, μήτε ὕςερόν ποτε γένοιτο. Quæ in se dici intelligant, qui sunt descriptis à me vitiis adfines; non meliores, qui & judicium excolunt & humanitatem morum ex animo amant ac sectantur.

XI. Possim hîc addere cum Linguarum studiis, rerum, ex gravioribus Disciplinis, nonnullam conjungendam esse peritiam; sine qua, ne optimi quidem, & qui frequentissimè leguntur, Scriptores intelligi possunt, cùm passim ad eas respiciant. Fateor equidem non licere omnibus πολυμάθειαν sibi comparare; sed potissimarum Disciplinarum elementa saltem adtingere licet, ut vitentur pueriles errores, in quos aloquin Interpretes delabuntur. Hinc *Crates* Grammaticus, apud *Sextum* Empiricum contra Mathematicos, Lib. I. c. 3. ait *Criticum oportere omnis rationalis scientiæ peritum esse*: τὸν μὲν Κριτικὸν πάσης, φησὶ, δεῖ λογικῆς ἐπιςήμης ἔμπειρον εἶναι. Qua in re, etiam eum differre ait à Grammatico, cujus erat *tantùm vocum obscurarum interpretem esse, prosodiæ doctorem, & ejusmodi rerum scientem*: τὸν δὲ Γραμματικὸν ἁπλῶς γλωσσῶν ἐξηγητικὸν καὶ προσῳδίας ἀποδοτικὸν, καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων εἰδήμονα. Quare *Criticum* confert *Architecto*, *Grammaticum verò ministro*: παρὸ καὶ ἐοικέναι ἐκεῖνον μὲν ἀρχιτέκτονι, τὸν δὲ Γραμματικὸν ὑπηρέτῃ. Quod si verum habeatur, quot sunt hodie ὑπη-

ρέται, qui ſe tamen ἀρχιτέκτονας putant? Demonſtrat verò *Sextus* multa occurrere, non apud Philoſophos modò, ſed & apud Poëtas; quæ à Grammaticis intelligi nequeunt, niſi alias diſciplinas delibarint. Eum adibunt, quibus otium erit.

Addam tantùm hîc unum atque alterum locum *Ciceronis*, qui mendosè editi ſunt, quòd Philoſophiæ ac Geometriæ nullam operam videantur dediſſe plerique, qui eum Scriptorem ediderunt. *Cicero* de Natura Deorum Lib. I. c. 1. ſic de ea loquitur: *De qua tam variæ ſunt doctorum hominum, támque diſcrepantes ſententiæ, ut magno argumento eſſe debeat cauſam, id eſt, principium Philoſophiæ eſſe ſcientiam; prudentérque Academicos à rebus incertis adſenſionem cohibuiſſe.* An ergo ſequitur ex diſſenſione Philoſophorum de Natura Deorum, *cauſam*, id eſt, *principium Philoſophiæ eſſe ſcientiam?* Imò contrà; nam ubi ſcientia eſt, ibi non eſt diſſenſio. Attamen *Dionyſ. Lambinus* contendit *Ciceronem* hoc velle, homines ſcientiæ causâ philoſophatos eſſe. Quod verum quidem eſt, ſed à *Cicerone* non dicitur, quia nihil hîc ad rem facit; quæ enim hæc eſt ratiocinatio : diſſentiunt Philoſophi; ergo, ſcientiæ quærendæ causâ, philoſophati ſunt; ergo rectè fecerunt Academici, qui adſenſum cohibuerunt? Inſerenda omnino hîc eſt negatio, legendúmque, *non eſſe ſcientiam*, hoc eſt, perſpicuam cognitionem Veritatis, ex qua omnia ſua conſectaria deducant; quod ſequitur ex varietate ſententiarum, &, quo poſito, prudenter omnino fecerunt Academici, qui à rebus incertis adſenſionem cohibuerunt. Vir doctiſſimus nec rem adſequutus eſt, nec verba *Ciceronis*. *Cauſa, id eſt, principium Philoſophiæ,* non id ſignificant hîc, quod in ſermone vulgari ſolent; hoc eſt, rationem cur quis philoſophetur, initiúmque ejus laboris. Græci Dialectici αἰτίας & ἀρχὰς, *cauſas* & *principia* vocabant; ubi ſermo erat de inquiſitione veri, déque

que demonstratione quâ probaretur; axiomata, aut effata, ex quibus consectaria deducebantur. Sic loquitur *Aristoteles* Analyticorum Posteriorum Lib. I. c. 2. ubi docet quid sit scire, quid demonstratio & ex quibus constet: Ἀνάγκη τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην ἐξ ἀληθῶν τ' εἶναι καὶ πρώτων, καὶ ἀμέσων, καὶ γνωριμωτέρων καὶ προτέρων, καὶ ΑΙΤΙΩΝ τοῦ συμπεράσματος· οὕτως γὰρ ἔσονται καὶ αἱ ΑΡΧΑΙ οἰκεῖαι τοῦ δεικνυμένου: *necesse est demonstrativam scientiam esse ex veris, primis, proximis, notioribus, antecedentibus & CAUSIS conclusionis; sic enim ɛrunt & PRINCIPIA propria ejus quod demonstratur.* Paullò pòst: ΑΙΤΙΑ τε καὶ γνωριμώτερα δεῖ εἶναι, καὶ πρότερα· ΑΙΤΙΑ μὲν ὅτι τότε ἐπιστάμεθα ὅταν τὴν αἰτίαν εἰδῶμεν· καὶ πρότερα, εἴπερ ΑΙΤΙΑ καὶ προγινωσκόμενα, οὐ μόνον τὸν ἕτερον τρόπον τῷ ξυνιέναι, ἀλλὰ καὶ τῷ εἰδέναι ὅτι ἐστί. *CAUSAS & notiores oportet esse & antecedentes; CAUSAS; quidem quia tum scimus, cùm causam novimus; & priores, si quidem sint CAUSÆ & præcognita, non tantùm cognitione alius modi, sed & cognitione quòd sit.* Iterum inferiùs: Ἐκ πρώτων δ' ἐστὶ τὸ ἐξ ΑΡΧΩΝ οἰκείων· ταὐτὸν γὰρ λέγω πρῶτον καὶ ΑΡΧΗΝ· ΑΡΧΗ δέ ἐστιν ἀποδείξεως πρότασις ἄμεσος: *E primis est quod deducitur è PRINCIPIIS propriis, idem enim voco primum & PRINCIPIUM. Est autem PRINCIPIUM demonstrationis proximè antecedens propositio.* Sæpiùs ita loquutus est *Aristoteles*, in hoc & sequente Libro; sæpiùs etiam *Sextus* Empiricus, & alii Philosophi; omnésque, qui elementa Philosophiæ adtigerunt, norunt quæ *principia* scientiarum dicantur. Sed superciliosi Grammatici, qui *Ciceronem* recuderunt, hæc animadvertere non potuerunt, quòd *principia* rectæ ratiocinationis æquè norint ac elementa ipsa humanitatis; quæ, ad eos quod adtinet, etiamnum in puteo Democriti latent.

Alter locus *Ciceronis* exstat Academicarum Quæst. Lib. IV. c. 36. ubi oppugnat Geometrarum defini-

tiones Puncti, Lineæ & Superficiei, quas sic exprimit: *Punctum esse, quod magnitudinem nullam habeat. Extremitatem & quasi libramentum, in quo nulla omnino crassitudo sit; lineamento sine ulla latitudine carentem.* Postrema hæc verba vitiosa esse nemo non videt, nec nisi vitiosæ lectiones à *Jano Grutero* hîc adferentur. *Aldus* quidem P. F. *Manutius*, legit: *sine ulla latitudine currentem*; at linea non *currit*, sed potiùs punctum, quod motu suo lineam creat; nec loquuntur ita Geometræ. *Dionysius* verò *Lambinus* conjiciebat: *lineam autem longitudinem latitudine* (vitio enim typographi legitur *longitudine latitudinem* in Editione Sanctandreana) *carentem.* Ac sanè, aut sic legendum est, aut resectâ ultimâ voce: *sine ulla latitudine.* Adscripserat quispiam oræ codicis definitionem, *sine ulla latitudine*, vel *latitudine carentem*, librariique imperiti utrumque conjunxerunt. Alterutrum autem abesse debet, nemo enim dubitare queat, quin *Cicero* voluerit lineam definire, quæ à Græcis Geometris dicitur μῆκος ἀπλατές, satisque est ut vertatur semel, *sine ulla latitudine*, aut *latitudine carens.* Alterutrum dixit *Cicero*, nec interest utrum eligas. Itaque putidum est sic edere textum *Ciceronis*, ut fecit *Gruterus* & qui eum sequuti sunt; quasi mendum quoddam occultum inesset huic loco, cùm de eo dubitare nemini liceat; nisi Grammatistis, elementorum ipsorum Geometriæ imperitis.

XII. PLURA ejusmodi possent adferri, sed satis ex dictis liquet, neminem Litteras Humaniores, cum laude sua, profiteri posse; nisi elementis liberalium plerarumque disciplinarum imbutus sit. Spero etiam me satis ostendisse nonnullam præsertim Philosophiæ cognitionem esse Critico necessariam, ut ratiocinari rectè possit, aliorum ratiocinationes intelligat, & norit quid morum humanitas à quovis postulet, meliórque ex Veterum lectione reverâ fiat.

Pro-

Probavi etiam altiora ingenia, quamvis Litterarum Humaniorum amantia, ulteriùs tamen esse progressa, & ad utiliores Disciplinas se se contulisse. Quod tamen non obstat, quominùs eorum institutum laudemus, qui se se ei studiorum generi totos consecrant, ut aliis facem præferant. Satis ostendimus nobis rem probari, & prout per graviora studia licuit, ejusmodi Litteras subinde illustravimus, quod & in hoc ipso opusculo facere conamur. Sed dum iis animum adjungunt eruditi , quæ vitia iis sint vitanda liberè ostendimus; ne propterea plus nocerent Litteræ, quàm prosunt, néve in contemtum venirent. Ut qui aliis studiis operam dant, eas aspernari & negligere non debent; sic & eos, qui eas tantùm profitentur, se aliis omnibus plus sapere, & plus videre existimare par non est. Satis est laudum, quæ ex omni studiorum genere nascuntur, ut suis unumquodque studiosorum genus contentum esse possit. Absurdum præsertim est , & indignum prorsus Litteris , aliis irasci, si quando ad hæc amœniora deflectunt; quasi non liceret ea adtingere, nisi iis qui ea sola colere adgressi sunt! Inhumanum etiam planè est, si quis alicubi in hisce levioribus fortè hallucinetur, continuò satiras in eum scribere, atque ita in Collegas, ut in quosvis alios, se se gerere. Quódque ampliùs mireris, iidem illi superciliosi Ludimagistri; qui tam facilè in alios invehuntur, & conviciis meliores, levissimis de causis, proscindunt ; ne minimam quidem à quoquam in se, aut in ejusdem factionis homines, reprehensionem pati possunt. Imò verò postquàm alienam famam invaserunt, ferocissimè iis minantur, quos læserunt, & in rabiem planè aguntur, cùm ipsorum delicta cùm in Artem Criticam, tum in ipsam humanitatem probitatémque morum, justis defensionibus eorum quos læserunt, reteguntur.

Abstineant verò quicumque boni videri volunt, non

non Grammatistæ, sed viri, ab ejusmodi vitiis; si velint & se & Litteras in aliquo pretio, apud hanc & posteras ætates, esse. Alioquin & ipsi & Litteræ illæ, quas tantopere jactant, ab omnibus ludibrio habebuntur; ipsi quidem meritò, sed præter jus & fas innocentes artes, quibus artificum vitia tribui non debent. Sic tamen (quod abominor!) fiet, nisi aliter se gerant, nec erit cur querantur, quando continget; cùm præsertim non defuerint eis fideles monitores. Ex amore in amœniores Litteras, imò & erga ipsos earum Professores, ita me loqui mihi credant velim. Nullius certè odii in homines, quos à vitiis semper sejunxi, mihi sum conscius. Non ulciscendi, sed emendandi studio ita me loqui is novit, qui omnia novit. Pro injuriis à nonnullis eorum acceptis, hoc unum iis imprecor, tam boni viri ut fiant, quàm boni volunt Grammatici haberi. Tum demum & ego conviciorum, in me turpiter jactorum, facillimè obliviscar, & illi mihi, pro infensis, nullo negotio fient amici.

CAPUT II.

An Virtus doceri possit?

I. *Ambiguitas verborum, in hac quæstione, discussa.* II. *Quid hac de re senserit Socrates.* III. *Sententiæ aliorum Philosophorum, quæ videntur primo intuitu Socraticis decretis contrariæ.* IV. *In concordiam rediguntur.* V. *Hominum ingenia naturâ paria non videri.* VI. *Eam varietatem Societati utilem esse.* VII. *Nec tantam esse, ut non omnes possint virtutes Societati necessarias colere, officiisque communibus fungi.* VIII. *Ad officia peculiaria quod adtinet, neminem oportere iis velle defungi, qui non sit iis aptus.*

CUM

CUM verterem, notisque illustrarum primum *Æschinis* Dialogum, περὶ Ἀρετῆς, εἰ διδακτόν; quæstionem hanc non posse, notularum angustiis, satis commodè coërceri facilè intellexi; ideóque seorsim de ea acturum me promisi, quod nunc præstare adgrediar. Quamvis, primâ fronte, non videatur fortè difficilis, aut digna, quæ pluribus agitetur; eos, tamen qui quæ dicturus sum adtentiùs legent, facilè mecum in contrariam sententiam transituros, & me aliquod operæ pretium præstitisse judicaturos confido.

I. ANTE omnia, videndum annon voces, quibus concepta est, sint ambiguæ, ut sunt re ipsâ, si propiùs eas consideremus. Vox Ἀρετὴ duo, hoc in negotio, significat; nam sumitur primùm pro quavis dote, quæ eum quem exornat rei cuipiam, ad quam refertur, idoneum reddit; quod ad initium Dialogi primi ostendimus, & ipsâ ejus lectione quivis facilè deprehendet. In eo significatu, duplex rursus potestas vocis latet; nam aliquando designat naturæ quamdam propensionem, quæ omnem institutionem antecedit, & quâ fit ut à pueris singulari cuipiam Arti aut vitæ rationi, quàm aliis, aptiores simus. Ea autem propensio se se prodit, quàm primùm ratione uti incipimus, præsertim si altioribus, ut sic dicam, radicibus nititur. Sic ferunt Achillem, cùm quasi puella, inter puellas, esset educatus, propositis armis, & puellaribus ornamentis, arma statim adripuisse. Sic & alios magnos viros, ab ipsa prima pueritia, igniculos sensisse & ostendisse etiam aliis earum Virtutum, quæ postea in iis emicuerunt; quod nihil adtinet exemplis confirmari, cùm passim occurrant. Si vera sunt, quæ scripsit *Xenophon* de Cyri Majoris pueritia, à teneris annis regiam indolem in eo animadversam constat. Præterea Ἀρετὴ significat ipsum habitum agendi convenienter ei naturæ propensioni, plu-

pluribus actibus confirmatum & auctum.

Secundo loco, Ἀρετὴ ea est quæ *Virtus Moralis* dici solet, quâ fiunt homines ad colendam cum aliis hominibus Societatem idonei; aut etiam *Militaris*, vel aliæ quæ Virtutes dicuntur, ut *OEconomica* & *Civilis*. Qui significatus, in omnium ore & libris, longè est frequentissimus.

Sequitur vox διδακτὸν, quâ significatur res quæ institutione accipitur; qua in re, duplex quoque notio animo nostro se se ingerit. *Docere* enim, aut διδάσκειν est præcepta de re quapiam tradere, ut intelligatur quid sit, útque possit in usum vitæ fieri; tum etiam illâ institutione efficere ut Discipulus re ipsâ præstet, quod ex ore Magistri accepit. *Docet Virtutem*, aut *Artem* Philosophus, vel Magister, licèt Discipulus eam minimè addiscat; *docet* item, cùm Discipulus sit re verâ, ex ejus institutione, *doctus*.

Jam, ut puto, liquet quæstioni propositæ non eodem modo responderi posse; nam si primo sensu sumatur Ἀρετὴ, pro naturæ propensione, satis constat eam institutione, cùm omnem institutionem antecedat, non comparari; si secundo, pro habitu ei propensioni consentaneo, sed pluribus actibus confirmato, ad eam confirmationem recta institutio multùm facere posse videbitur; si tertio, pro Virtute Morali, aliisque, posse eas doceri plerique existimabunt. Verùm tamen docilem animum Discipulus præbeat oportet, aut institutio irrita est, nec animo inserere Magister potest quod ore tradit, ac exemplo confirmat.

Attamen est quoque & in voce διδακτὸν alia ambiguitas. Nam aut doctrina ejusmodi intelligitur, quâ animus, non tantùm omnium rerum ignarus, sed æquè ad quodvis Vitium quàm ad Virtutem propensus, ad hanc colendam, ratiocinatione tantùm & exemplis, adducatur; sine ullo naturæ vel minimo adju-

jumento, quo ad eam feratur. Poteſt rurſus doctrina communi ſenſu intelligi, quâ ex naturæ facultatibus, quæ omnibus hominibus ſunt communes, quamvis non æquè excultæ, deducantur quarumvis Virtutum notiones ; quæ animo , Veritatis & Societatis naturâ cupido, non difficulter adprobantur. Priore ſenſu, Virtus non docetur, ſed Deus nobis Veritatis amorem indidit, quo fit ut agnitæ non poſſimus non adſentiri, útque eam errori longè præferamus; alioqui nemini quidquam poſſet perſuaderi. Nec etiam, ſine iis facultatibus, Virtutis notionem nobis formare, eámque Vitio præferre poſſemus. At poſteriore ſenſu, poſitis, nimirum, facultatibus, quas diximus, ratiocinatione Magiſter efficere poteſt ut diſcipulus Virtutem amet & Vitium odio habeat.

Sed præterea eſt hîc animadvertendum in hominibus eſſe neſcio quam naturalem adfectionem; ſeu ex animo ortum ducat, ſeu in corpore ſita ſit; quâ fit ut non omnes æquè facilè quamlibet Artem addiſcant, aut quamvis Virtutem promiſcuè colant. Naturâ quidam erga nonnullas Artes, quos Socratico more poſſumus ἀρετὰς vocare , ita adfecti ſunt, ut ab ipſa infantiâ ad eas addiſcendas , colendáſque ſint proclives. Notum eſt in Gallia *Blaſium Paſchalium*, celeberrimum & ingenioſiſſimum virum, ab ipſa infantia Geometriæ ita fuiſſe addictum; ut figuras Geometricas ſponte ſuâ formaret, & ad nonnullarum ab *Euclide* demonſtratarum propoſitionum cognitionem, ſine Magiſtro, perveniret. Ejuſmodi propenſionem non poſſe, niſi θείᾳ μοίρᾳ, tribui, ſi dixero, omnes mihi adſentientes, ut opinor, habebo. Idem dicere poſſis de ſingularibus quibuſdam Virtutibus Moralibus, neque enim optimi quique viri ſunt ad quamvis æquè proclives ; ſed nonnullas multò faciliùs & conſtantiùs colunt, quàm alias: quemadmodum & mali homines non ſunt quibuſvis Vitiis ex

æquo

æquo addicti, sed quibusdam præsertim se se mancipant.

Scio Platonicos aliam, præter adlatas, hîc distinctionem adhibere. Sic *Apuleius*, de *Habitudine Doctrinarum Platonis* Lib. II. qui est de Philosophia Morali, Edit. Elmenhorst. p. 17. *Virtutes*, inquit, *eas doceri & studeri posse arbitrabatur, quæ ad rationabilem animam pertinent, id est, Sapientiam & Prudentiam; & illas, quæ vitiosis partibus pro remedio resistunt, id est, Fortitudinem & Continentiam, rationabiles quidem esse, superiores autem Virtutes pro Disciplinis haberi.* Aiunt, nimirum, Socratem eas Virtutes ἐπιστήμας habuisse, quod displicet *Aristoteli*, Eth. Nicomach. Lib. VI. c. ult. & Magn. Mor. Lib. I. c. 1. Sed à Socrate theoreticas disciplinas, seu ἐπιστήμας habitas fuisse Virtutes non puto, quamvis interdum ita loqui videatur. Præterea sermo est hîc de Virtute, ut ita dicam, actuosa; qualis fuit Virtus Themistoclis, Aristidis, Thucydidis & Periclis, quos memorat in primo Dialogo *Æschinis* nostri, quasi exempla Virtutum, quas tamen liberos suos docere non potuere. Notum enim est quatuor illos viros regimini Reipublicæ populi Atheniensis admotos. Itaque ei distinctioni non immorabor, de qua vide & *Alcinoum* de Doctr. Platonica Cap. XXIX. Prorsus est mihi persuasum Socratem docuisse Virtutem non esse διδακτὸν, quòd intelligeret propensionem quamdam naturæ, ad singularem aliquam Virtutem; quæ omnem institutionem antecedat oportet, & sine qua, institutio aut irrita est, aut singulare nihil efficit. Ex sequentibus liquebit, non sine ratione, hæc à me dici.

Hac enim in re, dignum est quod animadvertatur, maximos viros, cùm in iis Artibus, tum in Virtutibus, perfectos studio & consuetudine factos esse, ad quas naturâ magis ferebantur; nec nisi raro ceteris

tris eos præstitisse, in excolenda Arte aut Virtute, qui solo studio, sine propensione naturæ, eam sibi comparassent. Egregiè rem expressit *Pindarus* in Nemeonicas Ode III, 69. & seqq. ubi de Telamone loquitur his verbis, quibus partim fortè Socrati præivit:

Συγγενεῖ δέ τις
Εὐδοξίᾳ μέγα βρίθει.
Ὃς δὲ διδάκτ' ἔχει, ψεφηνὸς ἀνὴρ,
Ἄλλοτ' ἄλλα πνέων, οὔποτ' ἀτρεκεῖ
Κατέβα ποδί· μυριᾶν
Δ' ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται.

Quod sic interpretatus est *Nicolaus Sudorius*:

Nativa jactant robora nobiles,
Lucéntque avitæ sidere gloriæ;
Qui verò quæsitum labore
Nomen habet, miserâ vel arte,
Is sæpe peccans ambiguo gradu
Vacillat anceps, magnáque deserit
Incepta, felicem petitis
Nescius imposuisse finem.

Quod cùm ita sit, proclivitatem illam ad singularem Artem, Virtutémve, διδακτὸν esse nemo, ut opinor, sibi facilè persuaserit; at institutione excoli potest, ita ut perfectionem nanciscatur tandem, atque ad maturitatem perveniat, quam alioqui numquam per se adipisceretur; quo sensu Ars, aut Virtus eximia διδακτὸς dici possit.

II. ERUNT, nisi fallor, qui hisce expensis fatebuntur reverâ ambiguas esse dictiones, εἰ διδακτὸν ἀρετὴ, licèt cùm primum leguntur, ejusmodi ambiguitas non ab omnibus deprehendatur. Hoc autem nisi fieret, qui negavit Virtutem posse doceri, non tan-

tùm erraſſe, ſed & à ſe ipſo diſſenſiſſe videretur. Itaque, ex prolatis diſtinctionibus, doctrinam Socraticam paucis explicabimus, & veram eſſe oſtendemus.

Ex Dialogo *Æſchinis* I. Menonéque *Platonis*, in quo eadem doctrina traditur, totidem fermè verbis, quemadmodum in notis ad *Æſchinis* Dialogum oſtendimus, colligere eſt Socratis hanc fuiſſe ſententiam; Virtutem, qualis, exempli causâ, eſt eorum qui Rempublicam feliciter, nec ſine laude, adminiſtrant, non poſſe doceri; ſeu ita animo adoleſcentium inſeri, ut Rempublicam rectè adminiſtrent: quemadmodum diſcunt equitare, & periti equitandi fiunt. Alioqui Socrates eſſe viros, qui præcepta de adminiſtratione Reipublicæ tradere poſſent, eáque poſſe memoriæ mandari, ita ut non effluerent, norat. Verùm θεωρητικῶς talia ſcire, nec in uſum revocare, à Socrate Virtus non habebatur. Probabat hanc ſuam ſententiam, exemplo magnorum virorum, qui nec à ſui ſimilibus educati ac inſtituti fuerant, nec ipſi filios ſui ſimiles reliquerant; quamvis, ſine dubio, liberos ſuos quàm optimè educare cupiviſſent & conati eſſent. Si quæreres unde ergo Virtus oriretur, an, cùm inſtitutioni tribui non poſſet, naſcerentur homines magni, Virtuti, ab ipſo matrum utero, addicti, hoc quoque negabat; nam homines, ſine ejuſmodi habitu, qui Virtus vocari ſolet, naſci putabat. *Apuleius*, certè, Libro memorato, non procul ab initio, inter Platonicas doctrinas hanc habet: *Hominem ab ſtirpe ipſa, neque abſolutè bonum, nec malum naſci; ſed ad utrumque proclive ingenium ejus eſſe, habere quidem ſemina utrarumque rerum, cum naſcendi origine copulata, quæ educationis diſciplinâ in partem alteram debeant emicare.* Magnis & memorabilibus viris ineſſe θείᾳ μοίρᾳ, ſeu *divinâ ſorte*, putabat Socrates, neſcio quid, quo ad inſignes Virtutes apti erant; ut ex ipſo eventu intelligere erat, ſi præſertim accederet

ret recta educatio. Itaque Socrates εὐφυΐαν divinæ cuidam beneficentiæ, erga nonnullos, tribuebat, negabátque præceptis adquiri posse; sed minimè institutione eam augeri & ad res magnas faciliùs perpetrandas adjuvari negabat.

Ne quis *Apuleji*, aut nostram hanc sententiam, potiùs quàm Socratis, esse putet, obstat primùm tota ejus vitæ ratio; quæ universa eò spectavit, ut adolescentes à Vitio ad Virtutem traduceret; quod non fecisset, si omnia θείᾳ μοίρᾳ deberi censuisset. Deinde apertè ipse quod diximus docuit, ut ex *Xenophonte* intelligere est; cujus aliquot loca, cum bona Lectoris nostri venia, hanc in rem proferemus. Igitur Lib. II. ἀπομνημονευμάτων cap. VI, 39. ex divisione Oxoniensi, sic loquitur: ὅσαι δὲ ἐν ἀνθρώποις ἀρεταὶ λέγονται, σκοπούμενος εὑρήσεις πάσας μαθήσει τε καὶ μελέτῃ αὐξανομένας: *Quotquot inter homines virtutes dicuntur, eas omnes, si consideres, disciplinâ & exercitatione augeri comperies.* Lib. III. c. IX, 1, 2. ἐρωτώμενος ἡ ἀνδρεία πότερον εἴη διδακτὸν, ἢ φυσική; *cùm interrogaretur an fortitudo doceri posset, an esset à natura?* οἶμαι μὲν, ἔφη, ὥσπερ σῶμα σώματος ἰσχυρότερον πρὸς τοὺς πόνους φύεται, οὕτω καὶ ψυχὴν ψυχῆς ἐρρωμενεστέραν πρὸς τὰ δεινὰ φύσει γίγνεσθαι· ὁρῶ γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς νόμοις τε καὶ ἔθεσι τρεφομένους πολὺ διαφέροντας ἀλλήλων τόλμῃ: *equidem arbitror, inquit, ut corpus corpore robustius naturâ est ad labores: sic & animum animo firmiorem esse naturâ ad ardua; nam video illos, qui iisdem legibus ac moribus sunt educati, multùm inter se audaciâ differre.* Tum addit: νομίζω μέντοι πᾶσαν φύσιν μαθήσει καὶ μελέτῃ πρὸς ἀνδρείαν αὔξεσθαι. *Puto equidem omnem naturam disciplinâ & exercitatione ad fortitudinem augeri.* Paullò pòst: ὁρῶ δὲ, inquit, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίων, καὶ φύσει διαφέροντας ἀλλήλων τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἐπιμελείᾳ πολὺ ἐπιδιδόντας. ἐκ δὲ τούτων δῆλόν ἐστι, ὅτι πάντας χρὴ καὶ τοὺς εὐφυεστέρους καὶ τοὺς ἀμ-

ἀμβλυτέρους τὴν φύσιν, ἐν οἷς ἂν ἀξιόλογοι βούλωνται γενέσθαι, ταῦτα καὶ μανθάνειν καὶ μελετᾷν: *In aliis etiam similibus, video homines, & naturâ à se invicem differre, & curâ multùm proficere. Ex hisce liquet omnes oportere & qui sunt indole præstantiore præditi & naturâ hebetiores, ea, in quibus insignes fieri volunt, discere & exercere.* Lib. IV. c. I, 3, 4. Τοὺς μὲν οἰομένους, ait Xenophon, φύσει ἀγαθοὺς εἶναι, μαθήσεως δὲ καταφρονοῦντας ἐδίδασκεν ὅτι αἱ ἄρισται δοκοῦσαι εἶναι φύσεις μάλιστα παιδείας δέονται: *qui se putabant naturâ bonos esse, & institutionem spernebant, docebat indoles, quæ optimæ videntur, quàm maximè eruditione indigere.* Quod ubi equorum & canum exemplo ostendisset, contendebat ὁμοίως, καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς εὐφυεστάτους τε ταῖς ψυχαῖς ὄντας καὶ ἐξεργαστικωτάτους ὧν ἂν ἐγχειρῶσι, παιδευθέντας μὲν καὶ μαθόντας ἃ δεῖ πράττειν, ἀρίστους τε καὶ ὠφελιμωτάτους γίγνεσθαι (πλεῖστα γὰρ καὶ μέγιστα ἀγαθὰ ἐργάζεσθαι) ἀπαιδεύτους δὲ καὶ ἀμαθεῖς γενομένους κακίστους τὲ καὶ βλαβερωτάτους γίγνεσθαι:; *similiter homines, quibus animus est optimæ indolis, & qui maximè perficiunt id quod adgrediuntur, si instituti essent & quæ facere oportet didicissent, optimos atque utilissimos fieri (pleraque enim & maxima bona eos conficere) sed si fuerint indocti & imperiti, pessimos & perniciosissimos esse.* Eodem libro C. II, 2. *quærenti cuidam utrum Themistocles, ex consuetudine cum viro quopiam sapiente, an verò naturâ tantùm* (hoc est, θείᾳ μοίρᾳ) *civibus suis præstitisset, ut oculos in eum Civitas conjiceret, quando egregio viro opus erat?* πότερον Θεμιστοκλῆς διὰ συνουσίαν τινὸς τῶν σοφῶν, ἢ φύσει τοσοῦτον διήνεγκε τῶν πολιτῶν, ὥστε πρὸς ἐκεῖνον ἀποβλέπειν τὴν πόλιν ὁπότε σπουδαίου ἀνδρὸς δεηθείη; respondet Socrates, *stultum esse existimare exigui quidem momenti artes, sine magistris idoneis, percipi à studiosis non posse; civitati verò præesse (quod opus omnium maximum) sponte suâ hominibus adesse:* εὔηθες εἶναι τὸ οἴεσθαι τὰς μὲν ὀλίγου ἀξίας τέχ-

νας

νας μὴ γίγνεσθαι σπȣδαίοις ἀνδὼ διδασκάλων ἱκανῶν, τὸ ἢ περιεσάναι πόλεως (πάντων ἔργων μέγιστον ὂν) ἀπὸ ταυτομάτȣ παραγίγνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις. Quæ primâ fronte videntur contraria iis, quæ Socrates de Themistocle habet, apud *Æschinem* & *Platonem*; sed non sunt. Vult enim Socrates, apud eos Scriptores, potissimam rationem, cur ad tantas virtutes pervenerit Themistocles, fuisse φύσιν, cùm præceptores sui similes nullos habuisset; ita tamen institutionem non excludit, cujus hîc tantùm meminit. Sermones magni viri legentes meminisse oportet nusquam, aut rarò, Socratem quidquid sentiebat dixisse; sed, pro more Dialogorum, id tantùm quod ad rem præsentem faciebat. Alioqui secum ipse pugnare sæpe videretur.

Hinc colligere licet Socratem existimasse quidem 1. *naturâ* quædam virtutis semina hominibus insita esse, quæ alibi θείᾳ μοίρᾳ, ut vidimus, tribuit; sed ea præterea indiguisse institutione, sine qua bona illa naturæ noxia fiebant: 2. ea nonnullis tantùm hominibus data fuisse à Divina Providentia, nam non omnes nasci eodem modo adfectos. Quod cùm sit omnium sæculorum experientiæ consentaneum, non video cur in dubium revocari queat Liberum est Auctori humanæ naturæ dotes varias hominibus, prout ei videtur, dividere.

Hinc facilè intelligimus Virtutis initia non potuisse videri Socrati διδακτὰ, nemo enim potest semina Virtutum animis injicere, præter Deum; qui quibusdam insignibus viris ea, pro sua beneficentia, inseruit. Sed nec διδακτὸς potuit videri Virtus ipsa, hoc est, habitus secundùm naturam vivendi, dum homines adfectibus ei contrariis laborabant. Eleganter hanc rem expressit *Maximus Tyrius* Dissert. XVII. ubi quærit an Virtus sit Ars: εἰ δ' οἱ μὲν λόγοι, inquit, σαφεῖς καὶ προχειροι καὶ μεστὰ πάντα διδασκάλων ἢ μαθημάτων, ἀν-

ἀντιτυπεῖ ἢ ἔνδοθεν ταῖς τῶν λόγων ᾠδαῖς (ſic lego non ὁδοῖς) παθήματα χαλεπὰ ἢ ἄγρια, καὶ ἐθισμοὶ φαῦλοι, καὶ ἀσκήσεις ἄδικοι, καὶ ἐπιθυμίαι ἀλλόκοτοι, καὶ τροφαὶ πονηραὶ, ἐνθυμητέον ὅτι φύσεως δεῖ πρῶτον χρηστῆς, ὥσπερ κρηπῖδος ἀνισταμένῳ τειχίῳ, καὶ μετὰ τοῦτο τροφῆς καὶ ἔθους πρὸς σωτηρίαν τῆς φύσεως: *ſi ſermones perſpicui ſunt & ad manum, ac omnia plena magiſtris ac diſciplinis, reſiſtant verò intus ſermonum cantilenis adfectus graves & feri, conſuetudines pravæ, exercitationes injuſtæ, cupiditates monſtroſæ, & educationes malæ; cogitandum primùm opus eſſe natura bona, ut fundamento ſurgenti muro, & poſtea educatione & conſuetudine, quæ ad ſalutem naturæ pertineat.* Priùs domandi ſunt adfectus, quàm iis contraria doctrina in animum admitti queat.

III. Fuere tamen Sophiſtæ & Philoſophi, qui contrà ſenſiſſe videntur, quorum ſententiæ ſunt breviter proferendæ. *Protagoras* in Platonico Dialogo, qui ejus nomine præſcribitur, multis probat, contra Socratem, p. 198. & ſeqq. Ed. Lugdun. anni 1590. Athenienſes *non putaſſe virtutem eſſe naturâ, aut ſponte, ſed doceri potuiſſe & curâ iis partam fuiſſe, quibus aderat:* ὅτι ἀρετὴν οὐ φύσει ἡγοῦνται εἶναι, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, ἀλλὰ διδακτόν τε καὶ ἐξ ἐπιμελείας παραγίγνεσθαι ᾧ ἂν παραγίγνηται. Multis etiam, qui legent Dialogum, meliùs ratiocinari videbitur Protagoras, quàm Socrates; eò quòd diſtinctiones adlatas Athenienſis Philoſophus non adhibeat; quod neſcio an *Platoni*, potiùs quàm Socrati, tribui oporteat; cùm præſertim ex *Xenophonte* Socratem minimè negaſſe rectam inſtitutionem & educationem, non exigui ad Virtutem fuiſſe momenti, conſtet. Protagoræ rationes non proferam, quas legiſſe apud *Platonem* integras neminem pœnitebit.

Ariſtoteles etiam Ethicorum ad Nicomachum Lib. II. c. 1. adgreditur oſtendere Virtutes morales *neque na-*

naturâ, *neque præter naturam nobis ingenerari*, *ſed ſic adfectis ut ad eas ſuſcipiendas apti ſimus naturâ*, *perficiamúrque conſuetudine:* οὔτ' ἄρα φύσει, οὔτε παρὰ φύσιν ἐγγίνονται αἱ ἀρεταὶ, ἀλλὰ πεφυκόσι μὲν ἡμῖν δέξασθαι αὐτὰς, τελειουμένοις δὲ διὰ τοῦ ἔθους. Alibi quoque ſimilia habet, ut videatur Socratis ſententiam oppugnare voluiſſe.

Stoïci quoque contendebant Virtutem eſſe διδακτὸν, ut oſtendit *Juſtus Lipſius*, Manuduct. ad Philoſophiam Stoïcam Lib. II. Diſſert. X. quem adibunt qui Stoïcorum, hanc in rem, loca videre cupient. Idem etiam multa aliorum habet, qui videntur naturæ Virtutem tribuiſſe; quos ita inter ſe in concordiam redigit, ut velit & naturam & inſtitutionem, ex Stoïcorum ſententia, fuiſſe conjungendas.

IV. POSSUMUS, niſi nos ratio fugit, paullò pleniùs oſtendere eos, qui à Socrate diſſenſiſſe videntur, verbis potiùs quàm re diſſenſiſſe. Vidimus enim à Socrate educationem & inſtitutionem minimè fuiſſe contemtas. Itaque cùm probant eas utiles ac neceſſarias fuiſſe, nihil probant quod Socrates negaturus fuiſſet. Nolebat ille habitum ipſum Virtutis eſſe in infantibus, antequàm quid eſſet Virtus ſcirent. Imò & interdum ita loquebatur, quaſi credidiſſet Virtutes fuiſſe *ſcientias* ἐπιστήμας, quamobrem ab *Ariſtotele* Magnor. Moralium Lib. I. c. 1. & alibi eſt reprehenſus. Sed ita loquutus videtur, quòd perfecta & conſummata Virtus ſine ſcientia eſſe nequeat, quamvis ejus initia omni inſtitutione ſint priora. Difficile interdum eſt adſequi quid Socrates velit, quòd raró uno in loco quidquid de re quapiam ſenſit aperuerit, ut jam obiter monuimus. Sed ſi diligenter adtendamus, omniáque, quæ ſparſim dixit, colligamus & comparemus inter ſe, eum hoc tantùm voluiſſe deprehendemus quod jam expoſuimus; nimirum, propenſiones eſſe, in magnis præſertim viris,

ad ſingulares Virtutes, quas doctrinæ non debent; & quæ deinde excultæ, etiam mediocri inſtitutione, ad maturitatem perveniunt, egregióſque fructus, in humanæ Societatis utilitatem proferunt. Ii verò, quibus non inſunt ea Virtutis ſemina, ne inſtitutione quidem diligentiſſimâ, eo judice, ad inſigne quidpiam & memorabile umquam perveniunt; quod experientia quoque confirmat. Ad hoſce ergo quod adtinet, Virtus propriè dicta, ſeu habitus convenienter rationi vivendi, non eſt διδακτὸς, nam niſi Magiſtrorum oratio ἔνδοθεν adjuvetur, fruſtra ſunt omnes adhortationes.

Neque hæc negarunt alii, qui à Socrate ſe diſſentire, quòd ejus mentem non ſatis adſequerentur, oſtenderunt. *Ariſtotelem* ipſum idem ſenſiſſe, de initiis naturalibus virtutum, jam obiter diximus ad Dialogi I. *Æſchinis*, num. 1. quod altero ejus loco magis liquebit. Ethicorum ergo ad Nicomachum Lib. VI. c. 13. ſic loquitur, poſtquàm probavit ad Virtutem; qualis eſt, exempli causâ, Prudentia; accedere oportere δεινότητα, quam Virtutem eſſe negat, quæque eſt acrimonia, aut vehementia ingenii, quæ doctrinâ non comparatur: Ἡ ἀρετὴ παραπλησίως ἔχει, ὡς ἡ φρόνησις πρὸς τὴν δεινότητα, οὐ ταὐτὸν μὲν, ὅμοιον δέ· οὕτω καὶ ἡ φυσικὴ ἀρετὴ πρὸς τὴν κυρίαν· πᾶσι γὰρ δοκεῖ ἕκαστα τῶν ἠθῶν ὑπάρχειν φύσει πως· καὶ γὰρ δίκαιοι καὶ σωφρονικοὶ, καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ τἆλλα ἔχομεν εὐθὺς ἐκ γενετῆς: *Virtus ſic ſe habet, ut Prudentia ad Acrimoniam; quæ non eſt idem, ſed ſimile quid. Sic & naturalis virtus ad eam, quæ propriè dicitur. Omnibus enim videntur ſinguli mores naturâ ineſſe. Etenim juſti, temperantes & fortes ſumus, aliáque habemus à natalibus.* Paullò pòſt ait, *pueris & beſtiis naturales ineſſe habitus, qui ſine mente detrimentum videntur adferre*, παισὶ καὶ θηρίοις αἱ φυσικαὶ ὑπάρχουσιν ἕξεις, ἀλλ' ἄνευ νοῦ βλαβεραὶ φαίνονται οὖσαι. Similia etiam in ſequentibus

bus habet, ex quibus non ægrè intelligere est, ad rem ipsam quod adtinet, à Socrate eum non dissensisse.

Similia quoque de Stoïcis dicere licet, qui inesse nonnullis semina singularium quarumdam Virtutum, non negabant; quas tamen, sine institutione, perfectas fuisse non putabant. Qua de re consulendus est *Just. Lipsius*, eo quem antè laudavimus loco. De plerisque veteribus Philosophis, non sine ratione, dicere me posse videor, parum adcuratos fuisse in nominibus imponendis, atque adeò in ambiguitates innumeras incidisse; unde natæ sunt multò frequentiores de verbis, quàm de rebus dissensiones.

V. Ex iis, quæ hactenus diximus, non est difficile intellectu Socrati, aliisque Philosophis, omnes homines per omnia similes nasci nequaquam visos; cùm semina earumdem Virtutum quibusvis inesse minimè putarint, iisque favere experientia quotidiana videatur. Nisi hoc esset, eodem modo educati ac instituti similes essent, quos tamen quotidie dissimillimos esse videmus. Hinc ex eadem schola non doctissimi & imperitissimi tantùm, sed & optimi juxta ac pessimi prodiere. *Quis ignorat*, inquit *Quinctilianus*, Declam. CCLXVIII. *ex ipsa Socratis (à quo velut fonte omnis Philosophia manasse creditur) schola evasisse tyrannos & hostes patriæ suæ?* Critiam videtur & Alcibiadem intelligere, quorum prior inter XXX Athenarum tyrannos fuit, posterior non semel hostis patriæ. Paullò antea discrimen illud uniuscujusque naturæ tribuit: *Mores*, inquit, *nasci puto, & propriam cujusque naturæ virtutem; alia forsitan discantur; quædam experimentis noscenda sint;* (non *sunt*) *boni mores constant voluntate. Id patêre diversis utriusque partis exemplis potest. Nam & optimos viros, citra Philosophiam, fuisse constabit, & studiosos sapientiæ, usque ad ultima exempla scelerum, nequitiæque venisse.* Nec dubi-

bium est quin ut boni viri quibusdam Virtutibus ornatiores sunt, quàm aliis: sic quoque mali in Vitia quævis non sint æquè propensi, quod fortè ex varietate temperationis corporum oritur.

Contendit hoc *Galenus*, in libro ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεται, *animi mores sequi temperationes corporis*, docétque non tantùm ex discrimine κράσεων varietatem ingeniorum, sed etiam ex diversitate Animorum oriri. Quam in rem, legenda potissimùm Capita II & XI. ejus Libri. In priore, memorato discrimine puerilium adfectuum, ἐκ τούτου, inquit, ἐνέσαι συλλογίζεσθαι μὴ τὴν αὐτὴν ἅπασι φύσιν εἶναι ψυχῆς: *hinc colligere non eamdem omnibus naturam esse animi.* Ed. Par. p. 445. Tom. V.

Verùm nimis ardua hæc quæstio est, nimisque obscura, quàm ut ab eo, qui nihil nisi explorata proferre ausit, solvi queat. Posset fortè fieri ut à corpore discrimen omne oriatur; posset & Animo tribui. Ut enim lineamenta vultuum omnia diversa sunt, nihil vetat temperationum & qualitatum misturæ maximam esse varietatem, quâ Animi adficiantur; aut etiam, in Animorum ipsorum substantia, aliquid esse discriminis. Quis enim ostendere queat in Animos non cadere suam etiam varietatem, ei similem, quoad patitur naturarum discrimen, quam in corporibus videmus; cum intima Animorum natura planè nobis sit ignota? Itaque quàm certa & nota est ingeniorum varietas, tam incertam & ignotam nobis primam ejus causam esse fatemur.

V. POSSIMUS tamen conjicere summo Naturæ Opifici varietatem placuisse, quomodocúmque eam crearit; ut homines faciliùs in Societatem convenire possent. Si enim omnes ingenio pares essent, omnésque in eosdem adfectus proclives, aut iisdem Virtutibus ornati; non esset qui aliis imperiis parere vellet, aut ei quidpiam concedere, aut qui varietati

mi-

ministeriorum & artium omnium generum aptus esset. Cùm omnes omnia curare nequeant, singulos in Societate suo munere, in gratiam aliorum, fungi oportet; nec vilissima munera minùs sunt necessaria interdum, quàm sublimiora. Itaque esse oportuit omnibus suum ingenium, ut quisque quod suum est ad Societatis felicitatem conferret, & quod ceteris deest suâ industriâ suppleret. Facile esset hæc exemplis diducere & latiùs multò persequi; sed quid adtinet ea probari, quæ quotidianâ experientiâ omnibus nota sunt? Possemus & hanc in rem Providentiæ Divinæ, in constituenda Societate Christianorum Ecclesiastica, sapientiam proferre; quâ factum est ut iisdem dotibus omnes non ornaret, sed aliis alias daret, ut faciliùs unum corpus conficerent. Verùm præstat amandari Lectores ad Rom. XII, 4. & seqq. & Ephes. IV, 7, 10 & seqq.

VII. AT quæcumque sit hominum varietas, non tanta est, ut ullus nascatur communibus Societatis officiis minimè idoneus. Creati sunt homines, à benefica Providentia, ut quàm beatissimè fieri potest in terris viverent; quod non possunt sine Societate consequi, quæ nec ipsa sine Virtute stare potest. Quamobrem communium quarumdam Virtutum, quæ ad Humanitatem, Justitiam & Temperantiam fermè revocari omnes possunt, semina omnibus indidit Deus; quibus fit ut nemo sit tam barbarus, quin Humanitatem, Justitiam & Temperantiam contrariis præferat Vitiis, brevique etiam vitæ experientiâ quàm necessariæ sint discat. Quò faciunt hæc *Juvenalis* Sat. VIII, 211.

Libera si dentur populo suffragia, quis tam
Perditus, ut Senecam dubitet præferre Neroni?

Egregiè rem præ oculis ponit Protagoras, apud *Pla-*

Platonem, in eleganti illa fabella, quâ Humanæ Societatis initia describit. Postquàm homines urbes condidisse, communis salutis causâ, ut se contra feras tuerentur, quæ sparsos lacerabant, ostendit; nondum scivisse eos fingit, abstinendum à mutuis injuriis; quæ cùm frequentes essent in Civitatibus, iterum per agros sparsos & à feris malè habitos narrat. „ Quare „ Jupiter, inquit ille, qui humano generi timebat, „ ne totum interiret, Mercurium ad homines misit, „ ducentem ad eos Pudorem & Justitiam, ut Civi-„ tatibus ornamento, & quasi vincula quædam ami-„ citiæ conciliandæ causâ essent. Ζεὺς δείσας περὶ τῷ γένει ἡμῶν, μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, Ἑρμῆν πέμπει ἄγοντα εἰς ἀνθρώπους Αἰδῶ τε καὶ Δίκην, ἵν' εἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί. „ Ibi Mer-„ curius Jovem interrogat, quâ ratione Justitiam & „ Pudorem hominibus daret. Utrum, inquiebat, „ ut Artes divisæ sunt: sic & hanc dividam? Sunt „ autem sic divisæ. Unus Medicinæ peritus satis est „ multis imperitis, similitérque alii artifices. An „ sic quoque Justitiam & Pudorem indam homini-„ bus? an verò omnibus dividam? Omnibus, inquit „ Jupiter; cunctique earum participes sunto; neque „ enim Civitates ullæ essent, si cum paucis tantùm „ communicarentur, quemadmodum aliæ Artes. Le-„ gem præterea meo nomine ponito, eum, qui par-„ ticeps Pudoris & Justitiæ fieri nequeat, tamquam „ pestem urbis occidi. Ἐρωτᾷ οὖν Ἑρμῆς, Δία τίνα οὖν τρόπον δοίη Δίκην καὶ Αἰδῶ ἀνθρώποις. πότερον ὡς αἱ τέχναι νενέμηνται, οὕτω καὶ ταύτας νείμω; νενέμηνται δὲ ὧδε. εἷς ἔχων ἰατρικὴν πολλοῖς ἱκανὸς ἰδιώταις, καὶ οἱ ἄλλοι δημιουργοί· καὶ Δίκην δὴ καὶ Αἰδῶ θῶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις; ἢ ἐπὶ πάντας νείμω; Ἐπὶ πάντας, ἔφη ὁ Ζεὺς, καὶ πάντες μετεχόντων. οὐ γὰρ ἂν γένοιντο πόλεις, εἰ ὀλίγοι αὐτῶν μετέχοιεν, ὥσπερ ἄλλων τεχνῶν. καὶ νόμον γε θὲς παρ' ἐμοῦ, τὸν μὴ δυνάμενον Αἰδοῦς καὶ Δί-

κης

κῆς μετέχειν κτείνειν, ὡς νόσον πόλεως. Nec aliter sensisse putarim Socratem, quamvis in hoc Dialogo, ut Sophistam exercitum habeat, rem variè verset. Sæpe vir sapiens, ut Sophistarum superbiam castigaret, eos, etiam in iis in quibus rectè sentire videbantur, confutabat; unde intelligere erat non tantam esse hominum sapientiam, quanta vulgò putabatur. Legendus primus & secundus liber *Platonis* de Republica, ubi de justo & injusto disputat.

Ad ἀρετὴν πολιτικὴν spectasse etiam Stoïcos crediderim, cùm docuerunt ἅπαντας ἀνθρώπους εἰς ἀρετῆς κτῆσιν ἐπιτηδείως ἔχειν, *omnes homines aptos esse ad Virtutem consequendam*, ut habet *Galenus* libri antè laudati Cap. XI. Alioqui quotidianâ experientiâ omnibus constat, varias esse hominum indoles. Sed quæcumque sint, Societatis civilis officiis communibus quivis possunt defungi. Humani, justi, temperantes esse queunt; neque quidquam obstat ne sint, præter pravam consuetudinem. Ceteroquin omnes omnibus muneribus ac Artibus naturâ aptos esse nemo dixerit. Sic quoque intelligenda videntur *Ciceronis*, *Senecæ* & *Quinctiliani* loca à *Lipsio* adducta, quibus docent *justos quidem naturâ nos esse factos; tantam autem corruptelam esse malæ consuetudinis, ut ab ea tamquam igniculi exstinguantur à Natura dati, exorianturque & confirmentur vitia contraria: Omnibus Naturam dedisse fundamenta, seménque virtutum, omnes ad omnia ista* (quæ Societati colendæ necessaria sunt) *natos esse; cùm irritator accessit, tunc illa animi bona, velut sopita excitari: Naturam nos ad optimam mentem genuisse, adeóque discere meliora volentibus promtum esse, ut verè intuenti illud magis mirum sit, malos esse tam multos*, aliáque similia. Sed voce *Natura* Deus intelligendus est, qui facultates, quas habemus, omnes nobis largitus est, eásque ita adfectas, ut verum à falso, honestum ab inhonesto, vel minimo vitæ usu, se-

ſecernere poſſimus, ſempérque vera falſis, honeſta inhoneſtis præferamus; ſi non factis, at certè arcanis animi noſtri judiciis, quibus recta probantur, prava damnantur; quamvis adfectus ſæpe impediant quominùs ea lumina ſequamur. Niſi accepiſſemus à Deo ejuſmodi principia Virtutis, numquam eam doceri poſſemus.

VIII. Verum cùm peculiaribus Societatis muneribus omnes æquè apti non ſimus, cúmque ii qui illis non ſunt inepti doctrinâ tamen indigeant; optandum eſſet unumquemque ſui ipſius judicem æquum atque integrum eſſe, ita ut primùm animadverteret, in arcano, ut ſic dicam, Animi ſui Concilio, cui rei eſſet idoneus; deinde cùm ſemet ipſe probè cognoviſſet, inſtitutionem peritiorum ſibi quæreret, ut rectiùs iis, quibus naturâ aptus eſſet, defungeretur. Quod tamen cùm fieri non ſoleat, optandum eſſet Societatis Civilis præfectos ingenia ſecernere, eorúmque veluti delectum habere; ut ſinguli ad ea, quibus ſunt idonei, animum adpellerent, eáque præ ceteris omnibus colerent. Hoc ſi fieret, beatæ eſſent Reſpublicæ, in quibus ſinguli cives ea maximè facerent, quibus aptiſſimi eſſent.

Socrates noſter (quidni enim ſic vocem hominem, quem ſemper amavi, & cujus dicta & facta egregia ſummopere miror?) qui hæc optimè norat, „ ſæpe „ dicebat ſe nonnullos amare, non quidem corporis „ & formæ causâ, ſed quòd Animus ad Virtutem à „ natura (ſeu θείᾳ μοίρᾳ) comparatos expeteret. In„ dicia autem bonæ indolis hinc colligebat, ſi ce„ leriter ea diſcerent, quibus animum adjicerent, „ quæque didiciſſent memoriâ retinerent; omnéſque „ artes adpeterent, quarum ope & familia & Civi„ tas poſſent bene regi; uno verbo ut dicam, cùm „ hominibus, tum rebus humanis rectè uti. Si ta„ les inſtituerentur, non ipſos modò beatos eſſe, ſuáſ-

„ suásque familias rectè administrare, sed & alios „ homines, urbésque reddere felices existimabat; ut docet *Xenophon* ἀπομνημ. Lib. IV. c. I, 2. Ἐτεκμαίρετο δὲ τὰς ἀγαθὰς φύσεις ἐκ τοῦ ταχύ τε μανθάνειν οἷς προσέχοιεν καὶ μνημονεύειν ἃ ἂν μάθοιεν, καὶ ἐπιθυμεῖν τῶν μαθημάτων πάντων, δι' ὧν ἔστιν οἰκίαν τε καλῶς οἰκεῖν καὶ πόλιν· καὶ τὸ ὅλον ἀνθρώποις τε καὶ ἀνθρωπίνοις πράγμασιν εὖ χρῆσθαι. τοὺς γὰρ τοιούτους ἡγεῖτο παιδευθέντας οὐκ ἂν μόνον αὐτούς τε εὐδαίμονας εἶναι, καὶ τοὺς ἑαυτῶν οἴκους καλῶς οἰκεῖν, ἀλλὰ καὶ ἄλλους ἀνθρώπους καὶ πόλεις δύνασθαι εὐδαίμονας ποιεῖν.

In sequentibus, egregiè ostendit, ut jam antea innuimus, eximias indoles quàm maximè institutione indigere, & sæpe amicos discipulósque, prout erant apti aut inepti cuipiam rei, adhortabatur, aut dehortabatur. Sic superbiam adolescentis, Rempublicam capessere cupientis, egregiè retundit, in Alcibiade priore *Platonis*, ubi ostendit stultum esse consilium velle dare populo, de iis quæ ignores; quod cupiebat facere Alcibiades, acturus ad populum de summa re publica, cùm omnium rerum ignarus esset, sed nobilitate & divitiis niteretur. Εἰδότος περὶ ἑκάστου, inquiebat Socrates, ἡ συμβουλή, οὐ πλουτοῦντος: *periti singulorum est consilium dare, non divitis.* Similiter & alios à Republica, & ab Imperiis expetendis deterruit, ut docet Libro III. ἀπομνημονευμάτων *Xenophon.* Aliis verò Reipublicæ capessendæ auctor fuit, ut Charmidi, Glauconis filio; viro egregio & multò aptiori ad Rempublicam administrandam, quàm qui tunc temporis clavo adsidebant, ut idem Scriptor ibidem prodidit.

Hoc ut posset rectè fieri, opus fuit honores populi ambientibus εὐφυΐᾳ quadam, quam ἀρετὴν seu *Virtutem* vocat Socrates, primo *Æschinis* Dialogo. Ingenium, patientia laborum, ἀνεξικακία, singularis moderatio, justitia, sagacitas, aliáque ejusmodi non

in

in quovis inveniuntur ; neque, ſine ſeminibus quibuſdam naturalibus, proveniunt. Ad ea quidem accedat oportet inſtitutio, nam ſola illa naturæ initia animum neceſſariâ eruditione non inſtruunt; ad capiendam tantùm rectiùs & feliciùs inſtitutionem parant. Quod ſæpe, ut vidimus, docuit Socrates. Verùm hac de re ſatis, ut Dialogi I. *Æſchinis* ſcopus clarior fieret.

Obiter dumtaxat addemus, Socraticam, quam expoſuimus, doctrinam magno uſui eſſe poſſe, ſi probè expendatur, dirimendæ inter viros doctos controverſiæ, ante paucos annos, in Britannia præſertim, exortæ, de *Ideis Innatis*, quas dicere poſſis ἐμφύτȣς ἐννοίας. Quamvis enim nullæ ſint, ſi adcuratè loquamur, notiones à Natura Animis noſtris infixæ; attamen nemo negarit ita eſſe facultates Animorum noſtrorum naturâ adfectas, ut quàm primùm ratione uti incipimus, verum à falſo, malum à bono aliquo modo diſtinguere incipiamus. Species Veritatis nobis ſemper placet, diſplicet contrà Mendacii ; imò & honeſtum inhoneſto præferimus, ob ſemina nobis indita, quæ tum demum in lucem prodeunt, cùm ratiocinari poſſumus ; eóque uberiores fructus proferunt, quò meliùs ratiocinamur, adcuratioréque inſtitutione adjuvamur. Non poſſumus evidenti mendacio fidem habere, nec quod inhoneſtum videtur probare. Sed juſtæ hoc eſſe queat Diſſertationis argumentum, nec hoc loco diſcutiendum.

C A-

CAPUT III.

De Socrate.

I. *Quænam indoles esset Græcorum & præsertim Atheniensium, tempore Socratis.* II. *De Ironia Socratis.* III. *De ratione quâ confutabat alios.* IV. *De ratione docendi, qua utebatur.* V. *Ejus decreta de Deo & Virtute.* VI *Ejus mores.* VII. *De ejus Genio.* VIII. *De causa mortis ejus & morte.* IX. *Socratis laus.*

DE SOCRATE, quem singularem in modum semper admiratus sum, agere hîc constitui; non ut vitam ejus denuo describam, quæ ex Veteribus & Recentioribus satis nota est, Anglicóque etiam & Gallico sermone à viris eruditis est edita; sed ut hominis ingenium, philosophandique rationem, & mortis causam paullò adcuratiùs aperiam; quæ video à multis ignorari. Ad calcem Logicæ nostræ, ostendimus quomodo soleret vir summus disceptare, rémque ad certas quasdam regulas redegimus; quæ adeò non displicuere viris ingeniosis, ut animum etiam ad hoc, quod nunc adgredior, præstandum impulerint. Digna quidem res esset, quæ subtiliùs & copiosiùs, in singulari opere, traderetur; sed quia nec vacat pluribus de ea agere, nec fortè fastidiosis Lectoribus satisfacerem, in pauciora verba contraham, quod hanc in rem observavi.

I. VERUM antequàm ad Socratem veniam, nonnulla præmittam de ingenio & moribus Græcorum & Atheniensium præsertim, ejus ævo; sine quibus præstantia &, ut ita dicam, necessitas ejus Philosophiæ satis intelligi non posset. Ejus ergo ævo cùm Græcæ

Civitates aut populari regimine, aut optimatum uterentur, multúsque usus esset eloquentiæ ad persuadendum aliis quod videbatur, sive in Senatu, sive in populi Concione; omnes erectioris indolis homines eloquentiæ amore non exiguo flagrare cœperunt, ex qua videbant omnes fermè honores pendere. Duo autem cùm in homine eloquente postulari potissimùm viderentur; cognitio, nempe, rerum & earum ornatè dicendarum facultas; commodùm offerebant se se utriusque Doctores ii, qui vocabantur *Sophistæ*, quos ita descripsit *Lud. Cresollius* in Theatro Rhetorum, ut pluribus eam rem persequi minimè opus sit. Proferam tantùm Sophistæ Socraticam definitionem, quæ sic habet: *ὁ Σοφιστὴς τυγχάνει ὢν ἔμπορός τις ἢ κάπηλος τῶν ἀγωγίμων ὑφ' ὧν ψυχὴ τρέφεται*: *Sophista est mercator, vel caupo eorum quæ advehuntur, quibus anima alitur.* Sic loquitur in Protagora p. 194. aitque, ut qui vendunt annonam nesciunt salubrisne sit, nécne, nec eo seciùs eam laudant; quâ ratione fallunt emtores, nisi quis Gymnasta, aut Medicus moneat quid bonum sit, quid secus: „ sic & eos, qui „ disciplinas varias oppidatim venales circumferebant, & cauponantes iis qui emere cuperent, quæcumque venderent laudare. Fortasse ipsorum nonnullos ignorasse eorum, quæ venderent, quid animo „ utile esset, quid noxium; nec doctiores fuisse, qui „ ea emerent, nisi eorum quæ ad animum pertinent „ quispiam medicus esset: *οὕτω δὴ καὶ οἱ τὰ μαθήματα περιάγοντες κατὰ τὰς πόλεις, καὶ πωλοῦντες καὶ καπηλεύοντες τῷ ἀεὶ ἐπιθυμοῦντι, ἐπαινοῦσι μὲν πάντα ἃ πωλοῦσι, τάχα δ' ἄν τινες καὶ τούτων ἀγνοοῖεν ὧν πωλοῦσι ὅ, τι χρηστὸν, ἢ πονηρὸν πρὸς τὴν ψυχήν. ὡς δ' αὔτως καὶ οἱ ὠνούμενοι παρ' αὐτῶν, ἐὰν μή τις τύχῃ περὶ τὴν ψυχὴν αὖ ἰατρικὸς ὤν.* Qui plura volent Protagoram, Gorgiam & Euthydemum, Platonicos Dialogos, legant oportet; ex quibus intelligent omnes

nes

nes propemodùm artes docere ſe poſſe profeſſos eſſe Sophiſtas.

Nec falſum erat, eos eleganter de iis, quæ pollicebantur, dicere potuiſſe. Sed re verâ verbis tantùm erant ſapientes & copioſi, ad res ipſas quod adtinet imperiti & jejuni. Attamen qui adoleſcentes eos audiverant, dicendique facultatem erant apud eos conſequuti, apud cives dicendo gloriam ſibi parabant, ingenioſique & magni viri habebantur. Quo ſucceſſu elati ita occæcabantur, præſertim accedente nonnullâ ab ætate fiduciâ, ut omnia propemodùm ſcire ſe putarent. Eodem tamen vitio adoleſcentes ipſi, ut ſolet, etiam inficiebantur, quamvis nec ſucceſſibus, nec ætate confirmati eſſent; cujus rei exemplum inſigne habemus in I. Alcibiade, ubi is, cujus de nomine Dialogus adpellatur, cùm nihil ſciret, ſe Reipublicæ gerendæ jam aptum exiſtimabat. Pulcrè verò eum retudit Socrates, digniſſimúſque eſt is Dialogus qui ſæpiùs, à junioribus præſertim, legatur

Per totam Græciam, unà cum Sophiſtis, qui oppidatim ſapientiam ſuam circumferebant, graſſabantur δοκησισοφία ἢ φιλαυτία, ſed præſertim Athenis; ubi ut eloquentiæ ſemper maximus fuit uſus, ſic etiam maxima præmia, & potiſſimùm quidem temporibus Socratis. Se Athenienſes omnium doctiſſimos, & ingenioſiſſimos putabant, erántque omnino, ſi rem, ex vulgi judicio, æſtimemus. Sed quantopere abeſſent à ſapientia, veráque eruditione, ſatis oſtendit Socratis apud *Platonem* & *Xenophontem*, qua de re mox dicemus; hinc enim pendet tota ejus philoſophandi ratio.

Hæc apud me ſæpiùs reputaram, dum *Platonem* & *Xenophontem* legerem, nec recordabar an Veteres obſervaſſent, cùm incidi in *Plutarchi* locum, Quæſt. Platonicarum initio, ubi in acutiſſimi viri mentem me incidiſſe deprehendi. Quare ejus verba primùm Latinè,

tinè, deinde Græcè proferam: „ Semper alios examinans fastu eos, errore & adrogantia, vitiisque, „ quibus primùm sibi ipsi, tum etiam iis, qui unà „ versabantur, erant molesti," liberabat. Eâ enim „ tempestate, quasi fortunâ quadam, Sophistæ in „ Græcia proveniebant frequentes; quibus multâ „ numeratâ pecuniâ, implebantur adolescentes superbiâ, scientiæ opinione, studio disputandi, ita ut „ otiosi & inertes in rixis & contentionibus ambitiosis tempus tererent, *in quibus* nihil honestum, aut „ utile erat: τοὺς ἄλλους ἐξελάζων ἀεὶ, τύφου καὶ πλάνης καὶ ἀλαζονείας, καὶ τοῦ βαρεῖς εἶναι αὐτοῖς, εἶτα καὶ τοῖς συνοῦσιν, ἀπήλλαττε. καὶ γὰρ, ὥσπερ ἐκ τύχης, τότε φορὰν γενέσθαι συνέβη Σοφιστῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι. καὶ τούτοις οἱ νέοι πολὺ τελοῦντες ἀργύριον οἰήματος ἐπληροῦντο καὶ δοξοσοφίας καὶ λόγων ζήλου, σχολὴν καὶ διατριβὰς ἀπράκτους ἐν ἔρισι καὶ φιλοτιμίαις ἄγοντες, καλὸν δὲ καὶ χρήσιμον οὐδ' ὁτιοῦν. Nihil verius esse facilè intelligent, qui Dialogos ejus contra Sophistas, qui apud *Platonem* exstant legerint. Quodnam autem remedium hisce morbis curandis adhibuerit, in sequentibus docet idem *Plutarchus*, cujus verba mox recitabo.

Sed & hisce addendum, non ingenia tantùm inani eruditionis opinione tumida; sed, quod deterius multò erat, corruptissimos fuisse Græcorum & Atheniensium præsertim mores. Athenæ imperio maris diu floruerant, magnæque divitiæ in eam urbem undique migrarant. Itaque libidines omnis generis illic grassabantur, gula, avaritia, injustitia, crudelitas, impietas in parentes, contemtus Numinis, reliquáque vitiorum sentina, ut fit, illuc confluxerat. Nec morum depravatio è copia dumtaxat erat nata, sed etiam è pravis Poëtarum opinionibus de Diis, quæ vulgò veræ habebantur; unde fiebat ut quid justum, quid pium & religiosum esset ignorarent, & justi-

ſtitiam, pietatem ac religionem cum maximis flagitiis, vitiiſque conſiſtere poſſe judicarent.

II. HÆC erant ſtudia juventutis, hi Urbis mores; cùm Socrates, ſe à Numine ad Athenienſes miſſum putavit, ut cives ſuos ad meliorem mentem revocaret, &, ſicut docet *Plato*, in ejus Apologia, munere ſibi demandato fungi voluit. Itaque viam ſibi ineundam credidit, quâ cum minima ſua invidia & cum maxima civium utilitate, eos ab inanis ſcientiæ opinione ad modeſtiam, indéque ad inquiſitionem veri, amorémque Virtutis, caſtioriſque erga Numen religionis, traduceret. Nihil autem aptiùs ei negotio judicavit, quàm ſi Ironia fermè perpetua uteretur, apud eos præſertim, quibus animus nondum erat excipiendæ Veritati paratus. Hinc vulgò Εἴρων dictus, quòd ſe nihil ſcire, poſſéque à quovis multa diſcere ſimularet.

Res eſt quidem notiſſima iis, qui *Platonem* legerunt; ſed ex quo obtinuit Poëtas potiùs & Hiſtoricos, quàm Philoſophos, legi, & Græca fermè negligi; pauci ſunt, qui rem ſatis adtenderint. Quare ex *Platone*, & aliis, pauca hanc in rem proferam; quæ eò gratiora erunt, quòd Veterum verbis, non meis, uſurus ſim. *Socrates*, inquit, *Cicero* Academ. Quæſt. Lib. IV, 5. *de ſe ipſe detrahens in diſputatione plus tribuebat iis, quos volebat refellere. Itaque cùm aliud diceret atque ſentiret, libenter uti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam Græci* εἰρωνείαν *vocant.* Hinc Alcibiades, in Convivio *Platonis*, eum confert cum Silenis, qui erant in ſculptorum officinis. Erant autem Sileni illi ciſtæ quædam ligneæ ad Sileni, deformis illius comitis Bacchi, ſpeciem ſectæ, adeóque deformes & nullius pretii. Sed ſi aperirentur, inveniebantur in iis pulcherrimæ Deorum, & arte maximâ elaboratæ ſtatuæ, quæ ciſtis illis clauſæ videntur, ut faciliùs conſervarentur.

„ Omnia ignorat, inquit Alcibiades, pag. 335. „ neque quidquam ſcit, ita ut ejus forma ſit Sileno „ ſimillima; hac enim extrimſecus eſt veſtitus, quem- „ admodum ſculptus Silenus; ſed intrimſecus aper- „ tum quantâ putatis, ô convivæ, plenum eſſe tem- „ perantiâ? Scitote eum an quis pulcher ſit nihil cu- „ rare, ſed rem uſque adeò ſpernere, ut vix quiſ- „ quam credere poſſit; neque an quis ſit dives, ne- „ que an honore quopiam fruatur, eorum, quorum „ poſſeſſionem beatam eſſe populus putat, *ullo modo* „ *quærere*. Haſce omnes poſſeſſiones nihili facit, „ nóſque *ipſos* nihil eſſe putat. Simulans verò & lu- „ dens, apud homines, totam vitam terit. Cùm „ verò ſeriò loquitur & ſe ſe aperit, neſcio an quis „ viderit ſtatuas quæ intus ſunt, ſed ego aliquando „ vidi. Mihi adeò divinæ viſæ ſunt, & aureæ & „ per omnia pulcræ atque admirandæ, ut brevi fa- „ ciendum mihi ſit, quod jubet Socrates. Ἀγνοεῖ πάντα καὶ οὐδὲν οἶδεν, ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ τοῦτο ὂν σειληνῶδες σφόδρα γε. τοῦτο γὰρ οὗτος ἔξωθεν περιβέβληται, ὥσπερ ὁ γεγλυμμένος Σειληνός. ἔνδοθεν δὲ ἀνοιχθεὶς, πόσης οἴεσθε γέμει, ὦ ἄνδρες συμπόται, σωφροσύνης; ἴστε ὅτι οὔτ' εἴτις καλός ἐστι μέλει αὐτῷ οὐδὲν, ἀλλὰ καταφρονεῖ τοσοῦτον ὅσον οὐδ' ἂν εἷς οἰηθείη· οὔτ' εἴ τις πλούσιος, οὔτ' εἰ ἄλλην τινὰ τιμὴν ἔχων τῶν ὑπὸ πλήθους μακαριζομένων. ἡγεῖται δὲ πάντα ταῦτα τὰ κτήματα οὐδενὸς ἄξια καὶ ἡμᾶς οὐδὲν εἶναι. ΕΙΡΩΝΕΥΟΜΕΝΟΣ δὲ καὶ παίζων πάντα τὸν βίον πρὸς τοὺς ἀνθρώπους διατελεῖ. σπουδάσαντος δὲ αὐτοῦ καὶ ἀνοιχθέντος οὐκ οἶδα εἴ τις ἑώρακε τὰ ἐντὸς ἀγάλματα, ἀλλ' ἐγὼ ἤδη ποτ' εἶδον· καί μοι ἔδοξεν οὕτω θεῖα καὶ χρυσᾶ εἶναι, καὶ πάγκαλα καὶ θαυμαστὰ, ὥστε ποιητέον εἶναι ἐν βραχεῖ ὅ, τι κελεύοι Σωκράτης. Socrates ipſe paullò poſt εἰρωνείαν ſolitam adhibet, nam, auditis laudibus Alcibiadis, μάλα εἰρωνικῶς pulcritudinem ejus animi ſui pulcritudine majorem, ſeque οὐδὲν εἶναι dicit. Sic

&

& I. de Republica Thrasymachus non falsò, auditâ modestâ responsione Socratis, Ironiam ei exprobrat: ὦ Ἡράκλεις, inquit, αὕτη ἐκείνη ἡ εἰωθυῖα εἰρωνεία Σωκράτους: *ô Hercules, hæc illa est ironia solita Socratis.* Vide, si libet, sequentia p. 413 & 414.

Initio Menonis, quærenti Menoni, an Virtus possit doceri, ánve exercitatione comparetur, aut naturâ hominibus insit, negat omnino se scire quid sit Virtus, nedum ut sciret docerine, an secùs possit: ἐγὼ γὰρ τοσοῦτον δέω εἴτε διδακτὸν, εἴτε μὴ διδακτὸν εἰδέναι, ὡς οὐδὲ αὐτὸ ὅ, τι ποτ' ἐστὶ τὸ παράπαν ἀρετὴ τυγχάνω εἰδώς. Quod cùm repetiisset Socrates, quærit Meno, qui Thessalus erat, vellétne domum se renunciare, Socrati ignotum esse quid sit Virtus? quod Socratem non passurum putabat. At ille non tantùm hoc velle de se dici respondet, sed etiam se nondum in quemquam incidisse qui sciret, ut quidem ipsi videbatur. Sciebat, nimirum, Gorgiam Sophistam à Menone auditum, libentérque Sophistarum, omnia se scire profitentium, adrogantiam ridebat. Tum ita Menonem interrogatiunculis versat, ut ab eo ignorantiæ confessionem extorqueat, cùm se nescire Virtutem definire cogeretur fateri.

Quin & interdum se velle esse aiebat discipulum eorum, qui se scire putabant quod nesciebant, ut faciliùs eos ad modestiùs de se ipsis sentiendum adduceret. Sic in Euthydemo, non procul ab initio, ait se velle in ejus & Dionysodori fratris doctrinam se tradere; postquàm eorum eruditionem, qualis vulgò diceba-tur, exposuisset, nec ætatem suam obstituram quominùs eos magistros audiret, qui etiam ipsi in senectute usque adeò sapientes erant facti, & brevi tempore sapientiæ suæ participes alios se posse facere dicerent. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Κρίτων, ἐν νῷ ἔχω τοῖν ἀνδροῖν παραδοῦναι ἐμαυτόν· καὶ γάρ φατον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ποιῆσαι ἂν καὶ ἄλλον ὁντινοῦν τὰ αὐτὰ ταῦτα δεινόν —

αὐτῷ γὰρ τούτῳ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, γέροντε ὄντε ἠρξάσθην ταύτης τῆς σοφίας, ἧς ἔγωγε ἐπιθυμῶ, τῆς ἐριστικῆς· πέρυσι γὰρ ἢ προπέρυσι οὐδέπω ἤστην σοφώ. Attamen eos re verâ ridet Socrates, quasi meros Sophistas, quorum tota Ars in ambiguitate verborum sita erat.

Sic & in Gorgia Calliclem, qui se ejus interrogationibus expedire non poterat, æquè blandè adloquitur, ac si Calliclis discipulus fuisset: ὦ θαυμάσιε, inquit, πρᾳότερόν με προδίδασκε, ἵνα μὴ ἀποφοιτήσω παρὰ σοῦ: *ô vir mirabilis, mitiùs me doceto, ne à te fugiam.* Quo audito, queritur Callicles Socratem εἰρωνεύειν, quod re verâ fecerat.

Si discipulum se velle esse eorum, quibus cum colloquebatur, non diceret, quòd interdum juniores essent, aut quòd ea ratione loquendi offenderentur; se rem quidem, quæ agebatur, ignorare ajebat, sed velle in commune veritatem quærere, aut adjuvare quærentes profitebatur. Sic II. *Æschinis* Dialogo n. 13. se Critiam & Eryxiam docere posse negat an divitiæ sint quidpiam boni, sed auxilium in inquirenda veritate iis offert. Pariter in Gorgia, p. 305. negat se scire ea, de quibus acturus erat, aitque se unà cum Gorgia & Callicle quærere: Οὐδὲ γάρ τοι ἔγωγε εἰδὼς λέγω ἃ λέγω, ἀλλὰ ζητῶ κοινῇ μεθ' ὑμῶν.

Hanc in rem digna sunt quæ audiantur verba *Plutarchi*, quæ ea sequuntur quæ antea à nobis recitata sunt, „ Socrates, *inquit*, ratione differendi ad
„ redarguendum adpositâ instructus, eáque usus tamquam purgante medicamento, fidem sibi comparabat, quòd alios refellens nihil ipse adfirmaret;
„ magisque adficiebat, quia unà quærere veritatem,
„ non opinionem suam defendere, videbatur: τὸν οὖν ἐλεγκτικὸν λόγον ὥσπερ καθαρτικὸν ἔχων φάρμακον ὁ Σωκράτης, ἀξιόπιστος ἦν ἑτέρους ἐλέγχων, τῷ μηδὲν ἀποφαίνεσθαι· καὶ μᾶλλον ἥπτετο δοκῶν ζητεῖν κοινῇ τὴν ἀλη-

ἀλήθειαν, οὐκ αὐτὸς ἰδίᾳ δόξῃ βοηθεῖν. Sic superbiæ civium suorum, qui doctiorem pati non poterant, obviam ire conabatur vir sapientissimus. Norat suarum quemque opinionum, præsertim si earum inventorem esse se putet, cæcum amatorem esse; alienas verò omnes fastidire, nec facilè pati sibi obtrudi. Quod egregiè est à *Plutarcho* animadversum. „ Deinde, inquit, generare (*hoc est, invenire, aut* „ *quidpiam se invenisse credere*) obstat judicio, ne u- „ sui esse possit, cæcus enim est amator in re amata. „ Ex iis autem, quæ nostra sunt, nihil perinde ama- „ mus, atque opinionem & ratiocinationem, cujus „ auctores sumus; etenim divisio liberorum, quæ „ justissima esse dicitur, ad ratiocinationes quod ad- „ tinet, est injustissima; illic enim quod proprium „ est accipiendum: hìc verò quod est optimum, „ quamvis alienum esset. Hinc fit ut qui propria gi- „ gnit, alienorum sit pessimus judex. At ut Sophi- „ sta quidam dicebat Eleos optimos fore Olympico- „ rum certaminum arbitros, si in iis nullus Eleus „ certaret: sic qui de disputatione aliqua rectè volet „ pronunciare, eum æquum non est coronam ambi- „ re, aut contendere cum iis, qui certamen „ inierunt. Græcorum quippe duces, de iis qui- „ bus rei optimè gestæ laus debetur, suffragia feren- „ tes se ipsi præstantissimos omnes judicarunt; nec „ Philosophorum ullus est, cui idem non contigerit, „ exceptis iis, qui, instar Socratis, profitentur se „ proprium nihil dicere: ἔπειτα τὸ κρίνειν ὄντος ὠφελίμου τὸ γεννᾶν ἐμπόδιόν ἐστι· τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον· φιλεῖται δὲ τῶν ἰδίων οὐδὲν οὕτως ὡς δόξα καὶ λόγος ὑπὸ τοῦ τεκόντος. ἡ γὰρ λεγομένη τέκνων δικαιοτάτη διανομὴ, πρὸς λόγους ἐστὶν ἀδικωτάτη. δεῖ γὰρ ἐκεῖ λαβεῖν μὲν τὸ ἴδιον, ἐνταῦθα δὲ, κἂν ἀλλότριον ᾖ, τὸ βέλτιστον· ὅθεν ὁ γεννῶν ἴδια γίνεται φαυλότερος ἑτέρων κριτής. καὶ καθάπερ Ἠλείους τῶν Σοφι-

στῶν τις ἔφη βελτίους ἂν εἶναι τῶν Ὀλυμπίων ἀγωνοθέτας, εἰ μηδὲ εἷς Ἠλείων ἦν ἀγωνιστής, οὕτως ὁ μέλλων ἐν λόγοις ὀρθῶς ἐπιστατήσειν, οὐ δίκαιός ἐστιν αὐτὸς φιλοσοφεῖν οὐδὲ ἀνταγωνίζεσθαι τοῖς κρινομένοις. καὶ γὰρ οἱ τῶν Ἑλλήνων στρατηγοὶ τὴν περὶ τῶν ἀριστείων ψῆφον φέροντες αὐτοὺς ἀρίστους ἔκριναν ἅπαντες. (non ἅπαντας) καὶ τῶν φιλοσόφων οὐδείς ἐστιν, ὃς οὐ τοῦτο πέπονθε, δίχα τῶν, ὥσπερ Σωκράτης, ὁμολογούντων μηδὲν ἴδιον λέγειν. Verè quidem addit *Plutarchus*, „ hos demum ſe ſinceros „ & incorruptos Veritatis judices præbere : Οὗτοι δὲ καθαροὺς μόνοι καὶ ἀδεκάστους τῆς ἀληθείας παρέχουσιν ἑαυτοὺς δικαστάς: ſed cùm Socrates multa, quaſi ſua, adfirmaret, apud diſcipulos, Veritatis cognoſcendæ cupidos; diſſimulatione ſolita uſum, apud pertinaces & eruditione, ſcilicet, ſuâ tumentes, potiùs crediderim.

Nec aliò retulerim quòd ait in Theæteto, p. 117. ſe obſtetricis filium eſſe, eamdémque Artem, ac matrem, profiteri; nimirum, μαιευτικὴν τέχνην, quâ ingeniorum veluti obſtetrix erat; dum, interrogationibus ſuis, eos quibuſcum verſabatur paullatim adducebat ad pariendum; hoc eſt, ad Verum ex principiis colligendum. Quod videre licet in Dialogis, qui propterea μαιευτικοὶ dicuntur, de quibus *Diogenes Laërtius*, Lib. III. §. 59. Ejus generis eſt Dialogus II. *Æſchinis* de Divitiis, & pars maxima primi. Rem elegantiſſimè deſcribit, loco Theæteti memorato, unde aliquot verba huc transferemus. „ Maximum, „ inquit, hoc ineſt Arti noſtræ, poſſe omni ratione „ examinare, an inanem ; falſúmque fœtum parturiat intellectus juvenis, an verò vitalem & verum: μέγιστον δὲ τοῦτ' ἔνι τῇ ἡμετέρᾳ τέχνῃ βασανίζειν δυνατὸν εἶναι παντὶ τρόπῳ πότερον εἴδωλον καὶ ψεῦδος ἀποτίκτει τοῦ νέου ἡ διάνοια, ἢ γόνιμόν τι καὶ ἀληθές. Intelligebat facilè, dum interrogatiunculis juvenes premebat, an intelligerent quod dicebat, ánque ratioci-

cinatione suâ ejus ductum sequi, & consectaria secum ex iis quæ concesserant elicere possent. Sin minùs, nullâ re gravidam eorum mentem esse judicabat, eósque urgere desinebat. Quorum verò ingenium quidpiam pepererat, hoc est, ex insitis notitiis ad veritatem antea ignotam veluti per se, à Socrate adjutum, pervenerat; ii verò gaudebant quasi invento suo, Socratémque libenter, non ut Magistrum, sed ut Veritatis, communis omnium Magistræ, condiscipulum audiebant. Ideóque Socrates à se quidquam inventum negabat, sempérque aliis inventionis gloriam omnem tribuebat. „ Idem, *inquiebat*, mihi „ contingit, quod obstetricibus, (*quæ eo munere non „ fungebantur, nisi cùm ipsæ parere desierant*) sterilis „ sum sapientiæ. Quod multi mihi jam exprobrarunt, „ quia alios quidem interrogo, sed ipse de nulla re „ respondeo, quòd nulla sapientia præditus sim; id „ verè exprobrant. Cujus rei hæc est causa; Deus „ me obstetricari cogit, ne generem (*ne inveniam, „ doceámque quasi à me inventum*) impediit. Non sum „ ergo ipse ulla in re admodum sapiens, neque ullum mihi est ejusmodi inventum, quod animi mei „ fœtus fuerit. Τό γε καὶ ἐμοὶ ὑπάρχει, ὅπερ ταῖς μαίαις· ἄγονός εἰμι σοφίας· καὶ ὅπερ ἤδη πολλοί μοι ὠνείδισαν, ὡς τοὺς μὲν ἄλλους ἐρωτῶ, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀποκρίνομαι περὶ οὐδενὸς, διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν σοφὸν, ἀληθὲς ὀνειδίζουσι· τὸ δὲ αἴτιον τούτου τόδε· μαιεύεσθαί με ὁ Θεὸς ἀναγκάζει, γεννᾶν δὲ ἀπεκώλυσεν. εἰμὶ δὲ οὖν αὐτὸς μὲν οὐ πάνυ τι σοφός· οὐδέ τι μοι ἔστιν εὕρημα τοιοῦτον γεγονὸς τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἔκγονον. Quibus in verbis, est tamen εἰρωνεία Socratis, qui non poterat aptè interrogare, & obstetricari aliis; nisi jam ei constaret, quò respondentes adducere rogando vellet.

Tum de profectibus Discipulorum loquitur, quorum nonnulli, οἷσπερ ἂν ὁ Θεὸς παρείκῃ, *quibus hoc*

Deus

Deus concederet, mirabilem peritiam Philoſophiæ conſequebantur; „ quamvìs liqueret eos nihil ab eo „ diſcere, ſed multa eáque egregia à ſe ipſis inve„ niſſe & retinuiſſe: τοῦτο ἐναργὲς, inquit, ὅτι παρ' ἐμοῦ οὐδὲν πώποτε μαθόντες, ἀλλ' αὐτοὶ παρ' αὐτῶν πολλὰ καὶ καλὰ εὑρόντες τε καὶ κατέχοντες. Contrà oſtendit eos, à quibus deſerebatur, nihil vitale & verum, ſed tantùm ψεύδη καὶ εἴδωλα peperiſſe, & indoctos omnibus viſos; quos tamen in meliorem viam revocaſſet interdum ad ſe reduces. Addit etiam ſe „ eos qui fecundi non videbantur (*hoc eſt*, *Veritatis* „ *amore minimè capti*, *nec ei inveniendæ apti*) cùm „ ſciret eos ejus (*obſtetricia*) opera non indigere, li„ benter aliis in matrimonium dare; &, ut cum Deo „ loquar, *inquit*, acutè conjicio quibuſcum verſan„ tes juvari queant. Quorum multos quidem Pro„ dico tradidi, multos verò etiam aliis ſapientibus, „ & divinis hominibus: οἳ ἂν μοι μὴ δόξωσι πως ἐγκύμονες εἶναι, γνοὺς ὅτι οὐδὲν ἐμοῦ δέονται, πάνυ εὐμενῶς προμνῶμαι· καὶ, σὺν Θεῷ εἰπεῖν, πάνυ ἱκανῶς τοπάζω, οἷς ἂν συγγενόμενοι ὄναιντο. ὧν πολλοὺς μὲν ἐξέδωκα Προδίκῳ, πολλοὺς δὲ ἄλλοις σοφοῖς τε καὶ θεσπεσίοις ἀνδράσι.

Hoc etiam in docendo eximium habuit Socrates, quòd numquam iraſceretur tardioribus, aut pertinacioribus; ne tum quidem cùm ſtolidiùs, aut ſuperbiùs ei reſponderent; ſed humanitate & comitate ſingulari eos excitare, aut ab errore revocare conaretur. Apud *Xenophontem*, multa occurrunt ejus rei exempla, multa apud *Platonem*. Legatur vel unus Gorgias, in quo Calliclem, ferociter inſultantem, blandiſſimè excipit. Cùm Callicles ejus interrogatiunculis ſe ſe expedire non potuiſſet, ſed planè eſſet captus, ſenem objurgat, (p. 298.) quòd non deſineret φλυαρεῖν, *ineptè garrire*, & tam grandis natu cùm eſſet, ὀνόματα θηρεύειν, *aucupari verba*. Quid ad hæc

So-

Socrates? Σοφώτατον & θαυμάσιον vocat, iterúmque cum eo ratiocinari incipit, eadem mansuetudine, qua erga modestum discipulum usus fuisset. Postea tamen cùm respondere ampliùs nollet Callicles, paullò vehementiùs & continuâ quidem oratione utens disputat Socrates, sed sine ira & conviciis.

Alioquin, ut verbis *Plutarchi* è libro de Amici & Adulatoris discrimine, p. 72. Tomi II. „ ita sensim juvenes redarguebat, quasi nec ipse inscitiæ „ immunis esset, sed putaret se debere unà cum illis „ Virtuti operam dare & Veritatem quærere. Ete- „ nim benevolentiam & fidem sibi comparant, qui „ in iisdem peccasse, & qui castigare amicos, ut se „ ipsos, videntur. At qui gloriatur, dum alii de- „ trahit, quasi sincerus & lapsûs expers esset, nisi „ sit ætate valde provectâ, & dignitatem indubita- „ tam virtute & gloriâ nactus sit; pro importuno & „ molesto habetur, nec quidquam prodest: οὕτως ἀτρέμα τοὺς νέους ἤλεγχεν, ὡς μηδ' αὐτὸς ἀπηλλαγμένος ἀμαθίας, ἀλλὰ μετ' ἐκείνων οἰόμενος δεῖν ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι καὶ ζητεῖν τὸ ἀληθές. καὶ γὰρ εὔνοιαν καὶ πίστιν ἔχουσιν οἱ τὰ αὐτὰ ἁμαρτάνειν, ἐπανορθοῦσθαι δὲ τοὺς φίλους ὥσπερ αὑτοὺς δοκοῦντες· ὁ δὲ σεμνύνων ἑαυτὸν ἐν τῷ κολάζειν ἕτερον, ὡς δή τις εἰλικρινὴς καὶ ἀπαθὴς, ἂν μὴ πολὺ καθ' ἡλικίαν ἢ προσήκων, μηδὲ ἔχων ἀρετῆς ὁμολογούμενον ἀξίωμα καὶ δόξης, ἐπαχθὴς φανεὶς καὶ βαρὺς οὐδὲν ὠφέλησεν. Mansuetudinem Socrati veluti propriam laudavit etiam judex harum rerum eximius *Epictetus*, apud *Arrianum* Lib. II. cap. 12. verbáque ejus proferremus, nisi jam adduxissemus Logicæ P. IV. C. IX. ad §. 5.

Ut personam Magistri & viri eruditi prorsus deponeret, etiam humili & neglecta eloquutione utebatur. „ Si quis, inquiebat Alcibiades in Convivio „ *Platonis*, velit audire Socratis sermones, valde ri- „ diculi ei primùm videntur, talia & nomina & ver- „ ba

„ ba extrinsecus iis quæ vult contumeliosi Satyri pellem circumponunt! Asinos enim loquitur tardos, & nescio quos fabros ærarios, & sutores & coriarios; sempérque iisdem verbis eadem dicere videtur. Itaque imperiti omnes & imprudentes ejus sermones irriserint. Sed si quis eos apertos viderit & intus fuerit, primùm iis solis sermonibus sententiam inesse videbit, deinde summopere divinos, statuas multas Virtutis habentes, ad multa eos pertinere, imò verò ad omnia, quæ spectare decet eum, qui probus & honestus vir esse velit. Ei ἐθέλοι τις τῶν Σωκράτους ἀκούειν λόγων, φανεῖεν ἂν πάνυ γελοῖοι τοπρῶτον, τοιαῦτα καὶ ὀνόματα, καὶ ῥήματα ἔξωθεν περιαμπέχονται Σατύρου ἄν τινα ὑβριστοῦ δορὰν· ὄνους γὰρ κανθηλίους λέγει, καὶ χαλκέας τινὰς, καὶ σκυτοτόμους, καὶ βυρσοδέψας, καὶ ἀεὶ διὰ τῶν αὐτῶν τὰ αὐτὰ φαίνεται λέγων· ὥστε ἄπειρος καὶ ἀνόητος ἄνθρωπος πᾶς ἂν τῶν λόγων καταγελάσειε· διοιγομένους δὲ ἰδὼν ἄν τις, καὶ ἐντὸς αὐτῶν γιγνόμενος, πρῶτον μὲν νοῦν ἔχοντας ἔνδον μόνους εὑρήσει τῶν λόγων, ἔπειτα θειοτάτους καὶ πλεῖστα ἀγάλματα ἀρετῆς ἐν αὐτοῖς ἔχοντας, καὶ ἐπὶ πλεῖστον τείνοντας, μᾶλλον δὲ ἐπὶ πᾶν ὅσον προσήκει σκοπεῖν τῷ μέλλοντι καλῷ κἀγαθῷ ἔσεσθαι. Hisce verbis Socratem laudare desinit Alcibiades, unde fortè colligere liceat Dialogos fermè omnes Socratis, quos habemus apud *Platonem* & *Xenophontem*, à doctissimis illis Socratis discipulis fuisse nonnihil ornatos; ubique enim stylum animadvertere est tersum & elegantem, quamvis multa sint quæ sermonem familiarem redolent; quod omnino fieri debuit, nisi, pro Philosopho cum amicis colloquente, declamantem Sophistam inducere, præter decorum, voluissent.

Quæ hactenus dixi ad Ironiam in verbis, quibus docebat, sitam pertinent; sed fuit & altera, quæ ad mores aliquomodo pertinuit. Vitia erant, quæ usque adeò grassabantur inter Athenienses, ut omnes tandem

dem

dem eorum depuduisset. Ejusmodi erat nefanda illa *παιδεραστία*, quâ plena sunt non Comicorum tantùm, sed etiam Philosophorum, & *Platonis* quidem Scripta. Ea re me valde offensum fateor, & quia non putabam Socratem ejusmodi flagitii reum esse potuisse, totam rem in *Platonem* conjiciebam; qui Magistro verba mutua fortè dedisset, qualibus numquam usus erat. Commotus eram judicio non veterum tantùm Christianorum, qui talia *Platoni* exprobraverant, sed etiam ipsorum Philosophorum Ethnicorum, eorúmque Socrati & Platoni bene volentium. *Maximus* Tyrius Dissert. VIII. eam in Socratem adcusationem profert, quam eluere omni arte conatur, cùm in illa, tum in tribus sequentibus Dissertationibus; sed, ut mihi quidem videtur, non satis commodè. Solebat dicere Socrates „ se esse famulum amoris, se esse „ albam lineam ad pulcros (*hoc est*, *promiscuè omnes* „ *formosos amare*) & in arte amandi peritum. Ma„ gistras etiam hujus artis agnoscit se habuisse Aspa„ siam & Diotimam Mantinicam; & discipulos ejus „ adsumit superbissimum Alcibiadem, Phædrum di„ vinum caput, adolescentulum Lysin & pulcrum „ Charmidem. Nullam quoque amatoriam actio„ nem, aut adfectum dissimulat, sed liberè omnia „ ordine effundit. Amore Charmidis sibi palpitare „ cor dicit, & intumescere corpus; percellisse & fure„ re, non secus quàm Bacchæ solent, propter Al„ cibiadem; ad Autolycum, non aliter quàm noctu „ ad lumen aliquod, se convertere oculos. Rursus „ in sua, quam ex optimis civibus constituit, Re„ publica, cùm leges ponit iis qui se fortissimè ges„ sissent, non coronas, aut statuas, Græcanicas nu„ gas, iis dono dat, sed ut fortissimo viro liceat os„ culari quemcumque ex formosis voluerit. O mi„ randum præmium! *φησὶν ὅτι ἐςὶ θεράπων Ἔρωτος καὶ λευκὴ ςάθμη πρὸς τοὺς καλοὺς, καὶ τὴν τέχνην δεινός.*

νός. Ἀλλὰ καὶ διδασκάλους ἐπιγέγραπται τῆς τέχνης Ἀσπασίαν τὴν Μιλησίαν καὶ Διοτίμαν τὴν Μαντινικήν, καὶ μαθητὰς λαμβάνει τῆς τέχνης Ἀλκιβιάδην τὸν γαυρότατον, καὶ Φαῖδρον τὴν θείαν κεφαλήν, καὶ Λύσιν τὸ μειράκιον καὶ Χαρμίδην τὸν καλόν. Ἀποκρύπτεται δὲ οὐδὲν τῶν τοῦ ἔρωτος οὔτε ἔργον, οὔτε πάθος, ἀλλὰ ἔοικε πάντα ἑξῆς παρρησιαζομένῳ. Πηδᾷν δὲ αὐτῷ τὴν καρδίαν ἐπὶ Χαρμίδῃ καὶ οἰδεῖν τὸ σῶμα· ἐπτοῆσθαι δὲ καὶ ἐνθουσιᾷν, καθάπερ τὰς Βάκχας, ἐπὶ Ἀλκιβιάδῃ· ἐπιστρέφεσθαι ἐπ' Αὐτόλυκον τὰ ὄμματα, ὥσπερ ἐν νυκτὶ ἐπὶ φέγγος. Πόλιν δὲ οἰκίζων ἀγαθῶν ἀνδρῶν, τιθεὶς νόμους τοῖς ἀριστεύουσι, οὐ στέφανον, οὐδὲ εἰκόνας, τὰς Ἑλληνικὰς φλυαρίας, δωρεῖται, ἀλλ' ἐξεῖναι φιλεῖν τῷ ἀρίστῳ εἰ δή τινα ἂν θέλῃ τῶν καλῶν· ὢ θαυμασίου γέρας. Alia plura hanc in rem habet *Maximus*, quæ apud ipsum legentur.

Sed re probè expensâ, hanc quoque partem Ironiæ Socraticæ esse existimavi; qui licèt castissimè viveret, haud aliter interdum loqueretur, ac alii vulgò solebant; ne eum, quasi hominem tetricum, & qui cum aliis versari vix posset, refugerent. Numquam quemquam ab ejusmodi fœdis amoribus revocare potuisset, si cœtus hominum vitasset, acrique & mordace oratione eorum mores, prout digni erant, insectatus fuisset. Cùm cuperet juvenes præsertim, quorum animus flexilior est, ad meliorem frugem adducere, libenter eorum cœtibus, sermonibúsque intererat, conabatúrque humanitate suâ eos sibi devincire; quo fiebat ut interdum insanorum sermones imitaretur, & insanire se simularet, ut ab insania paullatim eos revocaret. Nec prætermittebat umquam animi sui aperiendi commodam occasionem, ut ex multis *Xenophontis* & *Platonis* locis intelligere est, quæ partim indicabo, nam ea proferre longum esset. Vide ergo *Xenophontis* ἀπομνημ. Lib. I. c. III, 8. & seqq. Lib. IV. C. I, 2, συμποσ. C. IV, 24. VIII, 26. & seqq.

Sic

Sic & in Alcibiade I. p. 36. ait eos, qui Alcibiadis corpus amaverant, abiisse, postquàm flos ille pueritiæ, quem sequebantur, evanuisset; sed amantem animi ejus non abire, donec Alcibiades melior factus esset; se autem ejusmodi esse, qui maneret, postquàm ceteri dilapsi erant: ὁ μὲν τοῦ σώματος σοῦ ἐρῶν, ἐπειδὴ λήγει ἀνθοῦν, ἀπιὼν οἴχεται —— ὁ δέ γε τῆς ψυχῆς ἐρῶν οὐκ ἄπεισιν ἕως ἂν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἴῃς —— οὐκοῦν ἐγώ εἰμι ὁ οὐκ ἀπιὼν, ἀλλὰ παραμένων, λήγοντος τοῦ σώματος, τῶν ἄλλων ἀπεληλυθότων. Nec erant hæc verba tantùm, sed re ipsâ ostendit Socrates, ab Alcibiade tentatus, se ab omni nequitia ex animo abhorruisse; ut ex narratione & jurejurando Alcibiadis, quæ exstant in Convivio Platonico, constat. Scio Epicureos invectos esse in summum virum, nec jurijurando Alcibiadis fidem habuisse; sed meræ sunt impurorum hominum calumniæ, ex mentiendi & Vitii laudandi libidine natæ. Quis credat hominem, sordidè vestitum, nudis pedibus ambulantem, senem atque ita deformem, ut Satyris & Silenis conferretur, quod nos docent *Plato* & *Xenophon*, in Conviviis, potuisse adolescentulos nobiles, divites, deliciis diffluentes, mundóque cultu, & nobilibus, divitibúsque amatos ad turpe obsequium sibi præstandum pellicere? Non modò pauperrimus, sed & contemtor divitiarum fuit; quod & voluptates ab eo spretas ostendit, cùm voluptatum & munditiei necessarium instrumentum sint divitiæ. Itaque sermones Socratis, alios imitantis, sunt habendi, ut dixi, quasi pars Ironiæ, quâ solebat uti, ut ne corruptas aures offenderet. Dentur hæc temporibus & moribus Gentis, non homini tribuantur, qui ab iis abhorrebat, eáque, occasione datâ, aut etiam captatâ, damnabat. Quod si discipulorum nonnulli interdum induxere eum dicentem, quæ minùs cum sanctissimis ejus moribus & seriis sermonibus consentiunt; iis pesti-

ſtilente aurâ temporum ſuorum nonnihil adflatis, aut nimiùm ſuæ Gentis moribus gratificantibus tribuantur, non Magiſtro.

III. Nihil frequentius fuit, in Socratis ſermonibus, ignorantiæ profeſſione, qua de re multis in Platonica Apologia, ab initio. Narrat ſe non poſſe capere quî Pythia, ſciſcitanti Chærephonti, an quiſquam Socrate ſapientior eſſet, reſpondiſſet neminem; niſi fortè quòd meliùs quàm alii intelligeret, ſe nihil ſcire; quod unum diſcrimen inter ſe & eos, qui ſe ſapientes putabant, eſſe ſentiebat. „ Hic quidem „ putat, *inquit*, *de neſcio quo*, *qui ſe ſapientem credebat*, *convictúſque inſcitiæ ab ipſo erat*, „ ſe aliquid „ ſcire, cùm nihil ſciat; ego verò quemadmodum „ neſcio: ſic me neſcire puto. Οὗτος μὲν οἴεταί τι εἰδέναι οὐκ εἰδὼς, ἐγὼ δὲ, ὥσπερ οὖν οὐκ οἶδα, οὐδὲ οἴομαι.

Profectò ſi eorum temporum Diſciplinas ſpectemus, facilè deprehendemus exiguam admodum fuiſſe rerum ſcitu dignarum veram cognitionem. Philoſophia vix erat inchoata, & in Phyſicis quidem maximæ erant, ut notum eſt, tenebræ, quas nec plurium ſæculorum ingenia diſcutere potuere. Quare Socrates, iis dimiſſis, aliò ſe convertit. In Morali diſciplina, tam parum profecerant, ut definitionem Virtutis nondum inveniſſent, ſicut oſtendit Socrates, in *Menone*; nec juſtum ab injuſto ſecernerent, ut ex primo & ſecundo *de Republica* intelligere eſt. Adeò cæci erant in Religione, ut peſſimè ſentirent de Diis, nec ſcirent quid ſanctum & pium eſſet, ut liquet ex *Euthyphrone*; aut quomodo Deus eſſet orandus, quod adparet ex poſteriore *Alcibiade*. Ne Mathematicis quidem, ut nunc vocantur, diſciplinis addicti, quorum labor circa ſcientias certiſſimas verſabatur, poterant ἐπιστήμην definire, quod in *Theæteto* demonſtrat Socrates. Dialectici & Rhetores nihil eſſe certum

tum putabant. Pro omnibus & contra omnia argutari & dicere erant parati, quod profitebantur Dionysodorus & Euthydemus; de quibus in Dialogo, qui de nomine posterioris adpellatur. „ Possunt semper, *inquit Socrates*, oratione oppugnare & arguere quod dicitur, eodémque modo, sive sit falsum, „ sive sit verum. Δείνω γεγόνατον ἐν τοῖς λόγοις μάχεσθαί τε καὶ ἐξελέγχειν τὸ ἀεὶ λεγόμενον ὁμοίως, ἐάν τε ψεῦδος, ἐάν τε ἀληθὲς ᾖ. Protagoras etiam dicere solebat *hominem esse rerum mensuram*, χρημάτων εἶναι μέτρον ἄνθρωπον, ut est in Theæteto p. 122. quod perinde est ac nullam esse Veritatem, sed unumquemque pro vero id habere, quod sibi videretur. Unde verò hæc Rhetorum aut Dialecticorum effrenis audacia, nisi quia rarò incidebant in homines, qui eorum garrulitatem coërcere possent? Eadem de causa, adolescentes qui eos audierant, & qui ad grandiorem ætatem pervenerant, usque adeò sibi fidebant, ut absurdissimis quibúsque defendendis, aut manifestissimis oppugnandis essent parati; quod ex Calliclis cum Socrate disceptatione, quæ est in *Gorgia*, videre est.

Socrates quidem sibi sat conscius erat multos errores posse à se confutari, multáque à se posse pleróque discere; sed cùm vir perspicax & ingeniosus suam eruditionem expendebat, & cum eo, quod ignorabat & scire cupivisset, contendebat, quàm curta esset sibi supellex facilè intelligebat. Quamobrem se nihil scire profitebatur, præter hanc ipsam suam ignorantiam. Innumera videbat quæ fugeret, pauca quæ sequeretur. „ Solum ergo Deum esse verè sapientem, & in oraculo illo (*quod memoravimus*) „ hoc dicere putabat, humanam sapientiam parvi, „ imò nihili pendendam esse; quòd verò Socratem „ dixisset, usum esse suo nomine, & exempli instar „ ipsum protulisse; quasi dixisset: is demum vestrûm,

 „ ô ho-

„ ô homines, ſapientiſſimus eſt, qui, ut Socrates, intellexit ſe re verâ nullius eſſe pretii, ad ſapientiam quod adtinet. Κινδυνεύει τῷ ὄντι ὁ Θεὸς σοφὸς εἶναι, καὶ ἐν τῷ χρησμῷ τούτῳ τοῦτο λέγειν ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη σοφία ὀλίγου τινὸς ἀξία ἐστὶ καὶ οὐδενός. Καὶ φαίνεται τούτου λέγειν τὸν Σωκράτην, προσκεχρῆσθαι δὲ τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐμὲ παράδειγμα ποιούμενος. ὥσπερ ἂν εἴποι ὅτι οὗτος ὑμῶν, ὦ ἄνθρωποι, σοφώτατός ἐστιν, ὅστις ὥσπερ Σωκράτης ἔγνωκεν ὅτι οὐδενὸς ἄξιός ἐστι τῇ ἀληθείᾳ πρὸς σοφίαν. Quod *Cicero* ſic interpretatus eſt Acad. Quæſt. Lib. I. c. 4. *Ob eam rem arbitrari ſe ab Apolline ſapientiſſimum eſſe dictum, quòd hæc eſſet una omnis ſapientia, non arbitrari ſe ſe ſcire quod neſciat.* Ubi, pro *omnis*, legendum videtur *hominis.*

Verúmne ſit, quod de oraculo narrat, an ſecus, neſcio; ſed ejus interpretatio Socratis Modeſtiæ debebatur, ex vero eruditionem ſuam æſtimantis, eámque nihili facientis, ſi cum divina conferretur; & partim etiam Ironiæ, cùm apud homines agendum ita eſſet, ne ſibi nimiam invidiam conflaret, quâ & tandem deflagravit, ſi ſe ſcire dixiſſet quod videbat ab aliis ignorari. Itaque cùm eos confutare vellet, ut intelligerent ſibi etiamnum eſſe Veritatem quærendam, quam poſtea erat traditurus, aut communi labore cum iis quæſiturus; valde ſibi cavebat ne rem, de qua diſceptabat, ſcire videretur. Ut Veritatis amorem in eorum animis accenderet, ſimúlque invidiam, quam dixi, amoliretur, aiebat etiam ſe „ eorum numero eſſe qui libenter argui ſe patiuntur, ſi quid dicerent quod non eſſet verum; quique etiam libenter alios arguerent, ſi quid ſimile iis contingeret; nec minùs jucundè arguerentur, quàm arguerant. Tanto enim, *inquiebat*, majus id bonum exiſtimo, quanto majus bonum eſt maximo quodam liberari ipſum malo, quàm alios liberaſſe. Nullum enim tantum malum eſſe puto homini, „ quan-

„ quantum eſt ei prava opinio. Ἐγὼ δὲ τίνων εἰμί; τῶν ἡδέως μὲν ἂν ἐλεγθέντων, εἴ τι μὴ ἀληθὲς λέγοιμι· ἡδέως δ' ἂν ἐλεγξάντων, εἴ τις τι μὴ ἀληθὲς λέγοι· οὐκ ἀηδέστερον μέντ' ἂν ἐλεγθέντων, ἢ ἐλεγξάντων· μεῖζον γὰρ αὐτὸν ἀγαθὸν ἡγοῦμαι ὅσῳπερ μεῖζον ἀγαθόν ἐστιν αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι κακοῦ τοῦ μεγίστου, ἢ ἄλλον ἀπαλλάξαι. οὐδὲν γὰρ οἶμαι τοσοῦτον κακὸν εἶναι ἀνθρώπῳ, ὅσον δόξα ψευδής.

Ex aliorum autem examine, aut confutatione, nati ſunt multi Dialogi, qui apud *Platonem* exſtant, πειραστικοὶ, ἐλεγκτικοὶ ac ἀνατρεπτικοὶ, in quibus Philoſophus non tam ſuam ſententiam exponit, quàm alienam explorat, aut confutat. Quinam ſint indicabit *Diogenes Laërtius*, aut titulus etiam unius cujuſque Dialogi, in *Platonis* operibus.

De hiſce Dialogis intelligendum quod habet *Cicero*, Academ. Quæſt. Lib. I. cap. 4. ubi de Socrate: *Hic in omnibus ferè ſermonibus, qui ab iis, qui illum audierunt perſcripti variè, copioſè ſunt, ita diſputat, ut nihil adfirmet ipſe, refellat alios; nihil ſe ſcire dicat, niſi id ipſum, eóque præſtare ceteris, quod illi quæ neſciant ſcire ſe putent, ipſe ſe nihil ſcire id unum ſciat.* Tum de Oraculo agit, de quo diximus, verbáque habet, quæ antea protulimus.

Ex iis quæ jam diximus non difficile eſt intellectu, Socraticam Ironiam minimè fuiſſe tantùm figuram Rhetoricam, aut hominis facetias captantis ſermonem, ut videtur crediſſe *Cicero*, qui in Bruto, Cap. LXXXV. ſic Atticum loquentem inducit: *Ego ironiam illam, quam in Socrate dicunt fuiſſe, qua ille in Platonis & Xenophontis & Æſchinis libris utitur, facetam & elegantem puto. Eſt enim & minimè inepti hominis, & ejuſdem etiam faceti, cùm de ſapientia diſceptetur, hanc ſibi ipſum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam ſibi adrogant; ut apud Platonem Socrates in cœlum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam,*

giam, ceteros; se autem omnium rerum inscium fingit & rudem. Decet hoc nescio quomodo illum; nec Epicuro, qui id reprehendit, adsentior. Alibi etiam similia habet, ut Lib. II. de Oratore, c. 67. Ego verò Sophistas quidem irrideri potuisse, iis verbis, quibus usus est Socrates, facilè concedo. Attamen facetias & elegantias captare potissimùm hac in re non puto; sed superbiam eorum, qui se omnia scire putabant, veluti placare & minuere, vitaréque invidiam, quæ ei imminebat, si se eis prætulisset, aut etiam æquasset. Præterea cùm Socrates, tantus vir & tam acutus, apertè ignorantiam suam fateretur, partim verè, partim solitâ illâ dissimulantiâ, qua utebatur; juniores minùs pudebat ignaros se esse fateri, poterántque paullatim & ipsi grandiores natu ad similem modestiam adduci. Sine hac autem, nulla ignorata veritas inveniri potest; nam, ut optimè Socrates, in *Alcibiade* priore, nemo scire potest quod numquam quæsivit, neque quisquam quæsivit, quod se scire putabat. Primus ad veram eruditionem gradus est suam ignorantiam intelligere. Hæ causæ fuerunt, ut quidem videtur, dissimulationis Socratis, non jocandi & irridendi studium.

Attamen interdum, cùm quempiam probè confutaverat, & ad silentium adegerat, ut Calliclem, in *Gorgia*, si ei ferociter resistere pergeret, aut eum irrideret; paullò apertiùs agebat, adfirmabátque non obscurè quod antea interrogatiunculis, quasi veritatem inquirens, expresserat. „ Aut refellendus, *inquiebat*, ille sermo nobis est, quasi non justitiæ temperantiæque possessione beati sint, qui sunt beati; nec vitii, qui sunt miseri. Vel si verus est, videndum, quid inde consequatur. Ἢ ἐξελεγκτέος δὴ οὗτος ὁ λόγος ἡμῖν ἐστιν, ὡς οὐ δικαιοσύνης ἢ σωφροσύνης κτήσει εὐδαίμονες, οἱ εὐδαίμονες· κακίας δὲ οἱ ἄθλιοι. ἢ εἰ οὗτος ἀληθής ἐστι, σκεπτέον τινὰ τὰ συμ-

βαί-

βαίνοντα. Tum consequentia narrat, contenditque turpiùs esse injuriam facere, quàm pati, nec quidquam dissimulat, quamvis solitæ modestiæ memor sit. „ Semper, *inquit*, mihi eadem est oratio; me, videlicet, nescire quomodo se hæc habeant; attamen „ nullus eorum in quos incidi, quemadmodum nunc „ in vos, non potuit aliter loquendo ridiculus non videri: Ἔμοιγε ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶν ἀεὶ, ὅτι ἐγὼ ταῦτα οὐκ οἶδα ὅπως ἔχει· ὅτι μέντοι ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα, ὥσπερ νῦν, οὐδεὶς οἷός τ' ἐστὶν ἄλλως λέγων μὴ οὐ καταγέλαστος εἶναι.

Maxima autem erat confutandi vis in Socrate, quòd antequàm quidquam de re, quæ agebatur, diceret, ex ore ejus quicum disceptabat eliciebat principia; quibus admissis, quasi consectarium, id, quod probare statuerat, sequebatur. Cogebat enim eo modo arte dialogisticâ, quam mirum in modum callebat, eos semetipsos damnare; ita ut non tam ipse homines redarguere, quàm ipsi se viderentur. Sic cùm in *Alcibiade* priore, p. 28. ostendisset certis exemplis, de quibus consenserat Alcibiades, Vulgus Græcorum ignorasse quid justum, quidve injustum esset, inde sequebatur Alcibiadem à Vulgo non potuisse discere quænam illa essent. Respondit ergo coactus Alcibiades: *Ex iis quæ tu dicis, non videtur:* Ἐκ μὲν ὧν σὺ λέγεις, οὐκ εἰκός. Socrates verò, *vides iterum*, inquit, *Alcibiades, hoc te rectè non dixisse?* Ὁρᾷς αὖ τοῦθ' ὡς οὐ καλῶς εἶπες, ὦ Ἀλκιβιάδη; quod cùm non intelligeret Alcibiades, quærit *quid sit*, quod minùs rectè dixerit: τὸ ποῖον; reponitque Socrates: *quod dicis me hæc dicere:* ὅτι ἐμὲ φὴς ταῦτα λέγειν, nimirum, hoc sequi, quod dixi, ex verbis Alcibiadis; qui tamen nondum adsequutus quid Socrates vellet, *quid?* inquit, *non tu dicis me justi & injusti ignarum esse?* τί δέ; οὐ σὺ λέγεις ὡς ἐγὼ οὐδὲν ἐπίσαμαι περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων; ostendit ergo

Socrates hoc ipsum non interrogationibus suis, sed responsis Alcibiadis contineri, quod cùm esset Alcibiades confessus, ita porrò pergit Philosophus: *annon dictum est rerum justarum & injustarum imperitum esse formosum Alcibiadem, Cliniæ filium, putasse tamen* se scire, *iturúmque in concionem consilium daturum Atheniensibus, de iis quæ nesciret? Annon hæc erant?* Οὐκοῦν ἐλέχθη ὅτι περὶ δικαίων καὶ ἀδίκων Ἀλκιβιάδης ὁ καλὸς, ὁ Κλεινίου, οὐκ ἐπίσταιτο, οἴοιτο δὲ, καὶ μέλλοι εἰς ἐκκλησίαν ἐλθὼν συμβουλεύσειν Ἀθηναίοις, περὶ ὧν οὐδὲν οἶδεν; οὐ ταῦτ' ἦν; *Videri* respondet Alcibiades: φαίνεται. Dein Socrates, *Euripidis illud nunc contingit, ô Alcibiades, videris hæc à te audivisse, non à me. Ego hæc non dico, sed tu. Frustra ergo me incusas:* τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἄρα συμβαίνει, ὦ Ἀλκιβιάδη, σοῦ τάδε κινδυνεύεις, ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ, ἀκηκοέναι· οὐδ' ἐγώ εἰμι ὁ ταῦτα λέγων, ἀλλὰ σύ· ἐμὲ δὲ αἰτιᾷ μάτην. Quod fatetur Alcibiades.

Respicit autem, ut hoc obiter moneam, ad *Hippolyti* versum 352. ubi cùm Phædra se amare dixisset & nutrix Hippolytum nominasset, subjecit Phædra, quæ nomine eum adpellare ausa non fuerat: σοῦ τάδ', οὐκ ἐμοῦ, κλύεις, *à te hæc audis, non à me.* Jam hoc olim animadverterat *M. Antonius Muretus*, Var. Lect. Lib. V. c. 20 quod nec adnotare omisit vir doctissimus *Josua Barnesius*.

Sic & cum Polo, in *Gorgia*, disceptans negat, p. 291 „ se existimaturum quidquam memoratu di-
„ gnum se præstitisse, circa ea, de quibus loquebatur;
„ nisi eum ipsum, cum quo colloquebatur, unum tes-
„ tem eorum quæ dicebat fatentem præbuisset. Ἐγὼ δὲ ἂν μὴ σὲ αὐτὸν ἕνα ὄντα μάρτυρα παράσχωμαι, ὁμολογοῦντα περὶ ὧν λέγω, οὐδὲν οἶμαι ἄξιον λόγου πεπεράνθαι, περὶ ὧν ἂν ἡμῖν ὁ λόγος ᾖ. Idem etiam repetit in sequentibus, quò respexit *Epictetus*, in loco à nobis adlato, Log. P. IV. ad C. IX, 5.

Opti-

Optimè ergo alter ille eximius Socratis diſcipulus, Ἀπομνημ. Lib. IV. C. VI, 15. Ὁπότε δὲ αὐτός τι τῷ λόγῳ διεξίοι, διὰ τῶν ὁμολογουμένων ἐπορεύετο, νομίζων ταύτην τὴν ἀσφάλειαν εἶναι λόγου· τοιγαροῦν πολὺ μάλιστα ὧν ἐγὼ οἶδα, ὅταν (ſic pro ὅτι legendum) λέγοι τοὺς ἀκούοντας ὁμολογοῦντας παρεῖχε. *Cùm ipſe aliquid oratione percurrebat, per ea progrediebatur, quæ maximè eſſent in confeſſo, quòd eſſe hunc modum tutò ratiocinandi putaret. Itaque cùm aliquid dicebat omnium maximè, quos ego novi, auditores ut adſentirentur efficiebat.* Si ea, de quibus ei conveniebat cum eo, quicum colloquebatur, eſſent vera, tum verò firma & recta erat demonſtratio; ſin minùs, argumentatio, quæ à Dialecticis *ad hominem* vocatur, cujus interdum major eſt efficacia, quàm veræ demonſtrationis.

IV. UTEBATUR eadem interrogandi ratione, interdum ut doceret, non ut confutaret; quomodo etiam efficiebat, ut faciliùs intelligerentur quæ docebat, altiúſque in animum deſcenderent. Si quis tamen ejus Diſcipulus, aut alius mallet eum perpetua oratione utentem audire, non negabat, òpinor, docilibus ingeniis ac Veritatis ſtudioſis; ejúſque rei nonnulla ſunt apud *Xenophontem* exempla, imò & apud *Platonem*, quamvis apud hunc rariora. Tum verò ſimpliciùs, depoſitâ εἰρωνεύοντος perſonâ, ratiocinabatur, ſententiámque ſuam apertiùs proponebat, ut in *Xenophontis* OEconomico, & alibi, videre eſt.

Omnes ejus aut plerique ſermones de rebus moralibus erant, quod ex *Xenophonte* ſatis liquet; niſi fortè aliis de doctrinis ad retundendos Sophiſtas, qui ſe omnia ſcire jactabant, colloqueretur; quod ex multis *Platonis* Dialogis, *Xenophontiſ*que etiam nonnullis intelligere eſt. Animadvertit hoc quoque *Cicero* Tuſcul. Diſp. Lib. V. c. 4. ubi, *Socrates*, inquit, *primus Philoſophiam devocavit è cœlo* (hoc eſt, à rerum cœleſtium contemplatione, cui addicti fuerant Anaxa-

naxagoras & Archelaus ejus discipulus, quem audiverat Socrates) *& in urbibus collocavit & in domos etiam introduxit, & coëgit de vita & moribus rebúsque bonis & malis quærere.* Similia etiam habet Quæst. Academicarum Lib. I. c. 4. Quod tamen ita capiendum non est, quasi primus Socrates de Philosophia Morali egisset; cùm constet & septem illos decantatos Græciæ Sapientes, & Pythagoram, si vera sunt quæ de eo traduntur, multa de moribus dicere solitos. Hoc tantùm vult *Cicero*, Socratem Philosophiam intra morum doctrinam primum coërcuisse, cùm de aliis rebus agere ipse non soleret, eximiéque præ ceteris eam excoluisse. Scio *Platonem* de rebus Physicis & Metaphysicis agentem, sæpe eum inducere; sed notum est Discipulum usum esse sæpe Magistri persona, ut quæ ipse sentiebat exponeret. Ideóque quidquid Socrates habet, apud *Platonem*, ipsius Socratis esse putandum non est; quod de iis, quæ à moralibus nimis remota sunt, nec contra Sophistas dicuntur, non ægrè mihi persuaserim. *Diogenes* etiam *Laërtius* Lib. II. c. 21. docet Socratem *γνόντα τὴν φυσικὴν θεωρίαν μηδὲν εἶναι πρὸς ἡμᾶς, τὰ ἠθικὰ φιλοσοφεῖν ἄρξαι, ἐπί τε τῶν ἐργαστηρίων, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ, κἀκεῖνα δὲ φάσκειν ζητεῖν, ὅ, τι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται*: *gnarum physicam contemplationem nihil ad nos esse, de moralibus philosophari cœpisse, in officinis & in foro, idque inquirere se dixisse, quod fieret in ædibus bonum & malum;* qui versus Homericus est ex Odyss. Δ, 392. Similia quoque habet *Libanius*, Apol. Socratis p. 640. Ed. Morellianæ. Hanc in rem plura non addam.

V. PAUCA de sententia Socratis de Deo, Virtute, ejúsque præmiis sunt dicenda, ut ex iis Socratis ingenium meliùs innotescat; non ut universa ejus doctrina tradatur, aut minutatim exponatur, quod non est hujus loci. Optimè dixit *Plato* in Timæo,

p. 526.

p. 526. τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν: *conditorem & patrem hujus Universi & invenire difficile, & eum qui invenerit ut omnibus dicat fieri nequit*; nempe, sine maximo & præsentissimo periculo, quod à superstitiosis imminebat, à quorum sententia Veritas, quàm cœlum à terra, remotior erat. Hujus sententiæ meminerunt sæpe non Platonici tantùm Philosophi, sed etiam SS. Patres, qui rectè hinc collegerunt *Platonem* de Deo cum Vulgo non sensisse. Nihil enim vetabat vulgarem sententiam, quamvis impiam & absurdam, proferri. Cúmque soleant *Platonis* decreta Socrati etiam tribui, omnes fermè Socratem de Deo aliter sensisse, quàm Athenienses, existimarunt; nec falsò, quamvis, propter invidiam, rem declarare, ut poterant, ausi non sint ejus Discipuli.

Accusatus est Socrates, nunc quasi Deos nullos esse putaret, nunc quasi Deos Atheniensibus ignotos inducere vellet, ut liquet ex Apologia Socratica apud *Platonem*, §. IX. Utrumque diluit in eadem *Platonis*, & altera *Xenophontis* (nunc enim recentiores non moror) Apologia; eò quòd Deos non posset negare, qui esse Dæmonas, hoc est, inferiores Deos agnosceret; Deósque, ex priscis urbis institutis, quemadmodum alii cives solebant, semper coluisset.

Sed videntur dissimulasse, in iis Apologiis, argumentum, ex quo satis liquebat reverâ aliter eum de Deo, quàm Vulgus, & Magistratus etiam Atheniensium, sensisse. Notum enim est ab iis cultos Deos, quales à Poëtis describuntur, cultúmque, quem iis deferebant, & Sacrorum ritus, omnes è fabulis poëticis natos fuisse; quas fabulas si tolleres, eadem operâ omnem Græcorum Religionem sustulisses. Socrates autem fabulas illas, ut pote divino Numine pror-

prorsus indignas, rejiciebat & ægrè parum religiosa, è Poëtis, de Deo dici ferebat, ut ex *Euthyphrone* Platonico intelligere est, eáque de causa ut patriarum Religionum spretor infamabatur. Inducit *Plato* Euthyphronem nescio quem, quasi patrem capitis accusaret, factúmque hoc suum nefarium, exemplo Jovis, qui vincula Saturno injecerat, eúmque exsecuerat, defenderet. Quod cùm Euthyphro dixisset, addidissétque quosdam sibi propterea indignari, quòd patris esset accusator; qui tamen id quod Saturno fecerat Jupiter non improbabant, qua in re à semet ipsi dissentiebant; respondet Socrates, „ se ea de „ causa reum factum, quòd, cùm talia quispiam de „ Diis diceret, molestè ferret: ἆρά γε τοῦτ' ἐστιν οὗ ἕνεκα τὴν γραφὴν φεύγω, ὅτι τὰ τοιαῦτα δυσχερῶς πως ἀποδέχομαι. In sequentibus etiam ostendit se fabulis Græcorum, de Diis, fidem non habuisse, cùm mirabundus sic interrogat Euthyphronem: „ an ergo „ bellum putas Diis esse reverà inter se, & graves inimi- „ citias & pugnas & alia hujusmodi multa, qualia di- „ cuntur à Poëtis & bonis scriptoribus? His cùm alia „ nobis templa imaginibus sunt variegata, tum etiam „ in magnis Panathenaïcis peplum ejusmodi picturis „ plenum in arcem fertur. Veráne esse hæc dicemus, „ ô Euthyphron? Καὶ πόλεμον ἄρα ἡγῇ σὺ εἶναι τῷ ὄντι ἐν τοῖς Θεοῖς πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἔχθρας δεινὰς καὶ μάχας, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλὰ οἷα λέγεται ὑπὸ τῶν ποιητῶν καὶ ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν γραφέων; τά τε ἄλλα ἱερὰ ἡμῖν καταπεποίκιλται, καὶ δὴ καὶ τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις ὁ πέπλος μεστὸς τῶν τοιούτων ποικιλμάτων ἀνάγεται εἰς τὴν ἀκρόπολιν. ταῦτα ἀληθῆ φῶμεν εἶναι, ὦ Εὐθύφρον; Notus etiam est locus Libri II. de Republica p. 429. ubi fabulas Diis indignas damnat *Plato*; cujus verba non proferam.

Socrates, apud *Xenophontem*, ut nunc me hujus Scriptoris limitibus teneam, ἀπομνημ. Lib. I. C. IV, 4. &

& seq. egregiè probat esse Deum, qui humanum genus crearit; Lib. IV. c. III, 13. & seq. eum inconspicuum esse, nec eò minùs credendum; Lib. I. cap. IV, 11. & seq. eum colendum; Ib. 17. & seq. eum omnia videre; Ib. 5. & seq. & Lib. IV. c. III, 3. & seq. providentiâ suâ hominibus prospicere. Similia multa, & aliis *Xenophontis* locis, & apud *Platonem*, invenire licet; quæ, brevitatis causâ, omitto. Hinc intelligere est à Socrate Deum agnitum, qui non esset ἀνθρωπόμορφος, neque enim ejusmodi Deus hæc omnia efficere posset; ne jam dicam eum humanis etiam adfectibus abnoxium futurum, ut vulgò credebatur, quod à mente summi viri planè fuit alienum.

Hinc *Plutarchus* de placitis Philosophorum Lib. I. c. 7. sic Socratis & Platonis sententiam de Deo exprimit: Σωκράτης καὶ Πλάτων τὸ ἓν τὸ μονοφυὲς, καὶ αὐτοφυὲς, τὸ μοναδικὸν, τὸ ὄντως ἀγαθόν· πάντα δὲ ταῦτα τῶν ὀνομάτων εἰς τὸν νοῦν σπεύδει, νοῦς οὖν ὁ Θεὸς, χωριστὸν εἶδος, τουτέστι τὸ ἀμιγὲς πάσης ὕλης, μηδενὶ παθητῷ συμπεπλεγμένον: *Socrates & Plato unum singularis & per se subsistentis naturæ, ac solitarium, reverâ bonum; omnia autem hæc nomina ad mentem referuntur. Mens ergo est Deus, species separata, hoc est, sincera ab omni materia mistura; nec ulli rei, quæ pati aliquid possit, implicita.*

Cùm hæc ita sint, videtur Socrates Deum unum summum agnovisse, sed nec alios & quidem inferiores Deos esse negasse, quo fit ut Θεοὺς perpetuò memoret. Si *Plato* ei debebat, quæ de Deo, in Phædro & in Timæo, habet, nulla hac de re superest dubitandi ratio. Sed quæret hîc quispiam cur ergo Deos Athenienfium coleret, quemadmodum alii, cúrve νόμῳ πόλεως colendos esse dictitaret, quod nos docet *Xenophon* ἀπομν. Lib. IV. C. III, 16. & VI, 2.

Ego verò existimarim Socratem, & Platonem, aliósque Philosophos sub nominibus Deorum Græcorum,

rum, licèt turpibus fabulis dehoneſtatorum, coluiſſe Naturas ſanctas & æternas, prout eas intelligebant, eáſque humanâ multò præſtantiores, quibus nomen Dei verè convenire putabant. Ergo nomine *Jovis*, in eorum ſermonibus, intelligendum ſummum illud Numen, de quo in Timæo pag. 530. ubi dicit ſe creatorem eſſe aliorum Deorum; nominibus verò reliquorum Deorum, eos qui ab eo orti ſunt, hoc eſt, inferiores omnes Deos. Numina Vulgi nihil erant, præter mera nomina commenticiorum Deorum, qui nec erant Dii, hoc eſt, humanâ naturâ meliores, nec fuerant; ideóque iiſdem nominibus abuti ſe poſſe putabant Philoſophi, ad ſignificandas inconſpicuas & ſempiternas Mentes, quæ omnia, ut credebant, providentiâ ſuâ complectebantur, ſapientérque adminiſtrabant, & benevolæ humano generi erant. Cùm nullâ revelatione divinâ, quæ quidem illis innotuiſſet, ſe ſe ita gerere vetarentur, non ſunt propterea quaſi parum religioſi homines traducendi. Ubi non ſunt, etiamnum hodie, qui dum ſentiunt cum Eruditis, cum Vulgo tamen loquuntur?

Ad Deorum verò cultum quod adtinet, omnes quidem coluit Socrates, ſed ſummo maximum cultum præbuit; vel eâ ſolâ cogitatione, quâ eum ſummum putabat; Deum enim quàm maximè animo colis, ſi ejus majeſtatem agnoſcas. In ritibus verò nihil mutandum cenſuit, donec alicunde major lux adfulgeret; quod cùm ex ejus conſuetudine, tum ex Alcibiade poſteriore intelligere poſſumus. Solebat enim Sacra facere, ut alii; nec eò ſeciùs docet Alcibiadem differendum potiùs eſſe cultum divinum, quàm temerè à Deo petendum, quod neſcias an à Deo petere ſatis religioſè poſſis. Ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ, inquit, ſub Dialogi finem, *κράτιστον εἶναι ἡσυχίαν ἔχειν — ἀναγκαῖον οὖν ἐστι περιμένειν ἕως ἄν τις μάθῃ ὡς δεῖ πρὸς Θεοὺς καὶ πρὸς ἀνθρώπους διακεῖσθαι.* *Mihi* *qui-*

quidem videtur optimum esse quiescere -- necesse ergo exspectare, donec didicerimus quî nos erga Deos & erga homines adfectos esse oporteat.

Cùm nulla voluntatis suæ indicia ei, aut aliis Græcis, patefecisset Deus; mirum non est eum dubitasse, & adquievisse in moribus receptis, dum aliud nihil melius inveniret. Imò verò mirum est tam multa ab eo, sine revelatione, de Deo eximia dici potuisse. In Dialogo antea memorato, egregiè, quamvis dissimulanter, ne offenderet Athenienses, docet satius multò esse Numini permittere delectum eorum, quæ nobis conveniunt, cùm nesciamus quid utile nobis futurum sit; quàm ea petere quæ, nobis si à Numine concedantur, sint nobis exitialia futura. Quo quid dici melius possit, hac de re, me nescire fateor. Coluit ergo unum Deum summum, multósque inferiores, sub nominibus usu consecratis, & quidem cùm animo, tum ritibus patriis, quàm optimè potuit. Quomodo verum Numen hæc facta & dicta ejus interpretatum sit, quódve judicium de iis tulerit, Dei est aperire, non meum; sed malim, cum *Clemente* Alexandrino, & aliis veteribus Christianis, benigniùs sentire de optimo & doctissimo totius Græciæ viro, quàm graviorem sententiam ferre; tacente præsertim, ejusmodi de rebus, Divinâ Revelatione.

De Virtute si singillatim adgrediar dicere quæ sensit Socrates, volumen hîc novum, nec id exiguum, mihi inchoandum sit. Præterea cùm nulla ferè hisce in rebus sit obscuritas, nihil necesse est nos in iis immorari. *Plato*, qui in Moralibus sine dubio Magistrum est sequutus, sermonésque ejus quos nobis conservavit *Xenophon*, & fortasse quidem sinceriores quàm *Plato*, satis ostendunt nullum fuisse Virtutis genus, ad quod Discipulos suos non sit exhortatus. *Apuleius* in Lib. II. de Habitudine Doctrinæ Platonicæ, *Alcinoús*que in introductione ad eam Philosophiam,

phiam, ad quam methodum decreta ejus redegerint Diſcipuli, poſterique abundè docebunt.

Nihil prætermiſit ut Veritatis amorem, ejúſque inquirendæ ſtudium civibus injiceret. Rationem ſolam ſequendam eſſe & verbis & exemplo docuit, quò pertinent hæc, in *Critone*, paullò ante mortem prolata verba §. III. *Ego non tantùm nunc, ſed etiam ſemper ejuſmodi fui, ut meorum nemini, ſed rationi parerem, quæ mihi ratiocinanti optima videretur.* Ἐγὼ οὐ μόνον νῦν ἀλλὰ καὶ ἀεὶ τοιοῦτος οἷος τῶν ἐμῶν μηδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι, ἢ τῷ λόγῳ ὃς ἄν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνηται. Colendum eſſe animum majore curâ, quàm corpus, & dictis & factis oſtendebat. Dulce, utile, juſtum & honeſtum idem eſſe docebat, neque poſſe ſeparari; adfectus omnes eſſe rationi ſubjiciendos, ſobrietatem eſſe ſummopere colendam, abſtinendum à voluptatibus, adſuefaciendum corpus tolerantiæ laboris, contemnendas eſſe divitias, ferendam æquo animo paupertatem, ſpernendos honores, & mortem denique ipſam obeundam, potiùs quàm quidquam contra Virtutem fiat.

Oſtendebat non tantùm omnes colere oportere juſtitiam, æquitatem, benevolentiam, & beneficentiam erga cives & peregrinos; ſed etiam ferendas injurias, ſine ultionis ulla cupiditate, ſatiúſque eſſe multò ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν, *injuriam ferre quàm facere*; quod multis, nec diſſimulanter, in Gorgia defendit. Eleganter hanc in rem *Themiſtius* Oratione VIII. Εὖ δὲ ἐποίει καὶ Σωκράτης τὸν παρὰ τοῖς πολλοῖς εὐδοκιμοῦντα λόγον ἐπανορθῶν, ὅτι δεῖ τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δὲ ἐχθροὺς κακῶς ποιεῖν. ἐπηνόρθου δὲ τὸ μὲν φυλάττων, τὸ δὲ μεταγράφων -- τὸ μὲν γὰρ εὖ ποιεῖν ἐπῄνει· τὸ δὲ κακῶς ἐπηνόρθου· τοὺς φίλους μὲν εὖ ποιεῖν, τοὺς δὲ ἐχθροὺς μὴ κακῶς ποιεῖν, ἀλλὰ φίλους μεταγράφων: *Bene faciebat Socrates, qui corrigebat celebre illud & vulgare dictum:* oportere amicis bene facere, inimicis malè.

malè. *Corrigebat autem alterum mutans. Probabat enim* bene facere, malè *verò emendabat. Amicis quidem bene faciendum, inimicis verò non malè, sed amicos eos esse faciendos mutans.* Eâ autem doctrinâ præstantius ac divinius nihil esse, à diviniore Philosophia postea humanum genus accepit.

Ad officia quæ patriæ & legibus debentur, ut & juvandis civibus, quoad licebat, operam darent Athenienses, & legibus parêrent, numquam eos adhortari desiit; morique ipse etiam maluit, quàm effugere è carcere, amicorum operâ; ne hoc suo facto judiciorum, vi fugiendorum, tam malis, quàm bonis, adeóque legum perfringendarum & irritarum faciendarum exemplum præberet, ut ex *Critone* Platonico videmus. Existimabat vir optimus, insanientem patriam ferendam, potiúsque innocenti sibi pereundum, quàm ei ullo modo nocendum. Quid facere etiam deberent optimi quique viri, ut se se prolapsis civium moribus opponerent, & ad Virtutem eos revocarent, verbis & exemplo docuit.

Quia verò non ignorabat, multos metu præsentis damni à Virtute desciscere, & Vitia sectari; eò usque ratiocinando progressus est, ut in alia vita Virtuti præmia, Vitio pœnas quæreret. Non ex *Phædone* tantùm hoc intelligere est, ubi animorum immortalitatem probat, præmiáque & pœnas alterius vitæ pænè moriens exponit, sed etiam è *Gorgia;* ubi sic Calliclem adloquitur, ut liqueat eum noluisse Virtutem deserere, etiàm periculo mortis proposito, quòd pœnas esse post mortem malis luendas crederet: „Si „ adulatoriæ rhetoricæ penuriâ, ego morerer, probè „ novi fore ut me æquo animo mortem ferentem vi- „ deres; nam ipsam mortem nemo formidat, nisi „ fortè ratione & fortitudine prorsus destitutus sit. „ Injuriam verò *vir bonus* facere veretur, multis enim „ refertâ delictis animâ, in inferos ire, extremum

O „ om-

„ omnium malorum est: εἰ δὲ κολακικῆς ῥητορικῆς ἐνδείᾳ τελευτῴην ἔγωγε, εὖ οἶδα ὅτι ῥᾳδίως ἴδοις ἄν με φέροντα τὸν θάνατον. αὐτὸ γὰρ τὸ ἀποθνήσκειν οὐδεὶς φοβεῖται, ὅστις μὴ παντάπασιν ἄλογός τε καὶ ἄνανδρός ἐστι· τὸ δὲ ἀδικεῖν φοβεῖται, πολλῶν γὰρ ἀδικημάτων γέμοντα τὴν ψυχὴν εἰς ἅδου ἀφικέσθαι πάντων ἔσχατον κακῶν ἐστίν. Quod postquàm dixit , narrat fabulam de Minoë, Æaco & Rhadamantho , Judicibus inferorum ; qui bonos præmiis donarent, malos pœnis adficerent. Ea verò narratâ , „ ego, quidem, inquit, his quæ *sic* „ narrantur persuadeor, & dispicio quâ ratione Judici quàm sanissimum animum habens me sistam. „ Quare omnibus Vulgi honoribus valere jussis, & „ Veritatem intuens conabor re ipsâ, quoad potero, „ bonus vivere &, quando moriar, mori. Cohor„ tor autem & ceteros omnes , quantùm possum: Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Καλλίκλεις, ὑπὸ τούτων τῶν λόγων πέπεισμαι, καὶ σκοπῶ ὅπως ἀποφανοῦμαι τῷ κριτῇ ὡς ὑγιεστάτην ἔχων τὴν ψυχήν. χαίρειν οὖν ἐάσας τὰς τιμὰς τὰς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, τὴν ἀλήθειαν σκοπῶν, πειράσομαι τῷ ὄντι, ὡς ἂν δύνωμαι, βέλτιστος ὢν καὶ ζῆν καὶ, ἐπειδὰν ἀποθνήσκω, ἀποθνήσκειν. παρακαλῶ δὲ καὶ τοὺς ἄλλους πάντας ἀνθρώπους, καθόσον δύναμαι. Paullò pòst ait „ hæc fortè fabulam videri Callicli, quasi ani„ lem, atque ab eo contemni; nec mirum fore hæc „ sperni, si investigatione adhibitâ possent meliora „ & veriora inveniri. Τάχα δ᾽ οὖν ταῦτα μῦθός σοι δοκεῖ λέγεσθαι ὥσπερ γραὸς, καὶ καταφρονεῖς αὐτῶν. καὶ οὐδὲν γ᾽ ἂν θαυμαστὸν ἦν καταφρονεῖν τούτων, εἴ πη ζητοῦντες εἴχομεν αὐτῶν βελτίω καὶ ἀληθέστερα λέγειν. Quid sentiret de hisce Socrates, ostendimus, ad finem I. Dialogi *Æschinis*.

In fabulis, nimirum, adquiescebat, quòd melius nihil nosset, & hoc unum teneret immortales esse animos, præmiáque & pœnas eos manere, prout se in corpore gessissent. Natus erat & vixerat iis tempori-

ribus & apud eos homines, quibus fabulæ à pueritia, quasi veræ, narrabantur; magisque est mirum dubitasse hominem de iis fabulis, quàm iis bonum in finem usum. Hinc fit ut frequentiùs iis utatur, apud *Platonem*, aut ut certè *Plato* eum μυθικῶς φιλοσοφοῦντα, pro more illius ævi, inducat. Nec sanè quisquam est, qui antiquis & plebeiis omnibus præjudiciis animum suum prorsus purget; ita ut ratiocinationibus suis loci & ævi, quibus vivit, incertas opiniones numquam admisceat. De fabulis noxiis, Numini quippe contumeliosis, & quæ inter homines Vitio patrocinari videbantur, quid sentirent satis ostendere in Euthyphrone Socrates, & II. de Republica *Plato*. Innoxias, aut etiam utiles aliquando si adhibuerint, Lectorum æquiorum est, boni consulere.

VI. AD mores Socratis quod adtinet, dubium non est quin fuerint dictis ejus consentanei; hoc est, quin præcepta pulcherrima, quæ passim occurrunt in ejus sermonibus, vitâ suâ expresserit. Non, hoc ut credam, adducor tantùm præceptis ipsis, quibus nimis sæpe docentium adversantur mores. Dudum sunt auditæ querelæ, hæc eadem minimè apud eos ipsos valere, nisi admodum paucos, à quibus inventa, disputata, conscripta sunt. *Quotus enim quisque Philosophorum invenitur*, inquiebat summus orator Tuscul. Disp. Lib. II. cap. 4. *qui sit ita moratus, ita animo ac vitâ constitutus, ut ratio postulat? qui disciplinam suam, non ostentationem scientiæ, sed legem vitæ putet? qui obtemperet ipse sibi & decretis suis pareat? Videre licet alios tantâ levitate & jactatione, iis ut fuerit non didicisse melius; alios pecuniæ cupidos, gloriæ nonnullos, multos libidinum servos; ut cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio.* Similes querelas liceret proferre ex *Corn. Nepote*, & *L. Seneca*, quarum meminit *L. Cœlius Lactantius* Inst. Divin. Lib. III. c. 15. Itaque si verba tantùm nobis essent, quæ quasi testi-

monia, argumentáque sanctitatis morum proferremus, in gratiam Socratis; non esset fortè cur fides iis haberetur. Sed rebus hîc & factis ita cum egregiis verbis convenit, ut longè optimum virum fuisse Socratem credere necesse habeamus.

Qui Nequitiam pallio Virtutis involvunt, eâ re quærunt sibi præmia, quibus adfectibus suis satisfaciant; seu honores, aut divitias, aut voluptates; quibus vel palam, vel clam fruantur. Atqui Socrates nullos umquam in Republica honores ambiit, in maxima paupertate ætatem exegit, vitam durissimam, & omnibus non voluptatibus dicam, sed quæ incommoda vitæ pauperioris nonnihil minuunt, destitutam vixit. Ita erga cives se gessit, ut nemo injuriam ab eo acceptam queri posset, multis quod imputaret haberet; nec tamen umquam operæ aliis datæ mercedem ullam poposcerit, aut acceperit, quamvis divitibus amicis uteretur. Quinimò fuere, qui contumeliosè hominem habuerint, quibus tamen, pro singulari illa sua sententia, quâ contendebat referendam non esse injuriam, ignovit.

Sed ratio, qua se gessit in judicio & in carcere, testimonium est ejus virtutis, omni exceptione majus; confutatis enim perpaucis verbis accusatorum calumniis, non tentavit misericordiam Judicum movere, quod facillimum fuisset antequàm damnaretur; sed magnificè de se, suáque innocentia loquutus est, nec sibi mortem immaturam, aut intempestivam futuram dixit. Μεγαληγορίαν ejus, hoc extremo tempore, si *Platoni* fortè credere nolis, suppeditabunt *Xenophon* & *Diogenes Laërtius*. Nemo, nisi sibi optimè conscius, ejusmodi sermones habere potuerit, quos sibi potiùs nocere, quàm prodesse posse norat; si mentitus esset, facile fuisset accusatoribus homini os illico occludere, & magnificos illos sermones in ejus æternam infamiam convertere. Sed res erat omnibus nota, nec ne-

negari ab ullo poterat. Tum verò Socrates εἰρωνείαν illam ſuam prorſus abjecit, nec ſibi minùs ipſe tribuit, quam ſibi deberi credebat. Invidiam, nimirum, non ampliùs timebat, quam mox erat morte exſtincturus.

Damnatus noluit pœnam mortis, pecuniariâ mulctâ, quam libenter amici contuliſſent, ſolutâ permutare, prout Legibus Athenienſium licebat; noluit è carcere, quod difficile factu non fuiſſet, aufugere; nec minùs erecto & hilari vultu fuit, aut minùs, inſtante morte, fortiter loquutus eſt. Quæ omnia profero, non quaſi non omnibus nota, ſed ut eorum quæ de Ironia ejus dixi veritas conſtet.

Nec opus eſt me addere & Athenienſes paullò pòſt & omnem deinde poſteritatem innocentem eum periiſſe crediDiſſe. Ne Epicurei quidem ipſi, qui homini detrahere ſolebant, umquam quidquam, quod ejus innocentiam minueret, aut virtutem ejus ſuſpectam faceret, protulerunt.

VII. Cum talis & tantus vir Socrates fuerit, minùs incredibile videatur neceſſe eſt quod de Dæmone, vel Genio ſuo, dicere ſolebat. Qua de re, mens mihi non eſt copioſè hìc agere, déque iis quæ apud Veteres de ea leguntur judicium ferre, ac multò minùs huc omnes eorum ſententias converrere. Legant harum rerum curioſi *Plutarchi*, *Maximi Tyrii* & *Apuleji* Diſſertationes *de Deo*, vel *de Dæmonio Socratis*, in quibus quid olim hac de re dictum ſit videbunt. Quid ſentiam paucis verbis exponam, & ea quidem lege, ut cuivis aliter ſentire liceat. Utar libertate mea, in judicio ferendo; nec intercedo quominùs alii quod dicam, ſi ita videatur, rejiciant.

Sed priùs audiendus eſt ipſe, de Dæmone ſuo, Socrates, qui ſic in Theage loquitur, p. 11. Ἔστι τι θείᾳ μοίρᾳ παρεπόμενον ἐμοὶ ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον δαιμόνιον· ἔστι δὲ τοῦτο φωνὴ ἣ, ὅταν γένηται, ἀεί μοι σημαίνει ὃ

ἂν μέλλω πράττειν τούτου ἀποτρέπειν, προτρέπει δ' οὐδέποτε: *Est quoddam Dæmonium* divinâ ſorte *mihi adtributum, quod, initio à pueritia facto, me comitatur. Est autem vox, quæ ubi emittitur, ſemper mihi ſignificat ut declinem ab eo quod ſum facturus; nec umquam hortatur ut faciam.* Paullò pòſt, diſcipulos quoſvis ſibi adſciſcere per Dæmonem non licuiſſe teſtatur. Sic & *Alcibiade* I. p. 25. ait, ſibi fuiſſe δαιμόνιον ἐναντίωμα, per aliquot annos, ne Alcibiadem adloqueretur, quod tamen poſtea licuit. Alibi alia ſimilia habet, ſed nuſquam clariora; quo factum ut Philoſophis conjiciendi & diſceptandi inter ſe feneſtra aperiretur, de eo quod voluit Socrates: ut docebunt tres Scriptores quos memoravi, qui de Dæmonibus multò plura habent, quàm norant.

Crediderim cùm Dei Providentia non Hebræos tantùm, ſed & quaſvis gentes complexa ſit, non ſine ejus nutu apud nonnullas natos eſſe & vixiſſe eximios quoſdam viros; à quibus ceteri homines ſine ratione veluti palantes, & in vitia incauti delabentes, ad Veritatem & Virtutem revocarentur; qualis apud ultimos Seres fuit *Confucius* ille, celeberrimus Orientis ſapiens, anno ante Chriſtum DLI. natus, & qualis pater ille Philoſophiæ *Socrates*, qui anno ante Chriſtum CCCCLXIX. in lucem editus eſt. E re ipſa ſi conjecturam facere licet, utérque, apud Gentes veri Dei cognitione deſtitutas, ut ne nimis præcipiti lapſu in Veritatis contemtum, omniáque inde naſcentia Vitia inciderent, idque ſingularis Providentiæ Divinæ beneficio, quæ Gentium illarum miſerta eſt, natus eſt. Quod ſi quis quærat cur Deus majore beneficentia erga eas uſus, ſemet ipſe, ſine ambagibus non aperuerit, donec majorem illam per Chriſtum revelationem mitteret, ut hujus quoque fierent Seres & Græci participes; nihil eſt quod reponam, niſi Deum beneficia illa ſua, in homines, nullis ab iis meritis pro-

provocatum, pro arbitrio demittere, ob caufas quas ipfe novit. Juftitiæ Divinæ rationem plerumque aliquam reddere poffumus, quia Deus nec indignos præmiis adficit, nec de innocentibus fupplicium fumit. Sed ad Beneficentiam Divinam quod adtinet, à nullo hominum antecedente dicto, aut facto pendet; omnia enim hominum merita prævertit. Danti quod non debet, nulla reddenda eft ratio, cur plura non det.

Socratem ergo exiftimarim Græcis, ejus æqualibus, pofterifque, qui Scripta eorum temporum legerunt, à Providentia datum; ut eos ad quærendam Veritatem, Virtutémque colendam excitaret. Quamobrem inftruxit Socratem ingenio, eam in rem mirabili, & fortaffe etiam occultâ quadam ratione adjuvit; quæ ne ipfi quidem nota erat, nedum ut nos eam defcribere poffimus. Non decet certè Chriftianos ea in re minùs Deo tribuere, quàm Ethnicos, quorum nonnulli, ut *Seneca*, docuere *infita nobis effe omnium ætatum* (fortè, *virtutum*) *omniúmque artium femina, magiftrúmque ex occulto Deum producere ingenia.* De Benef. Lib. IV. c. 6. Præterea ut fides viro faciliùs haberetur, comitem ac cuftodem ei addidit, quempiam ex inferioribus illis Spiritibus, quos Græci Ethnici *δαίμονας*, Latini *Genios*, Chriftiani *Angelos* vulgò vocant. Nihil fanè vetat non tantùm Angelos ingenti effe numero, quod nos Litteræ Sacræ docent; fed etiam variorum effe generum, & dignitatum, quod etiam non obfcurè innuunt eædem Sacræ Litteræ. Ex illa autem tot generum Angelicarum Naturarum copia, fuerit unus additus Socrati cuftos, cum certis mandatis, & poteftate non admodum ampla; qui poffet Philofophum monere, ne quædam faceret, quæ potuiffent ei effe noxia, quamvis periculum ipfe non intelligeret; ut inde liqueret Deum Socrati fingularem in modum adeffe, ideóque majore

cum reverentia exciperentur ab aliis quæ doceret.

Genius autem ille nihil jubebat, sed semper vetabat, quòd ampliorem à Deo potestatem non accepisset; nec ea docendi obliqua ratio aliena erat ab eruditione illius ætatis, quâ multò faciliùs inveniebant quid non esset faciendum, quàm quid faciendum. Quam in partem etiam, tota philosophandi ratio, quâ Socrates utebatur, nonnihil inclinabat; faciliùs enim falsa confutabat, quàm vera docebat. Sed & vetando Genius Socratis aliquo modo jubebat, cùm nonnisi noxiis intercessisse videretur; ac proinde cetera, quæ adgrediebatur Socrates, probasse. Quod & *Clemens* Alexandrinus animadvertit Strom. Lib. I. p. 311. *Socrati*, inquit, *Genius causa erat non prohibens, sed adhortans, etsi non adhortabatur*: τῷ Σωκράτει τὸ Δαιμόνιον αἴτιον ἦν, οὐχὶ μὴ κωλῦον, ἀλλὰ προτρέπον, εἰ καὶ μὴ προέτρεπεν. Hinc Socrates ipse collegit, visum esse Genio illi meliorem sibi esse mortem, quàm vitam, quandoquidem nullo signo monuerat ne ita se gereret quemadmodum gerebat, quod in Apologia Platonica §. XXI. legere est.

Operæ pretium fuit talem esse Socratem, qualis erat, auctoritatémque ejus augeri, ne apud Græcos discrimen omne Virtutis & Vitii tandem exstingueretur, & omnes in nefanda scelera certatim ruerent; quod ne fieret obstitere & ipse Socrates, & pleræque omnes illæ Philosophorum Sectæ, quæ ab illo tempore in Græcia ortæ sunt, atque ex ejus Schola veluti prodierunt. Deinde cùm tempus advenit, quo cœlestem planè doctrinam, quâ cultus omnis ille superstitiosus Ethnicorum sublatus est, Deus per Christum in terras demisit, utilem operam veritati Philosophia navavit; ex ea enim Ethnici eruditiores, cùm intelligere cœpissent falsas esse Majorum suorum Religiones, multò faciliùs postea ad Religionem Christianam sunt adducti; quam in rem, docti Scriptores

res Christiani, ex ipsius Philosophiæ arce, arma in Ethnicos nacti sunt; quod ex *Justino* Martyre, & *Clemente* Alexandrino non difficulter ostenderemus, si hoc nunc ageretur.

VIII. JAM ad mortem Socratis ejúsque causas ut veniamus, hisce tantùm de rationibus damnatum comperiemus. Athenienses, nimirum, offenderat, quòd eos, qui se doctissimos putabant, imperitiæ sæpiùs arguisset, moresque aliorum depravatos reprehendisset, & cùm verbis, tum factis damnasset. Juventutem colloquiis suis eò adduxerat, ut multa à Majoribus minùs prudenter instituta, in administratione Reipublicæ, multáque perperam eo tempore fieri intelligeret. Fabulas denique Poëticas, quibus priscæ Religiones nitebantur, moribus exitiales esse ostenderat. Hisce factum est, ut quando corruptæ juventutis & violatæ avitæ Religionis, novis inventis Diis, accusatus est, pars major Judicum eum damnaverit; cùm præsertim eos magniloquentiâ, quæ innocentiam quidem decebat, sed superbos & iniquos lædebat, exacerbasset. Si demissâ oratione usus oratorias artes, quibus invidiam molliret, & misericordiam moveret, quod difficile factu' non erat, adhibuisset; potuisset, ut videtur, misericordiâ Judicum, elabi. Sed, cùm sciret se de Patria, de Veritate, déque Civium moribus optimè esse meritum, conscientiáque anteactæ vitæ securiorem redderet; omnia quæ ad absolutionem facere poterant, præter unam innocentiam, flocci fecit. Nec sanè tanti quod vitæ supererat facere eum decuit, ut quidquid pulcrè dixerat ac fecerat, imploratione misericordiæ, veluti damnare, & fructum omnium dictorum & factorum aliquo modo amittere videretur. Quinimò morte suâ, præter jus & fas damnatus, multò plus Philosophiæ proderat; quàm potuisset longiore vitâ, si numquam accusatus fuisset, & in lectulo decum-

 bens,

bens, morbo aut senectute, interiisset. Ostendit, constanti & impavidâ morte, se non verbis, ut multi alii, sed animo Philosophiæ, hoc est, Veritatis & Virtutis amori addictum fuisse. Hinc demum certò intelligere licuit, judicium Vulgi, & quæcumque ad Veritatem & Virtutem, non pertinebant, ab eo reverâ contemta fuisse, plurisque spem beatæ immortalitatis, quàm quæ homines amant, factam esse. Effecit, fortiter moriendo, ut brevi populum Atheniensem damnati Philosophorum sapientissimi & innocentissimi pœniteret, amorémque philosophandi in multis auxit, aut accendit, ac denique Discipulis animum fecit plura audendi, quod sequentibus etiam ætatibus philosophandi libertatem quibusvis peperit; nam ab eo demum tempore, Atheniensibus numquam Philosophi defuere, qui, dogmatibus licèt diffidentes, si paucos excipias, Socratem tamen patrem & auctorem Philosophiæ agnoverint, & memoriam ejus grato animo coluerint.

Hæc ut paucis comprobemus, Philosophi ipsius loca quædam proferemus. Norat optimè, antequàm accusaretur, posse fieri, ut in jus à malis vocaretur, & damnaretur; cùm enim Callicles, ut in *Gorgia Platonis* videmus, monuisset Socratem satius ei fore, si Rhetoricam coleret; quam verè vir sapiens τριβὴν κολακευτικὴν, *adulandi usu paratam consuetudinem* vocavit; quàm si loqui pergeret, ut solebat; dixissétque eum posse à malo quovis & nullius pretii homine in jus vocari; ubi fore ajebat ut Socrates se defendere ipse non posset, rejecit hoc consilium Philosophus „ & „ amens, *inquit*, certè sim, ô Callicles, nisi putem in hac civitate unicuique quidlibet ejusmodi „ accidere posse. Verùm & hoc certò scio, si in „ judicium venero, periclitérque, propter ea quæ „ tu dicis, improbum fore, qui me accusaverit. Nul„ lus enim bonus hominem insontem reum facit.

„ Nec

„ Nec mirum eſſet, ſi morerer. Viſne tibi dicam „ cur talia exſpectem? Ἀνόητος ἄρα εἰμί, ὦ Καλλίκλεις, ὡς ἀληθῶς, εἰ μὴ οἴομαι ἐν τῇδε τῇ πόλει ὁντινοῦν ἄν ὅ, τι τύχοι, τοῦτο παθεῖν· τόδε μέντοι εὖ οἶδ' ὅτι ἐάνπερ εἰσίω εἰς δικαστήριον περὶ τούτων τινὸς κινδύνων ὃ σὺ λέγεις, πονηρός τις με ἔσαι ὁ εἰσάγων· οὐδεὶς γὰρ ἂν χρηστὸς μὴ ἀδικοῦντ' ἄνθρωπον εἰσάγοι. καὶ οὐδέν γε ἄτοπον εἰ ἀποθάνοιμι. βούλει σοι εἴπω διότι ταῦτα προσδοκῶ; Cùm Callicles libenter ſe auditurum ſignificaſſet, „ exiſtimo, *inquit* Socrates, me cum paucis „ Athenienſibus (ne me ſolum dicam) eam, quæ verè civilis eſt diſciplina, tractare, méque ſolum, ex „ iis qui nunc ſunt, ut civem decet me gerere (*hoc eſt*, „ *cives meliores facere*) quippe qui non ad captandam „ gratiam habeo ſermones, quos ubique ſero; ſed „ potiùs ad id quod optimum eſt, quàm ad id quod „ jucundiſſimum reſpicio. Cúmque nolim adhibere „ ea, ad quæ nunc hortaris, elegantia, nimirum, „ illa (*commenta Rhetorum*) non habebo quæ dicam, „ ad Judicum tribunal. Οἶμαι μετ' ὀλίγων Ἀθηναίων (ἵνα μὴ εἴπω μόνος) ἐπιχειρεῖν τῇ ὡς ἀληθῶς πολιτικῇ τέχνῃ, καὶ πράττειν τὰ πολιτικὰ μόνος τῶν νῦν. ἅτε οὖν οὐ πρὸς χάριν λέγων τοὺς λόγους οὓς λέγω ἑκάστοτε, ἀλλὰ πρὸς τὸ βέλτιστον, οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον, καὶ οὐκ ἐθέλων ποιεῖν ἃ σὺ νῦν παραινεῖς, τὰ κομψὰ ταῦτα οὐκ ἕξω ὅ, τι λέγω ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Inde oſtendit, ſi inviſus fieret civibus quia iis non adularetur, ſi diceretur corrumpere juvenes & acerbè increpare ſenes, cùm privatim, tum publicè; ſatis ſibi fore in innocentia ſua præſidii, cùm nihil injuſti faceret, imò verò civibus prodeſſe conaretur; quòd ſi propterea capitis damnaretur, ſe æquo animo mortem oppetiturum. „ Si non poſſet ſe innocentiâ ſuâ tueri, ideó„ que interiret, ſe indignè laturum; ſin autem, ob „ adulatoriæ Rhetoricæ penuriam, moreretur, ſe pro„ bè ſcire à ſe mortem facilè ferri viſurum Calliclem:

Et

Εἰ δὲ διὰ ταύτην τὴν ἀδυναμίαν ἀποθνήσκοιμι, ἀγανακτοίην ἂν· εἰ δὲ κολακικῆς ῥητορικῆς ἐνδείᾳ τελευτῴην ἔγωγε, εὖ οἶδα ὅτι ῥᾳδίως ἴδοις ἄν με φέροντα τὸν θάνατον. Si hæc verè dicta ſint à Socrate, non ſcripta tantùm à *Platone*, poſt Magiſtri mortem, ut exprimeret conſtantiam Socratis, & quo modo adfectus eſſet oſtenderet, fuit profectò hoc vaticinium. Certè ex re ipſa, ita ſe habuiſſe animum Socratis liquet.

Plato & *Xenophon*, in Apologiis pro Magiſtro, ab eo Judices *μεγαληγορίᾳ* offenſos prodiderunt. Arguerat inſcitiæ rerum moralium & vitiorum, quæ ex ea naſcuntur, Athenienſes, qui ſe optimos & doctiſſimos mortalium eſſe putabant, eóque modo odium eorum ſibi contraxerat; quo odio accuſationi id additum eſt pondus, quo major Judicum pars ad eum damnandum adducta eſt.

Duplex autem ei fuit accuſatorum genus, quorum nonnullos vocat, in Apologia Platonica §. II. *πρώτους κατηγόρους*, alios *τοὺς ὑστέρους*. Priores eum accuſabant quaſi curioſiùs inveſtigaret quæ ſub terra & in cœlo ſunt, & deterior cauſa ratiocinando melior ut videretur efficeret, eáque alios etiam doceret. Videntur voluiſſe Socratem de Diis Superis & Inferis curioſiùs, quàm Religioni patriæ conveniebat, philoſophatum, & arte Dialecticâ mendacium quodvis ſolitum eſſe tueri, alióſque opinionum & artium ſuarum participes feciſſe. Videtur enim Socrates ad *Ariſtophanem* reſpexiſſe, qui in Nubibus hominem earum rerum inſimulat, quæ prorſus falſæ erant; neque enim Socrates Phyſica curabat, aut docebat, vel inſtitutum Sophiſtarum omnia in dubium revocantium probabat.

Sed verùm erat, ut fatetur Apologiæ Platonicæ §. IV. eum aliquando viros, qui ſe ſapientes putabant, ignorantiæ conviciſſe, quorum etiam unius & quidem τῶν πολιτικῶν meminit, quem eo modo offen-

de-

derat. „ Conatus erat ei oſtendere credere eum ſe „ eſſe ſapientem, ſed non eſſe; exindéque & ipſe & „ multi, qui aderant, ipſi erant infenſi: ἐπειρώμην αὐτῷ δεικνύναι ὅτι οἴοιτο μὲν εἶναι σοφὸς, εἴη δ' οὔ. ἐντεῦθεν οὖν τούτῳ τε ἀπηχθόμην, καὶ πολλοῖς τῶν παρόντων. Eodem modo in ſequentibus, fatetur Socrates aliorum etiam inimicitias ſibi conciliatas, καὶ οἵας χαλεπωτάτας καὶ βαρυτάτας, ὥστε πολλὰς διαβολὰς ἀπ' αὐτῶν γεγονέναι, *eáſque acerrimas & graviſſimas, ita ut multæ inde calumniæ exortæ eſſent.*

Ad hæc accedebat quòd, ſermonum ejus gratiâ adlecti, adoleſcentes „ eum ſequerentur ſponte ſuâ, „ præſertim ditiorum filii, qui maximè otio abunda„ bant; gaudebántque, quando videbant homines „ à Socrate ignorantiæ argui: πρὸς δὲ τούτοις οἱ νέοι μοι ἐπακολουθοῦντες (οἷς μάλιστα σχολή ἐστιν, οἱ τῶν πλουσιωτάτων) αὐτόματοι χαίρουσιν ἀκούοντες ἐξελεγχομένων τῶν ἀνθρώπων. Tum adoleſcentes alios etiam arguebant ignorantiæ, iiſdem artibus, quibus uti ſolebat Socrates, invidiámque ingentem ei, ut fatetur, creabant.

In *Gorgia*, non de inſcitia tantùm Athenienſium, ſed de pravis eorum moribus, & Demagogis adulatoribus populi, ducibúſque, qui ei præfuerant, nec meliorem facere tentarant, multis agit. Multis etiam oſtendit neminem apud populum auctoritate & gratiâ valere potuiſſe, qui non eſſet populo ſimillimus, eique adularetur. Nimis longa ſunt quæ habet hac de re Socrates, & quibus probat bono viro adtingendam Rempublicam non fuiſſe; quàm ut huc transferri poſſint. Unum hoc ejus judicium de iis, qui, ante ipſius tempora, Reipublicæ præfuerant, iiſque qui etiamnum præerant, proferam è p. 310. Poſtquàm ergo dixit Miltiadem, Cimonem, Themiſtoclem, Periclem, aptiores fuiſſe ad perficienda, quæ Athenienſium cupiditas adpetebat, ſic de iis loquitur:

„ in

„ in emendandis cupiditatibus, in obſequio iis negando, ita ut perſuadentes & cogentes eò illos adducerent, unde meliores cives erant futuri, nulla „ in re, ut liberè dicam, ab hiſce differebant; quod „ tamen ſolum eſt officium boni civis : μεταβιβάζειν τὰς ἐπιθυμίας καὶ μὴ ἐπιτρέπειν πείθοντες καὶ βιαζόμενοι ἐπὶ τοῦτο ὅθεν ἔμελλον ἀμείνους ἔσεσθαι οἱ πολῖται (ὡς ἔπος εἰπεῖν) οὐδὲν τούτων διέφερον ἐκεῖνοι, ὅπερ μόνον ἔργον ἐστὶν ἀγαθοῦ πολίτου. Si eadem prorſus non dixit, quæ eum dicentem inducit *Plato*, at certè ſimilia dixerat; nam Magiſtro, poſt mortem, invidiam, ficto ſermone, facere numquam voluiſſet.

Ejuſmodi ſermonibus cùm irritati eſſent qui Rempublicam adminiſtrabant, non eſt mirum eos fidem habuiſſe poſterioribus accuſatoribus Socratis ; qui contendebant ab eo Juventutem corrumpi , & Deos novos induci. Poſterius quidem negat, aitque à ſe Deos patrios ſemper cultos ; ſed ſermones cum Euthyphrone habiti ſatis oſtendunt eum de Diis patriis, prout à Vulgo res intelligebatur, malè ſenſiſſe. Prius optimè confutat, dum teſtatur Juvenes ſe ſolitum eſſe ad omnis generis Virtutes adhortari. Quæ apud *Platonem* & *Xenophontem* eleganter & copioſe expreſſa legentur.

Verè dicit ſe „ capitis pœnas non luïturum, propter Anytum & Melitum , ſed propter multorum „ calumnias & invidiam; quæ, *inquit*, alios plures, „ eóſque bonos viros peremit, &, ut puto, poſthac „ perimet: Τοῦτό ἐστιν ὃ ἐμὲ αἱρήσει, ἐάνπερ αἱρῇ, οὐ Μέλιτος, οὐδὲ Ἄνυτος, ἀλλ᾽ ἡ τῶν πολλῶν διαβολή τε καὶ φθόνος· ἃ δὴ πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ἥρηκεν, οἶμαι δὲ καὶ αἱρήσειν. Sic loquitur §. XI. Apologiæ Platonicæ.

In ſequentibus etiam oſtendit ſibi perſuaſum fuiſſe, ſe à Deo conſtitutum, ut cives ad Virtutem vocaret; nec aliter ſe facturum ait , ſi à Judicibus abſolutus fuiſ-

fuisset, eâ lege ne in posterum ampliùs philosopharetur, séque iis responsurum: „ vos quidem, ô „ Athenienses, diligo & amo, sed potiùs Deo pa„ rebo, quàm vobis: ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀσπάζομαι μὲν καὶ φιλῶ, πείσομαι δὲ μᾶλλον τῷ Θεῷ, μᾶλλον ἢ ὑμῖν. Eadem repetit §. XII & XV.

Reliqua omnis ejus oratio absumta est, non in misericordia Judicum movenda, non in sorte sua deploranda, aut lenienda invidia, aut in factis & dictis suis commodiùs interpretandis, aut in ulla alia re simili, quâ posset mollire Judices, ut solebant Oratores; sed primùm extulit honorem, quo à Deo adfectus erat, cùm sapientissimus hominum pronunciatus fuerat; cúmque Dæmon ei, veluti custos, additus erat; nec desiit ita loqui, quamvis obstreperent Judices, alieniorésque ab eo, iis verbis, fieri viderentur. Deinde innocentiam suam, probitatem, studium juvandi cives, aliásque Virtutes suas meritò jactavit. Tandem tantùm absuit, ut Judicum iram deprecaretur, ut ante damnationem paucis ostenderit malè facturos si se damnarent, & damnatus jam ac mulctam sibi ipse imponere jussus, quâ vitam redimeret, prorsus abnuerit, séque dignum, qui in Prytaneo publicè aleretur, pronunciarit, quæ apud *Platonem* invenientur.

Cogitaverat quidem initio, de ratione quâ posset mortem à se amoliri; sed bis Dæmon, more solito, ei consilio adversatus erat, ut apud *Xenophontem* legere est. Itaque iis omnibus omissis, ad mortem se se paravit, quam à Deo convenientiorem vitâ sibi censeri judicavit; eáque dixit, ut vidimus, quæ vera quidem erant, sed exasperandis quàm leniendis Judicum animis aptiora. Existimavit Numini placere incommoda grandioris ætatis, leni morte, potiùs ab eo vitanda, quàm diutiùs protrahendam vitam, ut habet *Xenophon*. *Plato* etiam eum de præmiis post mor-

mortem futuris loquentem inducit, quamvis dubitantem, quod ei à nonnullis vitio vertitur. Sed quid mirum, si aliquando dubitarit de re; quæ, sine revelatione, demonstrari vix poterat? Æquúmne erat eum adseverantiùs loqui, quàm reverâ, ex rationibus credendi, quæ ei suppetebant, poterat? Credebat tamen eam, ut liquet, cùm ex fine III. Dialogi *Æschinis*, tum ex *Phædone*, unde verba ad eum *Æschinis* locum protulimus; satisque hoc fuit, nisi velimus firmiorem esse animi persuasionem, quàm sunt adsentiendi causæ, quod ab homine Philosopho exigere præter Rationem esset.

Ego verò suffragium meum *Ciceroni*, sic de eo loquenti Tuscul. Disput. Lib. I. c. 29. adjungo: *His & talibus rationibus adductus Socrates, nec patronum quæsivit ad judicium capitis, nec Judicibus supplex fuit, adhibuitque liberam contumaciam, à magnitudine animi ductam, non à superbia; & supremo vitæ die de hoc ipso multa disseruit* (quæ in Phædone habemus) *& paucis antè diebus, cùm facilè posset educi è custodia, noluit, &, cùm pænè in manu jam mortiferum illud teneret poculum, loquutus ita est, ut non ad mortem trudi, verùm* IN COELUM VIDERETUR ADSCENDERE. Nihil vetat eloquentissimo omnium Oratori disertissimum Rhetorem subjungere, cùm præsertim pulcherrimè causam cur Socrates oratoria defensione ubi noluerit, ostendat, Institutionis Oratoriæ Lib. XI. c. 1. *Quod decet ferè prodest* (nempe, apud æquos Judices) *neque alio magis animi Judicum conciliantur; aut si res in contrarium tulit, alienari solent. Aliquando tamen & hæc dissentiunt. Quoties autem pugnabunt, ipsam utilitatem vincet quod decet. Nam quis nescit nihil magis profuturum ad absolutionem Socratis fuisse, quàm si esset usus illo judiciali genere defensionis, & oratione submissâ conciliasset animos Judicum sibi, criménque ipsum sollicitè redarguisset? Verùm id eum minimè decebat, ideò*-

ideòque ſic egit, ut qui pœnam ſuam honoribus ſummis eſſet æſtimaturus. Maluit enim vir ſapientiſſimus quod ſupereſſet ex vita ſibi perire, quàm quod præteriſſet. Et, quando ab hominibus ſui temporis parum intelligebatur, poſterorum judiciis ſe reſervavit, brevi detrimento jam ultimæ ſenectutis, ævum ſæculorum omnium conſequutus.

IX. NIHIL neceſſe eſt multa de laudibus Socratis, quem nemo vituperavit, præter Virtutis ipſius hoſtes Epicureos, dicamus. Plena ſunt encomiis Veterum libri. Judicio adſentimur Alcibiadis, dicentis in Convivio *Platonis*; ceteri omnes magni Græciæ viri, cui comparari poſſent, inveniri; „ ſed talem „ hunc virum, taléſque ejus ſermones, ſingulari quadam „ ratione agendi & loquendi, fuiſſe, ut propiùs quæ- „ rens quem cum eo contenderet, aut inter eos, qui „ nunc ſunt, aut inter Veteres, invenire non poſſet. Οἷος δὲ οὑτοσὶ γέγονε τὴν ἀτοπίαν ἄνθρωπος, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ, οὐδ' ἐγγὺς ἂν εὕροι τις ζητῶν, οὔτε τῶν νῦν, οὔτε τῶν παλαιῶν. Non temerè hæc dicta, ex iis quæ huc congeſſimus, facile eſt intellectu, nec plura addemus.

CAPUT IV.

De loco Phædri Lib. I. Fab. V.

1. *Latini Scriptores ad Græcam Linguam interdum paullò adludunt occultiùs.* 2. *Unde derivanda ſit vox* Leo, *Græcè* Λέων. 3. *Obiter quædam de* Manethone *Ægyptio.* 4. *Errores* Iſidori *Hiſpalenſis* & Hildeberti Cenomanenſis *ea de re.* 5. Phædrum *ad originem ejus vocis minùs notam reſpexiſſe Lib. I. Fab. 5.* 6. *Non eſſe audiendas* Mark. Gudii *de eo loco conjecturas.*

I. LATINI Scriptores non tantùm ſententias & ipſos loquendi modos è Græcis deſumſerunt, ſed etiam ad Græcam Linguam occultiùs, aut apertiùs interdum adluſerunt. Quod niſi animadvertatur, aut ipſorum Scriptorum mens non intelligitur, aut etiam eorum verbis violentæ emendationes inferuntur. Ejus rei exemplum inſigne, niſi fallor, mox proferam; ſed priùs, de origine vocis Græcæ Λέων, nonnulla dicenda ſunt; quibus, niſi fallor, illuſtrabitur egregii Scriptoris Latini locus, qui hominum eruditorum ingenia torſit.

II. AUCTOR Etymologici Magni, ſic de origine vocis Λέων habet, ad vocem Λεοντοκόμος: τὸ δὲ Λέων παρὰ τὸ λάω τὸ θεωρῶ, ὀξυδερκέστατον γὰρ τὸ θηρίον, ὥς φησιν ὁ Μανέθων ἐν τῷ πρὸς Ἡρόδοτον, ὅτι οὐδέποτε καθεύδει ὁ Λέων: *Vox* Leo *eſt à λάω contemplor; fera enim eſt acutiſſimi visûs, ut dicit Manethon, in libro ad Herodotum, numquam dormire Leonem.* Confutat deinde *Manethonem*, in eo quòd expertem ſomni putabat Leonem. Verùm hoc nihil ad conſilium noſtrum. Adlatam Etymologiam aliorum Scriptorum auctoritate, quibus & ipſe adſentitur, confirmat *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. III. c. 1. additque Veterum alia loca, de fulgore oculorum Leonis, quo omnia animalia terret.

Quæ quamvis minimè ſint abſurda, attamen malim λέοντα adducere ἀπὸ τῆς λείας, ſeu λέας, ſic enim olim vocem videntur etiam protuliſſe antiquiſſimi Græci, unde ληλατεῖν, *prædam agere.* A verbo λάω potiùs deduxeris λάων, quàm λέων, nec quidquam eſt conjunctius λέοντος & λέας, nam omnium maximè præda veſcitur Leo. Feris quas venatur, imò & hominibus ventrem replet. Hæc ejus eſt λεία, quod probare nihil adtinet, cùm ſit omnibus notum. Frequenter λείαν dici greges pecudum, quos potiſſimùm adgrediuntur Leones, oſtenderunt Lexicographi.

Sui-

Suidas postquàm prædam ex hostibus raptam interpretatus est, addit: καὶ λείας, τὰ ποίμνια, τὰ βοσκήματα, παρὰ Σοφοκλεῖ·

> Ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν
> Λείας ἁπάσας, καὶ κατηναρισμένας·

Sunt versus 25 & 26. Ajacis Mastigophori, ad quem *Scholiastes* similia habet. *Hesychius* etiam: λεία, ἡ τῶν θρεμμάτων ἀγέλη. Addit in Editione Aldina, qua utor: ἡ πραηνής, καὶ καλή, ubi legendum ἢ, *vel mollis & pulcra.* Sed hoc ad rem nostram cùm non pertineat, omittimus. Sic etiam Λῆϊς frequenter sumi constat, ut observavit *Henr. Stephanus* in Thesauro. Mirum ergo videri nequit feram ejusmodi λείᾳ viventem vocatam inde λέοντα.

III. OBITER monebimus *Manethonem*, quem hîc ad testimonium citat Etymologicon, videri eumdem esse, cujus meminit *Laërtius* in Proœm. I, 10. cui tribuit τὴν τῶν φυσικῶν ἐπιτομὴν, *Physicorum Epitomen.* Quod opus fortè in gratiam *Herodoti* cujuspiam conscripserat, unde vocatur τὸ πρὸς Ἡρόδοτον ab Etymologo; quod tamen minimè adfirmarim, quamvis enim de re physica sermo sit, potuit & in alio *Manethonis* opere inveniri, in quo de animalibus egerit. Certè *Ælianus* de Animalibus Lib. X. c. 16. ubi de suibus, opus ejusmodi *Manethonis* laudare videtur. *Ger. Joan. Vossius* de Hist. Græcis Lib. I. c. 14. Mendesium hunc putat fuisse *Manethonem*, recentiorem Historico, qui Sebennyta fuit. Nec tamen profert Etymologici locum, qui *Bochartum* non fugit. At nescio cur vir summus verterit ἐν τῷ πρὸς Ἡρόδοτον, *in notis ad Herodotum*; cùm in eo loquendi genere frequenter subaudiatur βιβλίῳ, aut συγγράμματι, aut simile quidpiam; ut vel ex catalogo operum *Galeni* liquet, ubi sunt libri πρὸς Πατρόφιλον, πρὸς Θρασύβουλον, πρὸς Ἐπιγένην, πρὸς

Γλαύκωνα &c. Si notæ ſignificarentur, potiùs eſſet εἰς Ἡρόδοτον; aut vertendum eſſet *contra Herodotum*, ut eſt opus *Plutarchi* πρὸς Κολώτην, ubi eum confutat & *Galeni* πρὸς Ἐρασίστρατον, ubi ſimiliter dogmata ejus oppugnat. Exprobrandi causâ hæc non dico, neque enim ejuſmodi ἀπροσεξίαι ſunt viris doctis exprobrandæ; cùm conſtet, ſi paullò magis adtendiſſent, facilè eas vitaturos fuiſſe. Animus majoribus curis diſtentus levia ſæpe prætervolat, aut non videt. Multi quoque fuerunt *Herodoti*, nec quidquam vetat ad eorum unum, æqualem & amicum Scriptoris, hoc *Manethonis* opus miſſum fuiſſe. *Suidas* quidem non Mendeſio, ſed Sebennytæ tribuit τὰ φυσιολογικά, at *Voſſium* ſequi malim.

IV. Non opus eſt, ut opinor, hîc à nobis Hiſpalenſem *Iſidorum* confutari, qui Originum Lib. XII. c. 2. *Leo*, inquit, *Græcè Latinè* Rex *interpretatur*, *eò quòd ſit princeps beſtiarum.* Exſcripſerat hunc locum *Hildebertus* Cenomanenſis, qui in Sermone LXIII. ad Eſa. XI, 6. col. 545. nuperæ Editionis Pariſienſis, ſic habet: *Leoni ſimilatur Gentilis*, λέον (ſic editum eſt) *enim Græcè regem ſonat. Apud autem Gentiles, non apud Judæos, ſemper Monarchia fuit.* Monachus Benedictinus, qui *Hildebertum* edidit, tam abſurdam interpretationem Librariorum errori, quàm inſcitiæ Scriptoris, tribuere maluit; ſed perperam, nam, ut vidimus, *Iſidorum* exſcripſit Cenomanenſis Epiſcopus; quemadmodum ejus ævi homines ſolebant, qui in hujuſmodi rebus ex *Iſidoro* tantùm ſuo ſapiebant.

Verùm viri docti verba proferri nihil vetat: *Duo hîc*, inquit in notula paginæ ſubjecta, *amanuenſis errores obrepſerunt, primus dum* Λέον *pro* Βασίλεον *poſuit, ubi Author aſſerit* Λέον *Græcè ſignificare Regem.* Atqui *Hildebertum* ſcribere oportuiſſet, non quidem Λέον, at certè Λέων, nam de *Leone* agit Eſaias, in verbis quæ interpretatur: *Vitulus, Leo & Agnus mora-*

rabuntur simul &c. Præterea βασιλέα scribendum fuit, non βασίλεον, quæ vox Græca numquam fuit. Quod monendi, non spernendi, aut illudendi causâ, à me dictum credi velim.

V. Si quæras unde *Isidorus* accepisset, *Leonem* significare Regem, quamvis in re usque adeò obscura tacere liceat (quis enim omnium hallucinationum rationes reddat?) crediderim tamen rem ortam à *Phædro*, quem habuerit *Isidorus*, qui Æsopiarum fabularum non semel meminit, eique fortè adposito scholio. Sic ille Fabulam V. Libri I. orditur:

Numquam est fidelis cum potente societas,
Testatur hæc fabella propositum meum.
Vacca & capella & patiens ovis injuriæ
Socii fuere cum Leone, in saltibus.
Hi cùm cepissent cervum vasti corporis,
Sic est loquutus, partibus factis, Leo:
Ego primam tollo, nominor quia Leo.

Videtur Scholiastes addidisse margini ad vocem *Leo: id est, Rex*, ut significaret perinde fuisse, ac si Poëta scripsisset *nominor quia Rex* , quòd nihil sit notius, quàm Leonem ferarum Regem haberi. *Suidas* ad vocem ἀρχή: ἡ μὲν φυσικὴ ὡς λέοντος ἐν ζώοις, καὶ ἀετοῦ ἐν ὀρνέοις: *naturalis, ut leonis in quadrupedibus, aquilæ in avibus.* Hinc *Pollux* Onom. Lib. V, 83. inter Epitheta Leonis βασίλειον habet. *Isidorus* , qui Græcè nesciebat, lecto glossemate in Phædri margine, putavit esse interpretationem significatûs, quem in Græca Lingua obtineret vox *Leo*,

Sanè ad Græcam originem vocis Λέων, quam antea protulimus, respexisse videtur hîc *Phædrus*, qui exprimere Græcæ narrationis, quam vertebat, venustatem non potuit. Ea autem concepta fuisse videtur, his aut similibus verbis: τὸ μὲν πρῶτον μέρος τῆς λείας

μοι λαμβάνω, ὅτι καλοῦμαι λέων. Elegantiſſima eſt Paronomaſia, quâ Leo ex nominis ſui origine ἀπὸ τοῦ λείας, aut λέας, probat ad ſe primam λείας partem pertinere. Alioquin, ut rectè animadvertit *Mark. Gudius*, ſententia jacet & omni ſale deſtituitur.

VI At ipſe ſuſpicabatur legendum primùm quidem, *nominor quia Rex Leo;* deinde, *quia baſileus*; ac tandem, *quia creon*, hoc eſt, κρείων, ſive *rex*. Quæ omnia dura & contorta ſunt, præ iis quæ diximus. Certè nobis videntur, nec quiſquam facilè ei conceſſerit à Latinè loquente Poëta vocem illam Homericam adhibitam. Omnem ille quidem lapidem movet, ut eam obtrudat Lectori, ſed paucis perſuadebit; nam apud quem alium Scriptorem κρείων ſimpliciter occurrit pro Rege, ſi *Homerum* excipias? Quod adtinet ad modulum ultimæ ſyllabæ in *quia*, quæ brevis eſſe ſolet, obſervavit *Joan. Lud. Praſchius*, ex *Mariangelo à Fano Benedicti*, multa ancipitia fuiſſe apud Veteres, quæ vulgò brevia, aut longa tantùm creduntur, & præſertim quidem in poſtremis ſyllabis. Si hoc minùs adrideat, quia ubique *Phædrus* ultimam, in hac voce, brevem facit, ut vel ex ſequentibus verſiculis liquet, lege *quòd nominer Leo*. Fortè librarius ſcripſerat compendiariâ ratione, quæ frequens eſt in MSS. *q. nominer Leo*; cúmque alius plenè exſcripſiſſet *quia*, animadverſúmque eſſet corrumpi eo modo verſum, tranſlata vocula eſt in pænultimum locum; quòd ſequiore ævo ultima in vocula *quia*, interdum longa eſſet, quod alii jam animadverterunt.

C A-

CAPUT V.

De significationibus vocis Δίκη, *& loquutionis* Δίκας δοῦναι καὶ λαβεῖν.

1. *Quàm ambigua sit vox* Δίκη, *ex* Polluce, *qui tamen insignem ejus significatum omisit.* 2. *Quid sit* δίκας δοῦναι καὶ λαβεῖν, *apud* Ælianum *Var. Hist. Lib. III. c.* 38. 3. *Res illustratur locis* Herodoti, Theognidis, Thucydidis, Xenophontis *&* Plutarchi. 4. *Similiter dixisse Latinos*, judicium dare & accipere, *quod ex* Cicerone *&* Livio *demonstratur.*

ETIAM in hoc Capite Linguam Latinam ex Græca illustrabimus, & vicissim Græcam ex Latina, ita ut mater & filia mutuam opem sibi ferant. Sed antequàm ad rem veniamus, voculæ Δίκη nobis est adcuratè explicanda ambiguitas, quæ insignis est. Et in hac voce & in aliis multis, sive seorsim spectatis, sive conjunctim sumtis, mirum est, etiam in fecundissima Lingua, tot fuisse ambiguitates.

I. POLLUX Onomastici Lib. VII. c. I. §. 6. ubi περὶ δικαστικῶν ὀνομάτων agit, sic habet: Δίκη ἤτε θεὸς, καὶ τὸ πρᾶγμα ὃ πρεέστηκεν ὁ δικάζων, καὶ ἡ ἀμφισβήτησις, καὶ ἡ διαδικασία, καὶ ἡ τιμωρία. *Est Dea* (non *Deus*, ut malè vertit *Wolfg. Seberus*) *& res cui præest jus dicens, & lis, & judicium & pœna.* Omisit hîc significatum quo *δίκη consuetudinem* sonat, sed fortè datâ operâ, quòd ea vocis potestas ad δικαστικὰ vocabula non pertineat. Verùm significationem *tribunalis*, seu δικαστηρίε prætermittere non debuit. Quæ quia omnibus nota, probare nihil necesse est.

II. AT postrema, quam dixi, potestas digna est

quæ diligentiùs expendatur, quando vox cum verbis διδόναι & λαμβάνειν conjungitur, quandoquidem viros eruditos interdum fugit. Notiſſimum quidem eſt διδόναι δίκας perinde eſſe ac *dare pœnas*, & λαμβάνειν *ſumere*; ſed & alius eſt ejus loquendi generis ſignificatus, cujus eſt exemplum apud *Ælianum* Var. Hiſt. Lib. III. c. 38. & alios graviores Scriptores. Sic autem loquitur *Ælianus*, ubi de Athenienſium inventis: Δίκην τε δοῦναι καὶ λαβεῖν εὗρον Ἀθηναῖοι: *judicium etiam dare & accipere invenere Athenienſes*; hoc eſt, auctores fuere conſuetudinis, quâ homines per ſe injurias ſuas ulciſci deſierunt, & quâ factum eſt ut actor judices, aut arbitros offerret reo; quos ille acciperet, ut ex eorum ſententia lis dirimeretur. Videre hoc partim *Joan. Schefferus*, & alii qui *Ælianum* illuſtrarunt; ſed nec rem ſatis dilucidè ac plenè explicuerunt, nec exempla loquutionis ſatis apta protuliſſe, aut vim ejus prorſus intellexiſſe videntur. Ab *Æliano*, ut rectè à viris doctis obſervatum, videtur reſpici priſca illa fama, cujus meminit *Demoſthenes* in Ariſtocratem p. 735. Edit. 2. Wolfii. Τοῦτο μὲν τοίνυν τὰ παλαιὰ ὡς ἡμῖν ἀκοῦσαι παραδέδοται, ἐν μόνῳ τούτῳ τῷ δικαστηρίῳ, θεοὶ δίκας φόνου καὶ δοῦναι καὶ λαβεῖν ἠξίωσαν, καὶ δικασταὶ γενέσθαι διενεχθεῖσιν ἀλλήλοις, ὡς λόγος· λαβεῖν μὲν Ποσειδῶν ὑπὲρ Ἁλιρροθίου τοῦ υἱοῦ παρὰ Ἄρεος, δικάσαι δὲ τοῖς Εὐμενίσι καὶ Ὀρέστῃ οἱ δώδεκα Θεοί: *Primùm ergo de antiquis, ut auditu accepimus, in hoc ſolo tribunali dignati ſunt Dii judicia cædis dare & accipere, & diſceptatores eſſe ſibi invicem diſſentientibus, ut aiunt; nam accepiſſe quidem* memorant *Neptunum judicium à Marte, diſceptatores verò fuiſſe duodecim Deos Eumenidibus & Oreſti.* Quibus in verbis *Hieron. Wolfius*, incommodè δίκας φόνου καὶ δοῦναι καὶ λαβεῖν vertit, *jus de cæde dare & accipere;* vult enim Orator Deos diffidentes, in eo Tribunali, obtuliſſe ſibi invicem judices & accepiſſe.

Quod

Quod probat exemplo Martis & Neptuni, qui cùm contenderent inter se, de cæde Halirrothii, quem Neptuni filium occiderat Mars, res ad Deorum judicium relata à Marte; quod judicium cùm Neptunus accepisset, Mars est absolutus, ut docet *Apollodorus* Bibliothecæ Lib. III. c. XIII, 2. Ποσειδῶν ἢ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κρίνεται, δικαζόντων θεῶν Ἄρη (vel Ἄρῃ ut referatur ad κρίνεται, quod mavult *Thom. Galeus*) καὶ ἀπολύεται, nimirum, Ἄρης. Unde intelligere licet, non reum tantùm λαμβάνειν δίκας, sed etiam actorem, si reus prior judices quosdam adpellasset, qui actori non displicerent; deinde *Wolfium* malè vertisse Neptunum *pœnas exegisse* à Marte, cùm absolutus sit Mars, nec quisquam in foro pœnas exigeret, aut repeteret.

Minùs rectè etiam *Justus Vultejus*, in *Æliani* loco adlato, verterat δίκας τε δοῦναι καὶ λαβεῖν, *pœnas dare & repetere*; neque enim hoc ab Atheniensibus inventum esse, cùm notum sit naturâ, dici queat, agatúrque de constitutione judicum, ex quorum sententia lis dirimeretur. Vertendum ergo erat, quemadmodum fecimus. Sed res est pluribus exemplis probanda.

III. ORDINEM ducet *Herodotus* Lib. V. c. 87. ubi de Æginetis, qui parebant Epidauriis júsque ab iis petebant: Τοῦτον δέ ἐν τὸν χρόνον, καὶ τὸν πρὸ τούτου Αἰγινῆται Ἐπιδαυρίων ἤκουον τά τε ἄλλα καὶ δίκας διαβαίνοντες εἰς Ἐπίδαυρον ἐδίδοσάν τε καὶ ἐλάμβανον παρ' ἀλλήλων Αἰγινῆται. *Hoc tempore & superiore, Æginetæ Epidauriis dicto audientes erant, & cùm alia, tum judicia sibi invicem ferentes & accipientes à se invicem Epidaurum trajiciebant.* Verterat non malè *Laur. Valla: tum in aliis, tum verò in litibus, quas Æginetæ inter se vel actores, vel rei, illuc se conferentes agebant.* Uno verbo dixeris: *jus Epidauro petebant.* Nec fuit cur *Æmilius Portus*, in Lexico Ionico, diceret acto-

rem περὶ τοῦ φεύγοντος δίκας λαμβάνειν, τὸ δὲ φεύγοντα δίκας διδόναι λέγεται, nam & actor poterat judicium reo ferre, quod reus acciperet, ſed videtur voce δίκας intellexiſſe pœnas.

Sic & apud *Theognin* hæc loquutio δίκας διδόναι, verſ. 45. ubi de urbis depravatione, eſt tribunalia concedere.

Οὐδεμίαν πω, Κύρν', ἀγαθοὶ πόλιν ὤλεσαν ἄνδρες,
'Αλλ' ὅταν ὑβρίζειν τοῖσι κακοῖσι ἀδῇ,
Δῆμόν τε φθείρωσι, δίκας δ' ἀδίκοισι δίδωσιν,
Οἰκείων κερδῶν εἵνεκα καὶ κράτεος.

Nullam umquam, Cyrne, civitatem perdiderunt boni viri, ſed quando malis contumeliâ alios adficere libuit, populumque corruperunt, & injuſtis judicia dederunt, proprii lucri & potentiæ causâ; ut, nimirum, juris negligentes diteſcant, dum judiciorum domini ſunt.

Similiter ſæpiùs loquutus eſt *Thucydides*, & δίκαια quidem διδόναι καὶ δέχεσθαι eodem ſenſu dixit. Lib. I, 37. ubi de Corcyræis Corinthii : Καί τοι εἰ ἦσαν ἄνδρες, ὥσπερ φασὶν, ἀγαθοὶ, ὅσῳ ἀληπτότεροι ἦσαν τοῖς πέλας, τοσῷδε φανερωτέραν ἐξῆν αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν, διδοῦσι καὶ δεχομένοις τὰ δίκαια, δεικνύναι: *Quamquam ſi viri eſſent, ut dicunt, boni, quò minùs proximorum criminationibus obnoxii erant, eò manifeſtiorem licuit eis virtutem oſtendere, dum jura dant & accipiunt*; hoc eſt, dum patiuntur jure ſecum agi, conſtitutis communi conſenſu controverſiarum diſceptatoribus, quod antea dixit κατὰ ξυνθήκας γίγνεσθαι δικάσας. Sed Cap. LXXXV. in oratione Periclis aptiùs, ad hoc noſtrum negotium, ſic eum querentem inducit, quòd Peloponneſii mallent armis experiri, quàm jure agere : Εἰρημένον γὰρ δίκας μὲν τῶν διαφόρων ἀλλήλοις διδόναι καὶ δέχεσθαι, ἔχειν δὲ ἑκατέρους ἃ ἔχομεν, οὔτε αὐτοὶ δίκας πω ᾔτησαν, οὔτε ἡμῶν διδόντων δέχονται. βού-

λον-

λονται δὲ μᾶλλον πολέμῳ ἢ λόγοις τὰ ἐγκλήματα διαλύεσθαι: *cùm enim dictum esset de controversiis judicia nos vicissim daturos & accepturos, habiturósque singulos quæ habemus; neque ipsi judicia sibi dari petierunt, neque nobis dantibus accipiunt; malunt enim bello, quàm verbis, criminationes diluere.* Sed & alia *Thucydidis*, hanc in rem, loca *Henr. Stephanus* aliique adtulerunt, quorum scrinia nolumus expilare.

Xenophon in Ἀθηναίων πολιτείᾳ, ubi agit de rationibus cur Athenienses vellent socios πλεῖν ἐπὶ δίκας Ἀθήναζε, *navigare Athenas, ut inde jus peterent*, cùm alias rationes, tum hanc reddit, Cap. I, 18. πρὸς δὲ τούτοις, εἰ μὲν μὴ ἐπὶ δίκας ᾔεσαν οἱ σύμμαχοι, τοὺς ἐκπλέοντας Ἀθηναίων ἐτίμων ἂν μόνους, τούς τε στρατηγοὺς καὶ τοὺς τριηράρχους καὶ πρέσβεις. νῦν δ᾽ ἠνάγκασαι τὸν δῆμον κολακεύειν τὸν Ἀθηναίων εἷς ἕκαστος τῶν συμμάχων, γιγνώσκων ὅτι δεῖ ἀφικόμενον Ἀθήναζε δίκην δοῦναι καὶ λαβεῖν, οὐκ ἐν ἄλλοις τισὶν ἀλλ᾽ ἐν τῷ δήμῳ· ὅς ἐστι δὴ νόμος Ἀθήνησι. καὶ ἀντιβολῆσαι ἀναγκάζεται ἐν τοῖς δικαστηρίοις καὶ εἰσιόντος του ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς χειρός, *præterea si Athenas Socii jus petitum non irent, solos ex Atheniensibus illos colerent, qui ad ipsos navigant; nimirum, prætores, triremium præfectos, legatos. Nunc verò Sociorum unusquisque populum Atheniensem blandiendo demereri cogitur, quippe qui intelligat necesse esse Athenas sibi profecto judicia dare & accipere, non apud alios quosdam, quàm apud populum; quæ sanè lex Athenis est. In curiis etiam supplicare cogitur, &, si quis ingrediatur, manum prehendere.* Jam dubium esse non potest eâ ratione loquendi significari id quod fit inter duos litigantes, quorum unus disceptatores offert alii, quos accipit, aut recusat.

Sed & sic loquutus est *Plutarchus* in Pericle p. 166. ubi de controversia quæ erat Milesiis cum Samiis, & cujus disceptatores esse cupiebant Athenienses: καὶ κελευ-

κρατοῦντες οἱ Σάμιοι, παύσασθαι τῶν Ἀθηναίων κελευόντων, καὶ λαβεῖν δίκας καὶ δοῦναι παρ' αὐτοῖς, οὐκ ἐπείθοντο : *cùm vicissent Samii, juberenturque ab Atheniensibus desinere* (bellum gerere) *& apud se* (Athenis) *judicia accipere & dare, non paruerunt.*

IV. Ne quis verò putet me nimiùm Græcissare, cùm verto *judicia dare* & *accipere*, sciat ita quoque loquutos esse Latinos; nisi quòd non reus, aut actor *judicium dare*, sed Prætor dicebatur, cujus erat judices litigantibus constituere. Sic *Cicero* Lib. II. in Verrem c. XII. *Dubium nemini est, quin omnes omnium pecuniæ positæ sint in eorum potestate, qui* judicia dant *& eorum qui judicant; -- si -- Prætor improbus, cui nemo intercedere possit, det quem velit judicem, judex nequam & levis, quod Prætor jusserit judicet. Si verò illud quoque accedet, ut in ea verba Prætor* judicium det, *ut vel Octavius Balbus judex, homo juris & officii peritissimus, non possit aliter judicare* &c. Si de reo loquerentur, interdum *judices dicere* eum ajebant, ut *Livii* Lib. III. c. LVI, 4. ubi Virginius Tribunus sic Appium reum adloquitur: *unius tantùm criminis ni* judicem dices, *te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse, in vincula te duci jubeo.* Ubi vide *Joan. Fr. Gronovium.* Postea Cap. LVII, 5. ipse Tribunus, qui actor erat, ei *ferre* se *judicem* dicit: *Proinde*, inquit, *ut ille iterum ac sæpiùs provocat, sic* se *iterum ac sæpiùs* judicem *illi* ferre, *ni vindicias ab libertate in servitutem dederit;* hoc est, offerre quemcumque voluerit. Nonnulla etiam hanc in rem habet vir eximius *Joan. Schultingius*, in eruditissima Differt. de recusatione Judicis Cap. VI. quæ legisse non pœnitebit.

Sed & *accipi* dicebatur à Latinis *judicium*, ut in Oratione pro Quinctio, Cap. XX. *Audes, Sex. Navi, negare absentem defensum esse Quinctium, cùm eum defenderit idem, qui te solebat, & cùm is judicium ac-*

ce-

ceperit pro Quinctio? &c. Paullò post ait Alphenum *vadimonium promisisse*, judicium *quin* acciperet, *in ea ipsa verba, quæ Nævius edebat, non recusasse*; & contrarium hoc loquendi modo exprimit, *judicia recusare.* Cap. XXI. iterum inducit Alphenum dicentem *se* judicium *id quod edat* accipere. Antea etiam negasse ait Nævium, Alphenum voluisse *istud judicium pati*, aut amicum *judicio defendere*, quòd Tribunos adpellasset. Ex hisce, nisi fallor, satis liquet Latinos, loquutionem Græcam, δίκας λαβεῖν καὶ δοῦναι imitatos, *judicium dare & accipere* dixisse, atque adeò *Æliani* verba sic debuisse verti. Quæ à me dicta sunt non ut inscitiam exprobrem iis, qui aliter verterunt; sed ut commodiùs potuisse verti ostenderem, rémque subobscuram viris eruditis in aperta luce, sine ulla eorum contumelia, collocarem.

CAPUT VI.

De Callimachi Epigrammate.

1. *Epigramma profertur ex Vita Arati, ut à* Dionys. Petavio *est editum.* 2. *Emendatio & interpretatio ejus à* Cl. Salmasio. 3. *Ex* Isaaco Vossio. 4. *Plenius profertur iterum è* Luca Holstenio. 5. *Emendatum à* Ric. Bentlejo, *sed mutilum editum. Typographicos errores non esse objiciendos.* 6. *Explicatur.*

I. AD calcem libri *Achillis Tatii* ad *Arati* Phænomena, qui *Tatii* liber perperam *Eratostheni* tribuitur, est vita *Arati*; in qua legitur Epigramma *Callimachi*, in ejus Poëtæ Phænomena, corruptum & mutilum in Editione *Dionys. Petavii*, quæ prodiit anno MDCXXX. Γέγονε δὲ, in-

inquit vitæ illius Scriptor, ὁ Ἄρατος ζηλωτὴς Ἡσιόδου, ὡς καὶ Καλλίμαχος προσεσημήνατο τοῦτο διὰ τοῦ εἰς αὐτὸν ἐπιγράμματος οὕτως: *fuit verò Aratus imitator Hesiodi, ut Callimachus hoc antea significavit, Epigrammate in eum scripto, sic.* Ab *Hesiodo*, nimirum, scripta fuerat, aut scripta putabatur Ἀστρονομία μεγάλη, ἢ Ἀστρικὴ βίβλος, quam imitatus erat *Aratus*, in quem hoc *Callimachi* Epigramma subjicitur:

Ἡσιόδου δ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος· οὐ τὸν ἀοιδὸν
Ἔσχατον, ἀλλ' ὀκαισώμητο μελιχρότατον
Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. χαίρετε λεπταὶ
Ῥήσεις ἀρήτου σύγγονος ἀγρυπνίης.

Petavius in margine ita emendat, ut pro δ' scribat τόδ', ἀοιδῶν pro ἀοιδὸν, & ἀρρήτου σύγτονοι pro ἀρήτου σύγγονος. Sic verò vertit: *Hesiodi hoc carmen & modus, non Poëtarum postremum *** carminum Solensis expressit, salvete subtilia dicta inexplicabilis germana vigiliæ.* Unde intelligere est à *Petavio* hoc *Epigramma* pro deposito habitum, cùm nihil ulteriùs tentarit.

II. Attamen anno M DC XXIX. à *Claud. Salmasio*, Plinianarum Excercitationum in *Solinum*, p. 525. col. 2. Ed. Ultraject. paullò emendatius prolatum jam fuerat, & explicatum his verbis, nam totum locum adducam: „ Totum opus *Arati* τῶν φαινομένων veteres Critici ex Libro *Hesiodi*, de astris, „ imitatum fuisse testati sunt. Certè *Callimachus* Epigrammate id testatum reliquit, quod, quia corruptissimum exstat in *Arati* vita, quæ *Achilli* „ *Tatio* adjuncta est, heic emendatum adponam:

Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος, οὐ τὸν ἀοιδῶν
Ἔσχατον, ἀλλ' ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον

Τῶν

Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. χαίρετε λεπταὶ
'Ρήσιες 'Αῤῥήτȣ σύγγονοι ἀγρυπνίης.

„ Quam vocat *Hesiodi* Astrologiam *Plinius* , *Theoni* „ citatur & vocitatur ἀςρικὴ βίβλ☉. *Hesiodi* genui- „ num fœtum opus illud fuisse vetustissimis Criticis & „ *Callimacho* in primis placitum vides. Nihil ergo „ dubitandum quin *Hesiodo* adscribenda sit. *Arati* „ carmen de sideribus ad illius operis exemplar com- „ positum *Callimachus* fatetur. *Hic modus est*, inquit, „ *hoc genus poëmatis Hesiodici. Non equidem ultimum*, „ *aut pessimum Poëtarum est imitatus* ; *sed vereor ne* „ *maximè laboriosam & difficilem carminum ejus partem* „ *vates hic Solensis adfectaverit. Quare valeant minutæ* „ *illæ & argutæ Arati de sideribus commentationes, vigi-* „ *liarum cognatæ & somnum adimere natæ.* —— Τὸ „ μελυρὸν est quod curam & sollicitudinem adfert, „ ut μέλημα est cura & sollicitudo. Legi tamen e- „ tiam posset, μὴτ' ἀμελιχρότατον. Sed illud fortasse „ melius. Qui nesciebant quid esset μεληρότατον, „ reposuerunt μελιχρότατον —— Si μελιχρότατον ali- „ quis retinendum pertendit, idem tamen sensus eli- „ ciendus est. Optimum quidem ac præstantissimum „ Poëtam *Aratus* sumsit , quem imitaretur ; sed „ vereor ut μελιχρότατον expresserit operum ejus ac „ poëmatum —— Errat itaque vir magnus, qui *Cal-* „ *limachum* illo Epigrammate dicere adserit *Aratum*, „ ex *Hesiodi* Astronomia τὰ μελιχρότατα deflorasse , „ cetera φορτικὰ putà μυθολογȣ́μενα omisisse. Imò „ contrà τὸ φορτικὸν καὶ τὸ λεπτολόγον inde deriva- „ vit *Aratus*, τὸ μελιχρὸν verò, quod in fabularum „ narratione consistit, insuper habuit. Τὴν ἡδύτητα „ ἐν τῷ μυθολογικῷ esse omnes fatentur. Hinc λεπ- „ τολόγ☉ dictus Veteribus , qui siccum & aridum „ ἀςρονομικὸν eo opere tractasset, nullâ μυθολογίας „ suavitate conditum, quod erat in Astrologico *He-* „ *siodi*.

„ *ſiodi.* Hoc ſenſu, magis probarem μήτ' ἀμελι-
„ χρόταλον. Οὐκ ἔσχατος ἀοιδῶν *Heſiodus* vocatur,
„ qui inter primos eſt, familiari loquutione Græcis.
„ Sic Ajax *Homero non poſtremus* Græcorum adpella-
„ tur, qui de primis ac præcipuis eſſet. Ἄῤῥητος
„ pro Ἄρητος, verſûs gratiâ, ut Ἄῤῥαβες, Πυῤῥηναῖον
„ ὄρος & ſimilia. Hæc vir magnus, qui ad ſummam rei quod adtinet, *Callimachi* Epigramma rectè interpretatus eſſe videtur. Sed ſi in Codicibus manu exaratis τὸ μελιχρόταλον invenerat, quemadmodum puto; neceſſe non fuit immutari, cùm ſenſum eumdem pariat, cúmque μεληρόταλον ſit ſine exemplo.

III. At ecce tibi *Iſaac. Voſſium*, qui non illibenter *Salmaſium* ſuggillabat, aliter hoc Epigramma emendantem, in notis ad *Pomponium Melam* Lib. I. c. 13. unde, ut hoc obiter dicam, quàm lubricum ſit & periculoſum mendoſa Veterum loca ſine Codicibus emendare liquet; cùm primi ſubſelliis Criticis tam parum inter ſe conveniat. Quamobrem omnes ejuſmodi conjecturas meticuloſè & modeſtè, non pro imperio, ut à nonnullis ſolet fieri, proponi par eſſet. Verius hoc eò haberi oportet, quòd ne *Voſſius* quidem ipſe aliis ſatisfecerit, ut mox videbimus, nec immeritò. Sic autem ille legit:

Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος οὔτος ἀοιδοῦ
  Ἔσχατος, ἀλλ' ὄχα σοὶ μὴ τὸ μελιχρότατον
Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο· χαίρετε λεπταὶ
  Ῥήσιες Ἀρήτου σύγγονοι ἀγρυπνίης.

„ Carmen illud, inquit vir doctiſſimus, ſcriptum
„ non eſt in *Aratum*, ſed in *Heſiodum*, cujus ἀσελκὴ
„ βίβλος hîc laudatur. Dixit verò *Callimachus* diffi-
„ cilia illa, miniméque florida, quæ *Heſiodus* omi-
„ ſiſſet, *Aratum* perfeciſſe; ideóque jubet valere te-
„ tricas iſtas & injucundas vigilias. Proximè verò

„ ac-

„ accedit hæc nostra correctio ad vulgatam lectio-
„ nem, veriſſimúmque & elegantiſſimum exhibet ſen-
„ ſum. Sed verò illa *Salmaſii*, in commentariis ad
„ *Solinum*, neque elegans eſt, neque intellectu faci-
„ lis. Si ſenſum tamen ſpectes, ſat perſpicua eſt,
nec elegantia in ea deſideratur. Addit *Voſſius:* „ Græ-
„ cum præterea non eſt μεληρόταlον. Errat etiam, cùm
„ Ἀῤῥήτου ſcribendum eſſe dicit, versûs gratiâ, non
„ Ἀρήτου. *Leonidas* Tarentinus in Epigrammate, &
„ ipſe quoque ſyllabam illam producit. Vera hæc
ſunt, ſed ſententiam Epigrammatis Salmaſianam non
evertunt. Ipſum etiam carminis argumentum oſten-
dit ſcriptum eſſe non in *Heſiodum*, ſed in *Aratum* ejus
imitatorem. Res liquida eſt, nec à *Voſſio* negata
fuiſſet, ſi quis alius dixiſſet.

IV. Idem Epigramma emendatius & plenius protulit *Lucas Holſtenius*, in Notis ad *Stephanum* Byzantium, ad vocem Soli, ubi quaſi ἀνέκδοτον ſic recitat:

Ἡσιόδου τὸ ἄεισμα, καὶ ὁ τρόπος, αὐτὸν ἀοιδὸν
  Ἔσχατον, ἀλλ᾽ ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον
Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο, χαίρετε λεπταὶ
  Ῥήσεις, Ἀρήτου σύντονος ἀγρυπνίη.
Ἀλλὰ σὺ μηκέτ᾽ Ἄρητον ἐπίβλεπε, διοσὰ γὰρ ἀμφοῖν
  Μέτρα πιὼν ἄθρει πάντα τὰ φαινόμενα.

Quod ſic verto: *Heſiodi hæc eſt canendi ratio, atque hic modus; non Poëtæ* (lego enim οὐ τὸν ἀοιδοῦ) *poſtremum, ſed vereor ut dulciſſimum carminum imitatus ſit Solenſis. Valete ſubtilia dicta, Arati intenta lucubratio. Sed tu non ampliùs Aratum inſpice, verùm duplicia amborum pocula cùm biberis, contemplare omnia ſidera.* Cujus verſionis paullò pòſt rationem reddam.

V. Editum tamen eſt hoc ipſum Epigramma à doctiſſima Matrona *Anna Tan. Fabri* filia, *Andreæ Dacerii*, viri item eruditiſſimi, uxor lectiſſima, quem-

admodum apud *Arati* vitam exſtabat, quòd non meminiſſet alibi à ſe lectum. Scripſit verò notas Vir Clariſſimus *Ric. Bentlejus*, in Callimachi Epigrammata; in quibus notis, fatetur quidem à *Luca Holſtenio* emendatius editum; ſed nec eum per omnia ſequitur, habet enim Ἡσιόδε τόδ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος, ἐ τ̃ ἀοιδῶν Ἔσχατον &c. Sed de ultimo diſticho nihil habet, quaſi non putaſſet ad hoc Epigramma pertinere; quod vel ſic tamen monitum uno verbo oportuiſſet, ut quid de eo judicaret intelligeret Lector. Nolim hoc ita ab eo accipi, quaſi tantillam omiſſionem exprobrare velim. Non eſt hoc morum noſtrorum; talia faciat *Phileleutherus*, aut potiùs φιλολοίδορος & φιλοψέυδης ejus amicus, qui ſe *Lipſienſem* mentitur. Omiſſionem notularum quarumdam *Hug. Grotii* in *Menandrum*, nobis inhumanè perſonatus ille Criticus exprobravit; quaſi grande flagitium eſſet, in foliis illis Sibyllæ colligendis, pauca quædam nos fugiſſe, quæ alioqui noſtrâ non intererat omitti. Non eſt hîc locus oſtendendi iniquitatem hominis, qui menda typographica, aut feſtinantis etiam calami, animive aliis diſtenti, nobis objicit, quaſi ſcelera; cùm nemo non, præſertim gravioribus ſtudiis occupatus, talia παρόραμαλα admittat. Vix ullum paullò eruditius opus evolvo, in quo talia multa non occurrant. Cl. Viri, quem nomine adpellavi, & quem ſolum fermè laudat acerbus ille Conjector, fragmenta *Callimachi* nemo leget, quin in plurima talia incidat; quæ ſi exprobrarentur, meritò *novum* illud *Britanniæ ſidus* ſibi nebulas, ex alieno fundo ortas, objici quereretur. Sic Fragm. L. φθινωπυρίδα ſcribitur, contra metrum & Linguæ Græcæ rationem, pro φθινοπωρίδα, & in verſione εἰν ἁλὶ redditur *in mari* perabſurdè, cùm vertendum ſit *in muria*, agitur enim de oleis muriâ conditis. Sic pag. 322. ad Elegos *Callimachi*, verſu 4. in loco *Procli*, le-

legitur ϑρηνδῦσαι pro ϑριςδῦσαι. Sic Fragm. LXVII. pro ἐξερέη, ut ſcripſerat *Grotius*, quem ſequitur, abſurdè bis ſcribitur ἐξερέω, quaſi eſſet hæc tertia perſona. Sic & in eodem Epigrammate, ubi legitur in tertio verſu, ἤ ὅτ' ἐς ἄνδρα συνεμπόρον ἔρχητ', ſuppleri etiam poſſe dicitur ἤ ὅτ' ἀνὴρ εἰς ἄνδρα συνέμπορον, cùm V. C. ſcripſerit ἤ ὅτ' ἐς ἄνδρα. Neque enim Græcè dicitur ἐξερεῖν εἴς ἵνα, pro eo quod eſt narrare alicui. Sic in loco *Athenæi*, ad Fragm. LXIX. legimus Θεόφρενος pro Θεόφραστος. Sed plura non addam, neque enim alienorum librorum errata colligere ſoleo, ut faciunt malevoli Grammatici. Hæc eò non protuli, quaſi V. C. eorum reum agere velim, abſit! Ii ſoli digni ſunt, cum quibus ita agatur, qui ſimilia aliis exprobrant; quòd facinus nemini objecerim, niſi palam & apertè id ipſe admiſerit; quod fecit putidus ille φιλολοίδορος, de quo antea dixi, ac ejuſdem farinæ homo, cujus nomine has chartas non fœdabo.

Contendit, ut ad *Bentlejum* redeam, V. C. Epigramma, de quo agere cœpimus, magis, magíſque à *Salmaſio* & *Voſſio* eſſe corruptum, præfértque Holſtenianum ejus exemplar, nec immeritò, ſed non per omnia, ut dixi.

VI. Ego verò, ne quid diſſimulem, unum hoc mutatum velim quod dixi, αὐτὸν ἀοιδὸν, in ὃ ἢ ἀοιδȣ̃ *non poëtæ*, quæ leviſſima eſt mutatio, & quâ admiſſâ, multò leniùs fluit carmen. Lecto *Arati* Poëmate, judicabat *Callimachus* in eo eſſe τὸ ἄεισμα ſeu characterem, ut ſic dicam *Heſiodi*, qui ſic canere ſoleret, rationémque ejus ſcribendi; nec *Aratum* ſibi exprimendum propoſuiſſe id *Heſiodi* poëma, quod poſtremo loco cenſeri poſſet, cùm eſſet egregium; ſed ſe vereri ut elegiſſet non mellitiſſimum, ſeu ſuaviſſimum, quòd de ſiderum ſitu, ortúque & occaſu in eo ageretur; quæ res parum aptum præberet Poëtæ argumentum, in quo poëticam ſuam facultatem oſtentaret.

taret. Quibus dictis, subitò Aratei poëmati lectioni valedicit, quod refertum ait subtilibus dictis, esséque intentis vigiliis perfectum; itaque se auctorem esse ei, quem adloquitur, ut poculo utrique Poëtæ, quasi Heroi, libato, ipse cœlum contempletur, indéque Astrorum scientiam petat. Jocatur, nimirum, *Callimachus*. Notum est solitos Veteres, Diis nominatim adpellatis, in conviviis, pocula libare & exhaurire, ex Ode XIX. Lib. III. *Horatii*, ad quam adiri poterunt Interpretes.

Sic totum Epigramma versabitur, in uno hoc argumento; elegans quidem & eruditum poëma scriptum ab *Arato*, ad imitationem Hesiodeæ Astronomiæ; sed nimis esse subtile & elaboratum, quàm ut à vulgo legi & intelligi facilè possit, satiúsque esse usu & inspectu ipso discere nomina & sedes astrorum, quàm ex lectione *Arati*. Itaque nullam causam video, cur ultimum distichon ex hoc Epigrammate resecetur. Si enim ab *Achille Tatio* non est adlatum, id eò factum est, quòd cùm nihil ad rem, de qua agebat, faceret, derididiculo etiam Astronomos habebat, quos ille magni faciebat.

Lucas Holstenius, postquàm protulit nostrum Epigramma, addit ex ultimo disticho corrigendum esse *Antipatri* Epigramma in Anthologia Lib. I. c. 46. ubi perperam scribitur Ἀλλὰ σὺ μηκέτ' ἐς Ἄρκτον ἀπίβλεπε. Volebat, nimirum, vir doctissimus μηκέτ' Ἄρητον scribi, quemadmodum hîc. Sed cum bona Manium ejus venia, nihil mutandum in *Antipatri* joco censuerim; est enim imitatio ludicra *Callimachi*, in qua nihil necesse erat omnia ejus verba exscribi; nec etiam oportuit, si animum *Antipatri* spectemus. Epigramma est in duos calices, ex concava una sphæra factos; quorum alteri quidem insculpta erant borealia sidera, alteri verò australia; quos Thiogenes ad Pisonem miserat. Quam in rem, ita ludit *Antipater*:

Θειο-

Θειογένης Πείσωνι τὰ τεχνήεντα κύπελλα
Πέμπει· χωρῦμεν δ' οὐρανὸν ἀμφότερα.
Δοιὰ γὰρ ἐκ σφαίρης τετμήμεθα· καὶ τὸ μὲν ἡμῶν
Τοὺς νοτίους, τόδ' ἔχει τείρεα τὰν βορέη.
Ἀλλὰ σὺ μηκέτ' ἐς ἄρκτον ἐπίβλεπε, δοιὰ δ' ἐν ἀμφοῖν
Μέτρα πιὼν, ἄθρει πάντα τὰ φαινόμενα.

Quod ſic vertit *Grotius :*

Theiogenes nos artis opus duo pocula mittit
Ecce tibi ; cœlum, Piſo, duobus ineſt.
Qui priùs orbis erat, ſecti ſumus ; alter ad Auſtrum
Sidera, ſed Boreas quæ videt alter habet.
Tu poſthac Arctos ne reſpice, ſed bis utrumque
Ebibe, ſic cernas omnia ſigna poli.

Imitatio eſt *Callimachi*, quam per omnia ei reſpondere neceſſe non eſt, quamvis non boreales, ſed auſtrales ſtellas haberet alterum poculum, quæ inſpectâ Arcto non videbantur. Nam Hemiſphærium tunc temporis notum boreale fuit, maxima ex parte; quod ſatis eſt, ut ita loqui poſſit Poëta, qui Philoſophicam, in loquendo, ἀκρίβειαν minimè ſectabatur. Memoratum autem *Grotii* nomen me admonet, ut Lectorem amandem ad ejus notas in *Arati* initium, ubi nonnulla ſunt, quæ illuſtrando noſtro Epigrammati, de *Arato*, facere poſſunt. Doctiſſimus adoleſcentulus (nam XVII. tantùm annos eo tempore natus erat) etiam hoc *Callimachi* Epigrammate uti potuiſſet, ſi modò tunc editum fuit, ut oſtenderet quem potiſſimùm imitatus eſſet *Aratus*.

CAPUT VII.

Petronii loca nonnulla illustrantur.

1. *Petronius Arbiter quorum mores descripserit, in libro è Satiricis ejus qui superest, & quo tempore vixerit.* 2. *Quæ sit* tellus habitata Lacedæmonio Colono, C. v. 3. Vita vinum est *unde desumtum* c. xxxiv. 4. *Ænigma* c. lviii. *explicatum.* 5. Cor meum hîc erat *quid* c. lxv. 6. Concoquere bonum suum c. lxxv. *è* Pindaro *explicatum.* 7. Humanè loqui c. xc. *quid sit.* 8. Mavortius c. cxxiv. *pro Marte.* 9. P. Cornelii Severi *fragmentum perperam* Petronio *adtributum.* 10. *Quis primus dixerit* primum in orbe Deos fecisse timorem.

I. ALIBI jam diximus nobis minimè vero consentaneam videri eorum sententiam, qui putant Neronis libidines *T. Petronii Arbitri* Satirico describi; nec certè quidquam est, quod in Neronem, ejúsque æquales, potiùs quàm in quosvis alios libidinosos homines, quadret. Si paullò adtentiùs legamus quod hac parte Satiricorum Petronianorum superest, facilè eâ Litteratorum quorumdam; Poëtæ, nempe, nescio cujus, quem *Eumolpum* vocat, Sophistarúmque, quibus nomina *Encolpii* & *Ascylti* imponit; flagitiosam vitam, sive vera illa fuerit, sive conficta, sive ex utroque aliquid trahat, contexi intelligemus. Nec puto *Petronium*, quisquis ille fuerit, multò iis meliorem fuisse; nam qui tantam curam adhibuit, ingeniique & eruditionis vires omnes explicuit, ut res tam obscœnas excogitaret; ei profectò pudicitiam & castitatem cordi vel minimùm fuisse nemo, qui sapiat, suspicetur. Rectè de ejus eloquutione *Franc. Vavassor*, in libro de Ludicra Dictio-

ctione; *utinam*, inquit, *aut formosa minùs foret*, *aut magis pudica!* nec quidquam vetat quominùs de moribus ejus dicamus: utinam aut sanctioribus moribus fuisset, aut minùs facundâ linguâ!

Dixi etiam mihi *Marini Statilei*, aut alius; quisquis ille fuerit, qui ejus nomine *Apologiam ad Patres Conscriptos Reipublicæ Litterariæ*, contra *Hadr. Valesium*, conscripsit; vero proximam sententiam videri, quâ Satirici Scriptorem haud multò ante Constantinum Imp. vixisse statuit. Cujus rei multas rationes profert, inter quas eminet, quæ ducitur ex eo quod *Petronius* de pictura habet; quam periisse, suo ævo, queritur, Cap. II. ubi de artium reliquarum interitu loquutus, *pictura*, inquit, *non alium exitum fecit*, *postquàm Ægyptiorum audacia tam magnæ artis compendiariam invenit*; quibus verbis fortè hoc vult, rudiores Deorum imagines, sanctiores ab Ægyptiis habitas, effecisse, ut meliùs non pingerentur; quâ superstitione factum ut in posterum non meliùs Dii vulgò effingerentur, quo modo etiam universæ picturæ labes adlata sit; adeò ut ne statuæ quidem elegantiores ampliùs ullæ fierent, non tantùm Deorum, sed nec ipsorum hominum. Alioqui non intelligo quî possit *Petronius* Cap. LXXXVIII. *picturam ne minimum quidem vestigium sui reliquisse*, & *defecisse* dicere. Pulcherrimæ statuæ, quæ ad Commodi usque tempora factæ etiamnum Romæ supersunt, picturam etiamnum floruisse eo ævo ostendunt. Non erant autem exiguum *picturæ vestigium*. Scio esse, qui velint agi de pictura, quæ coloribus res effingat, *Petroniùm*que ad delineationem, quam nunc *designationem* vocamus, respicere negant. Verùm hanc potissimam & difficillimam artis partem esse putant pictores; faciliúsque oblivioni mandatur, quàm colorum apta mistura. Ea pars si integra remaneat, non video quî *picturæ ne minimum quidem vestigium* superesse dici

queat. Quinimò sunt etiamnum Romæ picturæ coloratæ antiquæ, è veterum cellarum subterranearum ruderibus erutæ, quæ in tectorio factæ fuerant, adeò vividis aptéque mistis & illitis coloribus fulgentes, ut etiamnum hodie omnibus sint admirationi, quas tamen ad tempora usque Commodi vix pertinere crediderim; ex quibus colligere est seriùs multò vixisse *Petronium*, qui ne minimum quidem, in suæ ætatis pictoribus, antiquæ artis vestigium viderit.

Objectum est *Petronii* ætati ad tam sera tempora detractæ, quòd dicat, dum de corruptione eloquentiæ, ore Encolpii, queritur, *nuper ventosam isthanc & enormem loquacitatem Athenas ex Asia commigrasse;* quæ verba ostendant, ante paucos dumtaxat annos, corruptam fuisse eloquentiam. Sed reposuimus *nuper* esse particulam *relativam*, quæ nullum certum tempus significet, sed tantùm rem, de qua sermo est, recentiorem esse quapiam aliâ, ad quam respicimus. Sic *Cicero* de Natura Deorum Lib. II. c. 50. *Quid ea, quæ nuper, id est, paucis ante sæculis, Medicorum ingeniis reperta sunt?* & Lib. I. de Divinatione Capite XXXXI. *Neque ante Philosophiam patefactam, quæ nuper inventa est, hac de re communis vita dubitavit.* Itaque nihil est cur ad antiquiora tempora *Petronium* referamus, eò quod *nuper* corruptam eloquentiam dicat; cùm ita loqui potuerit, licèt res antè aliquot sæcula contigisset, quòd præ antiquiore dicendi ratione recens esset. Possem addere de Athenis agi, in quas seriùs fortè Asiatica illa loquacitas migrare cœpit; nec, si de Roma agatur, defuisse, quod ostendi, Scriptores qui æquè eleganter ac *Petronius* scribere potuissent, si voluissent. Sed rem nunc omitto, ut nonnulla ejus loca illustrem.

II. De studiis adolescentiæ agens *Petronius* habet Cap. V.

Sed

Sed ſive armigeræ rident Tritonidis arces,
Seu Lacedæmonio tellus habitata colono,
Sirenúmque domus, det primos verſibus annos.

Si ſcire cupias quæ ſit *Lacedæmonio tellus habitata colono*, in quam, ſtudiorum causâ, adoleſcentes ſe conferre ſolerent, tempore *Petronii*; quærendum ſimul quæ *Sirenum domus* haberetur, unus enim idémque locus iis loquendi generibus ſignatur. Si diverſos ſignificare voluiſſet *Petronius*, ſine dubio dixiſſet *Sirenúmve domus*. Itaque falluntur, qui quærunt hîc diverſa loca. *Sirenum domus*, eadémque *Lacedæmonio colona habitata* eſt Sicilia, nam & illic Sirenas fuiſſe collocatas & Lacedæmoniorum colonos habitaſſe, & ante tempora Conſtantini, ſtudiorum causâ, eò ſe homines diſcendi cupidos contuliſſe ex Italia conſtat. Ut à poſtremo incipiam, *Porphyrius* ille inſignis Pythagoricus, idémque acerrimus Chriſtianæ Religionis hoſtis, cùm per quinquennium *Plotinum* Romæ audiſſet, in Siciliam anno Chriſti CCLXIX. ivit, quòd accepiſſet Probum quemdam egregium virum, Philoſophum, nimirum, circa Lilybæum habitare; ubi contra Chriſtianam Religionem opus virulentum conſcripſit *Porphyrius*, & tamdiu vixit ut Siculus à nonnullis olim creditus ſit. Ipſe *Porphyrius*, vitâ *Plotini*, iter hoc ſuum narrat, atque ex eo *Lucas Holſtenius*, in ejus vita, Cap. II. ubi & alia invenies. Satis nobis eſt, iis temporibus, viros doctos in Sicilia fuiſſe, ad quos adoleſcentes confluere poſſent. Coloniam verò Lacedæmoniorum dici hîc exiſtimarim, quæ propriè fuit Meſſeniorum; qui cùm vicini Lacedæmoniis eſſent, & paruiſſent, Lacedæmonii dicti ſunt. Meſſanam autem intelligo, de qua ſic *Strabo* Lib. VI. p. 268. Ed. Par. κτίσμα δ' ἐστὶ Μεσσηνίων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, παρ' ὧν τοὔνομα μετήλλαξε, Ζάγκλη πρότερον καλουμένη: *colonia eſt Meſſeniorum,*

 qui

qui in Peloponneso, à quibus aliud nomen accepit, vocabatur enim priùs Zancle. Nihil vetat in hac urbe fuisse, *Petronii* ævo, viros eruditos, à quibus omnis generis Litteras discere licuit. Fuit certè ei vicinum Pelorum Promontorium, ad quod Sirenum domus à multis Veterum est collocata; quod meritò collegisse videntur ex Odyss. M. ubi describitur navigatio Ulyssis ab insula Circæa per fretum Siculum, ita ut priùs Sirenas esset visurus, tum perventurus ad Scyllam & Charybdin; unde intelligere est Sirenas ab *Homero* ad ostium freti, Pelorum versùs, fuisse collocatas. Vide quæ collegit, hanc in rem, *Sam. Bochartus* in Chanaan. Lib. I. c. 27. Hæc videbantur de loco *Petronii*, de quo si quis vero similiora invenerit, suffragium meum feret.

III. Cum vinum Opimianum, in ridiculam illam Trimalchionis cœnam, adlatum esset, annorum centum, exclamasse dicitur c. XXXIV. *Heu! heu! ergo diutiùs vivit vinum, quàm homuncio! Quare tangomenas faciamus; vita vinum est.* Non quæram hîc quid sit *tangomenas facere;* res ipsa ostendit à Trimalchione convivas ad bibendum invitari. Idiotismi illorum temporum loquendi genera investigare, & explicare velle inanis est labor; non secus ac si quis hodie peregrinus sermones ancillarum, in nostris Comœdiis, ex elegantioribus Scriptoribus interpretari se posse speraret. Quod satis liquet ex infelicibus summorum Criticorum, ad hanc cœnam, conatibus; quibus tamen melius nihil adferri à nobis potest. Sed quia eruditus fuit *Petronius*, nonnulla interdum dicentes indoctos homines inducit, in quibus ad meliores Scriptores respicit. Ita hæc, *vita vinum est*, prorsus videntur respicere ad *Alexin* Comicum, qui in *Demetrio*, vel *Philitaro*, & alibi ea dixerat, à quibus derivatum omnino videtur hoc dictum. Verba ejus proferemus, prout sunt ab *Hug. Grotio* emenda-

data, nec flocci summi viri calumniatores faciemus:

Ὁμοιότατος ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν,
Τρόπον τιν' ἐστὶ· καὶ γὰρ οἶνον τὸν νέον
Πολλή γ' ἀνάγκη καὶ τὸν ἄνδρ' ἀποζέσαι
Πρώτιστον ἀπαφρίσαντά τ' ἀποινίσαντά τε
Σκληρὸν γενέσθαι, παρακμάσαντα δ' ὧν λέγω
Τούτων ἁπάντων, ἀπαρυθέντα τὴν ἄνω
Ταύτην ἄνοιαν τὴν ἐπιπολάζουσάν ποτε,
Πότιμον γενέσθαι καὶ καταστῆναι πάλιν,
Ἡδύν θ' ἅπασι τοὐπίλοιπον διατελεῖν.

Eodem interprete:

Ex parte vino non malè adsimilaveris,
Humanum ingenium; námque uti vinum novum,
Ita juvenis animus opus est ut deferbeat,
Et despumando ducat aspritudinem.
At mox ubi illa nimia vis abscesserit,
Et quæ natabat in sublimi amentia
Exhausta fuerit, tempus est considere,
Ut se se præbens omnibus potabilem,
Perpetuâ placeat lenitate in posterum.

Profertur & hoc ejusdem *Alexis*, ex incerta Comœdia.

Τὰς ἡδονὰς δὴ συλλέγειν τὸν σώφρονα.
Τρεῖς δ' εἰσὶν αἵ γε τὴν δύναμιν κεκτημέναι
Τὴν ὡς ἀληθῶς συντελοῦσαν τῷ βίῳ,
Τὸ πιεῖν, τὸ φαγεῖν, τὸ τῆς Ἀφροδίτης τυγχάνειν.
Τὰ δ' ἄλλα προσθήκας ἅπαντα δεῖ καλεῖν.

Quod sic interpretatur idem vir summus:

Sapientis opus est operam deliciis dare,
Tres quarum in numero sunt pollentes maximè,
Vitæ consummant quæ beatitudinem,
Potare & edere & Veneris fructus carpere.
Accessionis alia habenda sunt vicem.

Hinc,

Hinc, ut opinor, ſatis liquet cur in mentem *Petronio* inciderit, inducere Trimalchionem dicentem *vinum eſt vita.*

IV. Inter alias vernilitates Cap. LVIII. proponitur duplex ænigma his verbis à Conliberto Trimalchionis: *ſolve me, dicam tibi: qui de nobis currit, & de loco non movetur? qui de nobis creſcit & minor fit?* Puerile ænigma proponit homo indoctus, &, ut aliis notatum, *ſolve me* habet, pro *ſolve mihi*, pro vernili eorum temporum barbarie. OEdipo autem non egent conjectore hæc ænigmata. *Qui currit, & de loco non movetur*, eſt auriga, qui curru rapitur, dum in eo tamen manet, nec ab eo dimovetur. *Qui creſcit, & minor fit*, eſt ſenex, cujus vita præterita creſcit, & in dies minor fit futura.

V. Cum Habinna ebrius ex alio convivio veniſſet ad Trimalchionis cœnam, interrogatus ab eo quomodo acceptus eſſet C. LXV. *omnia*, inquit, *habuimus præter te, oculi enim mei hîc erant.* Legendum videtur, ex ſententia in ima pagina indicata, *cor enim meum hîc erat;* nam ibi animus, aut cor eſſe dicitur, ubi eſt id quod amat. Mulier quædam, in *Menandri* fragmentis, ex incerta Comœdia, vſ. 299. de ea quæ domi clauſa amaſium extra ædes habet.

Ἧς γὰρ ἡμῶν καρδίαν θύραζ' ἔχει
Θᾶσσον μὲν οἰστοῦ καὶ πτεροῦ χωρίζεται.

Quæcumque enim noſtrûm cor extra (domum) *habet celeriùs ſagittâ & pennâ diſcedit.* Sic & cor Habinnæ in convivio Trimalchionis fuit.

VI. Trimalchio uxorem iratus ſic caſtigat Cap. LXXV. *Suadeo bonum tuum* concoquas, *milva, & me non facies ringentem, amaſiuncula.* Rectè notavit *Joan. Schefferus*, acutus & modeſtus Criticus, *bonum ſuum concoquere* eſſe felicitate ſua contentum eſſe.

Sed

Sed addendum hanc esse Græcæ Linguæ imitationem, quod liquet ex his *Pindari* Ode Olymp. I, 88. ubi de Tantalo Deorum conviviis admoto, nec felicitatem suam satis pudenter ferente:

—— ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη.

Hoc est, *Nicol. Sudorii* verbis:

Raram sed hanc felicitatem
Concoquere invalidus nequisti.

Plura exempla invenient qui quærent, nobis nunc non vacabat. *Pindari* Scholiastes interpretatur κατασχεῖν, καὶ ἐν ἀπολαῦσαι (sensus postularet κατασχεῖν ἑαυτὸν ἐν ἀπολαύσει) τῆς εὐτυχίας, ἀλλ' εὐδαιμονῶν καρτερεῖν οὐκ ἠδυνήθη: *coërcere se in fruitione felicitatis; sed beatus cùm esset, durare non potuit.*

VII. Eumolpum, perpetuò versus recitantem, ita ridet Encolpius Cap. XC. *Minùs quàm duabus horis mecum moraris, & sæpiùs poëticè, quàm* humanè, *loquutus es*; hoc est, ut ceteri homines loquuntur. Sic apud *Stratonem* nescio quis coquum poëticis vocibus, quas magno numero profert, utentem à se intelligi potuisse negat, nisi consulto *Phileta*:

—— ὥστε με
Τῶν τοῦ Φιλήτα λαμβάνοντα βιβλίων
Σκοπεῖν ἕκαστα τί δύναται τῶν ῥημάτων.
Πάλιν ἱκετεύω γ' αὐτὸν ἤδη μεταβαλεῖν,
Ἀνθρωπίνως λαλεῖν τε ——

Itaque Philetæ libros sumsi, inspexique quid singula sibi vellent vocabula; sed supplex oro eum ut jam (sermonem) *mutet*, humanéque loquatur. Quibus ovum

ovo

ovo ſimilius, quàm Petroniana hæc, eſſe non poteſt.

VIII. In Poëmate de Bello Civili cap. CXXIV. ubi Dii, qui comites Cæſari Rempublicam armis recepturo additi ſunt, enumerantur, ſic loquitur Eumolpus:

> —— *comes additur illi*
> *Pallas & ingentem quatiens Mavortius haſtam.*

Mavortius, pro Marte, fruſtra *Jano Broukhuſio*, aliiſque ſuſpectum erat; eſſe enim Helleniſmum monuit amicus, cùm conſtet apud *Euripidem* & *Ariſtophanem*, Bacchum dici Βάκχιον & Βακχεῖον. En locos à me quæſitos. *Euripides* Iphigeniâ in Tauris, verſu 953.

> Εἰς δ' ἄγγος ἴσον ἅπασι, Βακχίου
> Μέτρημα πληρώσαντες, εἶχον ἡδονήν.

In vaſe verò proprio æquali omnibus, Baccho cùm menſuram impleſſent, habuerunt voluptatem. In Cyclope verſu 73. neſcio quis Bacchi comes:

> Ὦ φίλος, ὦ φίλε Βακχεῖε,
> Ποῖ οἰοπολεῖς;

O amice, ô amice Bacche, ubi ſòlus verſaris? Ariſtophanes *Lyſiſtratâ*, verſ. 1284.

> —— ἔπι δὲ Νύσιον,
> Ὃς μετὰ Μαινάσι Βακχεῖος ὄμμασι
> Δαίεται.

Præterea (invocato) Nyſium, qui Bacchus inter Mænadas oculis ſplendet.

Nihil eſt ergo, cur quiſquam hîc mutationem ullam, invitis Libris MSS. moliatur.

IX. E

IX. E fragmentis *Petronii* tolli debuere verba quæ ſubjiciam, niſi fortè à *Petronio* conſtaret adlata, & aliquo modo ipſius eſſe facta:

—— O maxima rerum,
Et meritò Pietas homini tutiſſima virtus!

Fruſtra putabat *Caſparus Barthius*, hæc fortè in *Silio Italico* à ſe lecta, nam ſunt alibi; nimirum, apud *P. Cornelium Severum*, Ætnæ verſu 629. Digna erant religioſiore Scriptore, quàm fuit *ſanctus Petronius*, ut à non nemine vocatur; quod dici nequit, niſi eodem ſenſu ac *Priapus* vocatur *ſanctus*, à ſacra illius colentibus, & in jocoſo Epigrammate, quo nonnemo, pro futuro Priapeiorum Interprete, ita Numen Lampſacenum, & amicum ei Bacchum precatus eſt. Nihil enim vetat nonnihil jocorum hîc miſcere:

Otia longa tuo & lumbos largire Poëtæ,
Explicet ut laudes, ſancte Priape, tuas.
Penna ſalax verſus illuſtratura ſalaces
Numine non fuerit dignior ulla tuo.
Túque, pater Lenæe, tuum concede liquorem,
Ne deſint vati pocula plena mero.
Alterutrum ſi deſit enim, pia Numina, donum,
Neutri ſacra facit, quæ ſolet ille, Deo.

X. In iiſdem fragmentis, inſignes ſunt verſiculi, quorum hoc eſt initium:

Primus in orbe Deos fecit timor, ardua cœlo
Fulmina cùm caderent &c.

Prolata ſunt hæc à *Servio*, à *Fulgentio*, & à *Luctatio Statii* interprete, ut docent viri docti, quaſi à *Petronio* ſcripta. Quam in rem *Luctatius* hæc habet: PRIMUS

MUS IN ORBE DEOS FECIT TIMOR: *Negat Deos ullâ aliâ re celebrari, nisi timore mortalium. Ut Lucanus :* quæ finxere timent ; *& Petronius Arbiter istum sequutus:* primus in orbe Deos fecit timor. *Sic & Mentanor Musicus :* Deum , doloris quem prima compunctio Humani finxit generis. Ex hoc *Luctatii* loco rectè observavit *Casp. Barthius*, hoc tantùm posse colligi, *Luctatio* visum esse *Petronium*, post *Lucanum*, scripsisse; cujus Pharsaliæ totam compositionem reprehendit, objecto carmine illo egregio, quod *Specimen Belli Civilis inchoati* adpellamus. Sed neque ex verbis *Luctatii*, sequitur *Lucano* æqualem fuisse *Petronium* ; potuit enim , uno atque altero pòst sæculo, carmen hoc effudisse.

Verùm, ut ad *Petronii* fragmentum redamus, quamvis negare nolim imitatum eum esse, propter eorumdem verborum repetitionem, *Statium*; potuit tamen, ut sequentia ostendent, ex eodem fonte hausisse, ac ipse *Statius*, quod habet; ex *Democrito*, nimirum, cui primo hæc flagitiosa, de Numine apud omnes ubique populos nata sententia , debetur conjectura. Quod non omisissent adnotare *Petronii* editores, si scivissent. En ergo Philosophi verba, prout exstant apud *Sextum Empiricum*, adversùs Mathematicos Lib. VIII. ubi agit de Diis, p. 312. Ed. Genev. Εἰσὶ δὲ οἱ ἀπὸ τῶν γιγνομένων κατὰ τὸν κόσμον παραδόξων ὑπονοήσαντες εἰς ἔννοιαν ἡμᾶς ἐληλυθέναι Θεῶν. ἀφ' ἧς φαίνεται εἶναι δόξης καὶ ὁ Δημόκριτος· ὁρῶντες γὰρ, φησὶ, τὰ ἐν τοῖς μετεώροις παθήματα οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ βροντὰς, καὶ ἀστραπὰς, κεραυνούς τε καὶ ἄστρων συνόδους, ἡλίου τε καὶ σελήνης ἐκλείψεις, ΕΔΕΙΜΑΤΟΥΝΤΟ τοὺς Θεοὺς, οἰόμενοι τούτων αἰτίους εἶναι : *Sunt autem, qui ex rebus admirabilibus , quæ in mundo fiunt, suspicati sunt nos venisse in notitiam Deorum. In qua opinione videtur etiam esse Democritus. Videntes enim, inquit, Veteres quæ in sublimi accidunt, ut pote tonitrua &*

& fulgura & fulmina, & astrorum conjunctiones, Solisque & Lunæ defectus, TERREBANTUR, *existimantes Deos eorum esse auctores.* Nemo, hisce lectis, non videbit hinc esse *Petronii* versus petitos:

Primus in orbe Deos fecit timor, ardua cœlo
Fulmina cùm caderent, discussáque mœnia flammis,
Atque ictus flagraret Athos, mox Phœbus ad ortus
Lustratâ dejectus humo, Lunæque senectus,
Et reparatus honos, hinc signa effusa per orbem;
Et permutatis disjunctus mensibus annus.

Ubi *signa effusa per orbem* sunt τείρεα, σήματα, vel sidera per totam sphæram cœlestem sparsa. Ibidem etiam *Aristotelis* verba habentur, in quibus partim quoque ex Meteoris natam esse Deorum notionem contendit. Θεασάμενοι γὰρ μεθ' ἡμέραν μὲν ἥλιον περιπολοῦντα, νύκτωρ δὲ τὴν εὔτακτον τῶν ἄλλων ἀστέρων κίνησιν ἐνόμισαν εἶναί τινα Θεὸν, τὸν τοιαύτης κινήσεως καὶ ἀταξίας (εὐταξίας) αἴτιον: *contemplati interdiu solem circumeuntem, noctu verò aliorum siderum ordinatum motum, existimarunt esse Deum aliquem auctorem talis motûs & ordinis.* Hisce potuit illustrari quàm optimè *Petronii* locus; sed sunt delicatuli nostri Grammatistæ, aut veterum Poëtarum infelices Simiæ; nec Philosophos legere sustinent. Atqui olim illi ipsi, quos mirantur, Scriptores, se eruditos esse non putassent, nisi Philosophiæ operam dedissent.

Petronius ipse, vir profligatis quidem moribus, sed ingeniosus tamen & eruditus nebulo, Poësin vult esse primum adolescentium studium; à quo maturiores ad Philosophiam deflectant, indéque ad causas agendas se conferant, Cap. V. ubi Agamemnon hæc habet:

-- det primos versibus annos
Mæoniúmque bibat felici pectore fontem,

Mox & Socratico plenus grege, mutet habenas
Liber & ingentis quatiat Demosthenis arma.

Hodie res aliter planè geritur à nonnullis, qui in Poëtarum fermè lectione Latinorum consenescunt; quos tamen ne intelligere quidem possunt, sine Philosophis, à quibus tantopere abhorrent. Sed & ratiocinari volunt, & longas Orationes scribere, sine ullo vel minimo Philosophiæ studio, quod nemo olim esset ausus; ideóque se se subactioris judicii hominibus ridendos præbent, ostendúntque re ipsâ se nullam ratiocinandi arti operam umquam dedisse.

CAPUT VIII.

Loca aliquot Tabulæ Cebetis illustrata.

I. *Quid sit* παραδίδοσθαι ἐπὶ τιμωρίᾳ. *&* παραδίδοσθαι τῇ τιμωρίᾳ. 2. *Quid* σώζεσθαι. 3. Ἦθος *&* μορφὴ *in vultu quid.* 4. *Quid* πλανᾶσθαι εἰκῇ *in vita.* 5. *Veræ eruditionis qui minimè participes sint.* 6. Καταστηκυῖα τὸ πρόσωπον, *&* γυνὴ καταστηκυῖα, *quid.* 7. Καθαρτικὴ δύναμις *Philosophia. Hierocles emendatus.*

I. QUo magis lego elegantissimam illam *Cebetis* Tabulam, eò magis illâ adficior; mirórque veterum Platonicorum ingenium, qui tantâ arte homines ad bonam mentem revocabant, nihil ut comminisci, post tot sæcula, melius possimus. Itaque hîc pauca quædam loca præstantissimi libelli explicabo, quo faciliùs intelligatur opusculum, quod numquam è manibus deponi debet. Capita autem & veluti paragraphos ex meo exemplari citabo, ne quis putet, me ad Editionem ullam respicere, quam frustra quærat.

Cap.

Cap. I, 10. poſtquàm comparavit Amentiam cum Sphinge, quæ eos, qui ænigma à ſe propoſitum non intelligebant, devorabat; eamdem ſortem eorum, qui Tabulam in Saturni Templo adpenſam intellecturi non eſſent; hoc eſt, ea in rem ſuam minimè uſuri; fore ait, hoc tamen excepto, quòd qui non intellexiſſet Sphingis ænigma, ab ea ſimul ac ſemel occidebatur, & à Sphinge devoratus moriebatur; qui verò Tabulam non adſequebatur, *per totam vitam paullatim adtereretur, ut qui in cuſtodiam, pœnæ causâ, traditi ſunt:* κατὰ μικρὸν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ καταφθείρεται, καθάπερ οἱ ἐπὶ τιμωρίᾳ παραδιδόμενοι. Quinam hi ſint ut intelligatur, ſciendum duplicem eſſe poſſe hujus loquutionis ſignificationem. Is enim παραδιδόμενος ἐπὶ τῇ τιμωρίᾳ dici poſſit, qui lictoribus traditur, ut pœnas det, & metu interea conficitur, nec ſemel moritur, dum inſtrumenta ſupplicii adparantur. Quâ ſententiâ admiſſâ, ſubaudiendum eſſet τῷ δημίῳ *carnifici*, aut ſimile quidpiam. Verùm παραδίδοσθαι (εἰς φυλακὴν) ἐπὶ τιμωρίᾳ, vel παραδίδοσθαι ἐπὶ τιμωρίᾳ φυλακῆς αἰωνίας ille etiam dicatur; qui, pœnæ causâ, in perpetuum carcerem conjicitur, in quo ſquallore & triſtitiâ paullatim contabeſcit. Ceterùm παραδίδοσθαι τῇ Τιμωρίᾳ, quod infra Cap. II, 20. occurrit, non eſt unum & idem; nam, in poſteriore loquutione, nihil ſubauditur, eſt enim hîc Τιμωρία, quaſi carnifex, cui traditur reus, nec aliud quidquam quærendum: in priore verò ſunt ſubaudienda, quæ diximus. Sic *Dionyſius Halicarnaſſeus* Ant. Rom. Lib. VII. c. 69. ἐπὶ τιμωρίᾳ θανάτου παραδοὺς τοῖς ὁμοδούλοις ἄγειν: *ad pœnam mortis cùm dediſſet conſervis ducendum.* Priore *Cebetis* loco, *carcerem* ſubaudiri res ipſa oſtendit; ſed & poſteriore de carcere ſermo eſt, quandoquidem Τιμωρίᾳ, Ὀδύνῃ & Ὀδυρμῷ traditus μετὰ τούτων συμβιοῖ τιμωρούμενος, quamvis è vi loquutionis antè memoratæ exſculpi hoc nequeat.

II. Genius dicitur Cap. II, 2. iis qui in vitam ingrediuntur ostendere viam, quam eos inire oportet, si incolumes esse velint in vita: δεικνύει ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν, εἰ σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ. Hic σώζεσθαι, ut & alibi, in hoc ipso libello, dicuntur, qui liberantur à vitiis, incommodisque, quæ vitam vitiis inquinatam sequuntur. Quæ omnia, intra hoc breve ævum, quod in terris vivimus, continentur. Sic loquutus est *Theognis* versu 68.

Ἀλλὰ δόλους, ἀπάτας τε, πολυπλοκίας τ' ἐφίλησαν,
Οὕτως ὡς ἄνδρες μηκέτι σωζόμενοι.

Sed fraudes, deceptiones, versutiasque amarunt, ut viri qui non ampliùs servandi sunt; hoc est, qui se se in immedicabilem nequitiam conjecerunt. Pariter *Plato* in Politico p. 186. E. de legislatoribus, qui vim adhibent, ut meliores faciant cives: πάντα ποιοῦσιν τοῖς ἔμφροσιν ἄρχουσιν οὐκ ἔστιν ἁμάρτημα, -- μεχρίπερ ἂν σώζειν αὐτοὺς οἷοί τε ὦσιν, καὶ ἀμείνους ἐκ χειρόνων ἀποτελεῖν, κατὰ τὸ δυνατόν: *omnia facientibus sapientibus magistratibus non est peccatum, donec servare eos possint, & meliores ex deterioribus facere, quatenus licet.* Similiter & Socrates, apud *Xenophontem* Ἀπομν. Lib. I. c. V, 5. Τίς οὐκ ἂν ταῖς ἡδοναῖς δουλεύων αἰσχρῶς διατεθείη καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, νὴ τὴν Ἥραν, ἐλευθέρῳ μὲν ἀνδρὶ εὐκτὸν εἶναι μὴ τυχεῖν δούλου τοιούτου, δουλεύοντα δὲ ταῖς τοιαύταις ἡδοναῖς ἱκετεύειν τοὺς Θεοὺς δεσποτῶν ἀγαθῶν τυχεῖν· οὕτω γὰρ ἂν μόνον ὁ τοιοῦτος σωθείη. *Quis voluptatibus serviens non turpiter cùm corpore, tum animo, adfectus sit? Mihi videtur, per Junonem, homini quidem libero optandum esse, ut hujusmodi servum non consequatur, atque illi, qui talibus voluptatibus servit, Deum orandum ut heros bonos nanciscatur; nam hoc modo tantùm vir talis salvus esse possit.* Nec desunt ejusmodi exempla, in sacris Novi Fœderis tabulis.

III. Ibi-

III. IBIDEM §. 3. ubi ſermo eſt de Impoſtura, quæ omnes homines decipit, ait eſſe πεπλασμένῳ τῷ ἤθει, *fucato vultu.* Ἦθος, quandoquidem ita eſt in MS. non ἔθει, hîc eſt id quod ex moribus in vultu adparet; qui ſunt enim graviori cuidam adfectui, aut cupidini mancipati veſtigia ejus nonnulla in vultu gerunt. Eo ſenſu occurrit Anthol. Lib. V. Ep. XXII. de Pericle:

Ἠγασάμην ὁρόων σε, Περίκλεες, ὅτι καὶ αὐτῷ
Χαλκῷ ἀναυδήτῳ δημήγορον ἦθος ἀνάπτεις.

Interprete *Grotio*:

Multùm te, Pericles, miror, quòd in ære videndus
Hîc etiam ſervas vultúmque habitúmque diſerti

Philoſtratus, in vitis Sophiſtarum Lib. I. in Marco §. 2. Τὸ δὲ τῶν ὀφρύων ἦθος, καὶ ἡ τοῦ προσώπου σύννοια σοφιστὴν ἐδήλου τὸν Μαρκον: *ſuperciliorum verò habitus, & vultus cogitabundus Sophiſtam indicabant Marcum.* Has autem animi adfectiones poſſe à pictoribus, ac proinde & à ſtatuariis exprimi oſtendit Socrates Ἀπομνημ. Lib. III. c. IX, 3. & ſeqq. Sic & in vita *Apollonii*, Lib. II. c. 20. idem *Philoſtratus* de imagine Alexandri: ἡδὺ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ἦθος τῆς γραφῆς: *jucunda etiam eſt animi adfectio, quæ in pictura cernitur.* Ad quem locum vide adnotata à doctiſſimo viro *Gottefrido Oleario.*

Adfinis eſt ſignificatus vocis μορφὴ inferiùs §. 11. ubi de iis, qui Fortunam circumſtabant in Tabula, ut aliquid ab ea acciperent, quærit ſpectator: πῶς οὖν οὐχ ὁμοίαν ἔχουσι τὴν μορφὴν, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν δοκοῦσι χαίρειν, οἱ δὲ ἀθυμοῦσι, ἐκτεταχότες τὰς χεῖρας; *quomodo igitur non eſt ſimilis omnibus vultus,* (non *forma*) *ſed hi quidem gaudere videntur alii verò, paſſis manibus, animum deſpondent.* Alibi ſimile exemplum nondum mi-

mihi occurrit, quod equidem meminerim.

IV. Cebes ibidem §. 7. Οἱ δὲ, inquit, διὰ τὴν ἄγνοιαν καὶ τὸν πλάνον ὃν πεπώκασι παρὰ τῆς ἀπάτης, οὐχ εὑρήκασι ποία ἐστὶν ἡ ἀληθινὴ ὁδὸς ἐν τῷ βίῳ, ἀλλὰ πλανῶνται εἰκῆ. Hi pulcherrimè deſcribuntur à *Seneca*, Ep. LXXI. his verbis: *Quoties quid fugiendum ſit, aut quid petendum voles ſcire; ad ſummum bonum & propoſitum totius vitæ reſpice. Illi enim conſentire debet quidquid agimus; non diſponet ſingula, niſi cui vitæ ſuæ ſumma propoſita eſt. Nemo, quamvis paratos habeat colores, ſimilitudinem reddet, niſi jam conſtet quid velit pingere. Ideò peccamus, quia de partibus vitæ omnes deliberamus, de tota nemo deliberat. Scire debet quid petat ille qui ſagittam vult mittere, & tunc dirigere & moderari manu telum. Errant conſilia noſtra, quia non habent quò dirigantur. Ignoranti quem portum petat nullus ſuus ventus eſt. Neceſſe eſt multùm in vita noſtra caſus poſſit, quia vivimus caſu;* hoc eſt, ut *Cebetis* verbis utar, ὅτι πλανώμεθα εἰκῆ. Tales ſunt innumeri in quibuſvis vitæ generibus, familiíſque adeò omnibus Chriſtianorum, qui temerè ſequuntur auctoritatem ſuorum; cùm nemo ferè ſit in errore, qui ſuorum auctoritate ſe tueri non poſſit. Tales & qui pravos adfectus temerè ſequuntur, nec expendunt quæ ex iis ſequantur interdum calamitates. Temerè his plaudunt, nec prudentiùs illis conviciantur; & poſtquàm deprehenderunt, aliis monentibus, quàm malè ſe geſſerint, furore fermè corripiuntur, nec finem inſaniendi, niſi poſtquàm jam ſerum eſt, faciunt.

V. Philosophus noſter *virtutis veræ cuſtos rigidúſque ſatelles*, Cap. III, 2. excluſit à Vera Eruditione multos, *qui Falſæ Eruditionis amantes, & errantes putant ſe cum Vera Eruditione verſari;* quærentique quomodo hi vocentur, reſpondet *alios Poëtas, alios Rhetoras, alios Dialecticos, alios Muſicos, alios Arith-*

Arithmeticos, *alios Geometras*, *alios Aſtrologos*, *alios Voluptarios*, *alios Peripateticos*, *alios Criticos*, *& quotquot ſunt hiſce ſimiles.* Οἱ τῆς Ψευδοπαιδείας, φησὶν, ἐρασταὶ ἠπατημένοι οἰόμενοι μετὰ τῆς Ἀληθινῆς Παιδείας συνομιλεῖν. Τίνες οὖν καλοῦνται οὗτοι; οἱ μὲν Ποιηταὶ, ἔφη, οἱ δὲ Ῥήτορες, οἱ δὲ Διαλεκτικοὶ, οἱ δὲ Μουσικοὶ, οἱ δὲ Ἀριθμητικοὶ, οἱ δὲ Γεωμέτραι, οἱ δὲ Ἀστρολόγοι, οἱ δὲ Ἡδονικοὶ, οἱ δὲ Περιπατητικοὶ, οἱ δὲ Κριτικοὶ καὶ ὅσοι ἄλλοι τούτοις εἰσὶ παραπλήσιοι. Quæ omnia verba ſi à Scriptore elegantiſſimi hujus dialogi ſint, eum oportet Thebano Cebeti, Socratis Diſcipulo, recentiorem fuiſſe; nam poſt ejus demum tempora fuere *Voluptarii*, hoc eſt, Epicurei, ut & Peripatetici. Sed poſſent hæc duo nomina à recentiore manu fuiſſe addita.

Cum hiſce hominibus ait Ἄγνοιαν καὶ Ἀφροσύνην μένειν, quod vero verius eſt; niſi qui haſce Diſciplinas profitentur, ſint etiam in ea arte eruditi, quâ Vitium à Virtute ſecernitur, eóque habitu inſtructi, quo Virtuti conſtanter adhæreant, quatenus quidem per humanam infirmitatem licet. Noti enim ſunt omnibus Poëtæ, Rhetores, Dialectici, Muſici, Arithmetici, Geometræ, Aſtrologi, Philoſophi, Critici, qui à vera ſapientia multùm abſunt; quamvis ſinguli ſuam Artem, quaſi longè præſtantiſſimam, jactare ſoleant. Ut ceteros miſſos faciam, quot ſunt homines, qui ſe Criticos putant, imò reverâ ſunt, ſi ita videatur; qui Honeſti & Inhoneſti diſcrimen ignorant, aut, quod deterius eſt, ita vivunt, quaſi ignorarent? Rem ſat multis Capite I. harum *Silvarum* perſequuti ſumns.

Attamen has Diſciplinas Cap. VII. Tabulæ *Cebetis* non eſſe inutiles docemur, ad conſequendam Veram Eruditionem, ſi modò iis rectè utamur. *Plato* putabat eas eſſe Juvenibus inſtar freni cujuſdam, ne ad alia deteriora abducantur. Γράμματα καὶ τὰ τῶν ἀλ-

ἄλλων μαθημάτων Πλάτων φησὶν ὡσανεὶ χαλινῦ τινὸς δύναμιν ἔχειν τοῖς νέοις, ἵνα μὴ πρὸς ἕτερα περισπῶνται. Sed & sunt instar clavis, quâ nobis janua panditur, ad thesauros sapientiæ Veterum, ut iis uti possimus; hoc est, ut non doctiores tantùm, sed & meliores fieri queamus. Eò spectare omnes nos oportet, eóque omnibus viribus eniti. Sin minùs, *nihil vetat nos scire Litteras, & tenere omnes Disciplinas; nec eo seciùs esse ebriosos, intemperantes, avaros, injustos, proditores, denique insanos. Ac sanè multos ejusmodi videre licet.* Οὐδὲν κωλύει εἰδέναι μὲν γράμματα, καὶ κατέχειν τὰ μαθήματα πάντα, ὁμοίως δὲ μέθυσον καὶ ἀκρατῆ εἶναι καὶ φιλάργυρον καὶ ἄδικον καὶ προδότην, καὶ πέρας ἄφρονα. Ἀμέλει πολλὰς τοιούτους ἐστὶν ἰδεῖν. Quibus si quis adsentiatur, meum etiam suffragium adscribat.

VI. Propter hæc aliáque similia, quibus refertus est hic libellus, dignus est qui in sinu gestetur, diurnáque ac nocturnâ lectione in succum convertatur. Quare par est Litterarum amantes operam dare nequid obscuri in eo supersit, si modò possit fieri; sunt enim loca quædam, quæ interpretem requirunt. Symbolam nostram jam cœpimus, hanc in rem, conferre & porrò conferemus. Cap. IV, 2. ubi Vera Eruditio describitur dicitur γυνή τις καλὴ καὶ καθεστηκυῖα τὸ πρόσωπον, quod vertendum *constanti vultu;* cui opponitur vultus, qui cujusvis novæ rei conspectu, aut adfectûs impulsione mutatur, qualis Veram Eruditionem non decet. Sic etiam pingebatur Justitia, ut docet *Chrysippus* apud *A. Gellium* Noct. Attic. Lib. XIV, 4. Σκυθρωπὴ γράφεται καὶ συνεστηκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον καὶ ἔντονον καὶ δεδορκὸς βλέπουσα: *pingitur tristis, vultu contracto & intento, & terribili intuitu.*

In sequentibus verbis, dicitur Eruditio κεκριμένη ἤδη τῇ ἡλικίᾳ, quod est, nisi fallor, idem ac quod Græci di-

dicunt καθεςηκῦαν ἡλικίαν, quæ est ſtatura quæ minimè augetur, aut ætas quâ homines non tam facilè mutantur; nam κεκριμλύη ἡλικία eſt ſtatura de qua judicare jam licet, quanta ſit futura, quod circa vigeſimum quintum ætatis annum dijudicari poteſt. Sic κρίνεϑς νόσ☉ dicitur à Medicis, cùm jam conſtat de morbi exitu.

Cap. V, 1. ubi deſcribitur Felicitas, dicitur etiam eſſe γυνὴ καθεςηκῦα, quod cùm ad vultum, tum ad ætatem referri poteſt. De vultu jam vidimus, de ætate dici probavit *Gul. Budæus*, Comment. Linguæ Græcæ p. 485. ex *Thucydide* & *Galeno*, quibus adde locum *Platonis* in Epiſt. III. ad Dionyſium p. 316. C. Ed. Henr. Stephani, ubi ſic tyrannum adloquitur: ἦλθον καλέμλυ☉ εἰς Συρακέσας, ὑπό τε σοῦ καὶ Δίων☉· ȣ μλύ δεδοκιμασμλύȣ παρ' ἐμοὶ ἢ ξένȣ πάλαι γεγονότ☉, ἐν ἡλικίᾳ ᾗ ὄντ☉ μέσῃ ἢ κατεςηκυίᾳ: *veni Syracuſas vocatus à te & Dione, & hoc quidem mihi probato & vetere hoſpite, & qui erat ætate media & compoſita.* Ac ſanè hoc participium ſignificat id quod jam ad maturitatem pervenit, atque in eo ſtatu eſt, in quo non mutatur. Hinc apud *Ariſtotelem* Rhetor. Lib. I. p. 181. Edition. *Pet. Victorii*, καθεςῶσα ἕξις eſt *habitus confirmatus*: τὸ γὸ αὐτὸ ἀεὶ ὑπερβολὴν ποιεῖ τῆς καθεςώσης ἕξεως: *quod enim idem ſemper eſt nimium reddit habitum jam confirmatum.* Ubi vir doctiſſimus obſervat *Ariſtotelem* Lib. VII. ad Nicomachum, naturam κατεςηκῦαν adpellaſſe, quæ expleta eſſet, & nulla re indigeret, ad ſtatúmque jam perveniſſet. *Sirachides* Cap. XXVI, 19. hanc vocat ἡλικίαν ςασίμην. Λύχν☉, inquit, ἐκλάμπει ἐπὶ λυχνίας ἁγίας ἢ κάλλ☉ πρoσώπȣ ἐπὶ ἡλικίᾳ ςασίμῃ. *Ætatem ſtabilem* vertit Latinus interpres. Eâ ætate eſt *ſtata forma*, ut cum *Ennio* loquar, quamvis ea verba aliter interpretetur *A. Gellius* Noct. Att. Lib. V. cap. 11. Quàm bellè conveniant hæc certæ & immutabili

felicitati nemo non videt.

VII. CEBES C. IV, 5. ait Veram Eruditionem errantibus præbere bibendam τὴν καθαρτικὴν δύναμιν, quod in sequentibus ipse satis copiosè interpretatur. Huc autem pertinet Παιδείας, nimirum, Veræ, quæ est ἐν ὅροις Platonicis definitio: δύναμις θεραπευτικὴ ψυχῆς, *virtus animæ curatrix*. Ac sanè antequàm vera discamus, oportet falsa nos dediscere. Multa loca *Cebetis*, ut hoc obiter dicam, ex iis Definitionibus illustrari queant. Similiter *Hierocles* in Carmina Aurea, ab ipso initio, Philosophiam definit: Φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις καὶ τελειότης· κάθαρσις μὲν ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας, καὶ τοῦ θνητοειδοῦς σώματος. Lege θηριωδοῦς, aut θηριοειδοῦς, & verte: *Philosophia est vitæ humanæ purgatio & perfectio; purgatio quidem à motibus ratione destitutis, quæ oriuntur à materia, & corpore feris simili.* Sic præstat, quàm θνητοειδοῦς, ut habent nonnulli Codices, quos sequutus est vir eruditissimus *Pet. Needhamius*, nam corpus non est θνητοειδὲς, sed reverâ θνητόν.

CAPUT IX.

Maximi Tyrii loca explicata & emendata.

1. *Quid sit* Δίκη ἀφανής, *Diss.* II. 2. *Quid* τὴν ὀρχὴν σεμνόν, *Diss.* V. 3. Μακεδονικὴ μίτρα *emendatum*, *Diss.* X. 4. Ἁγνεία *Carneadi tributa pro* ἀγνοίᾳ, *Diss.* XIX.

I. NEMO est, qui Græcâ Linguâ delectetur, Philosophicásque Dissertationes libenter legat; cui *Maximus Tyrius*, cùm ob inventionem, delectúmque rerum, tum ob stylum rotundum & elegantem summopere non placeat. Rem uti-

utilem & jucundam omnibus fecit non ita pridem vir doctissimus *Joan. Davisius*, cùm eum Scriptorem, additis eruditis suis notis, recudi Cantabrigiæ curavit. Hinc mihi natâ occasione denuò legendi elegantissimi Scriptoris, paucula quædam loca animadverti, quæ illustratione, aut emendatione indigere, & quibus à me sua perspicuitas, aut sanitas reddi posse videbatur; de quibus hîc paucis agam.

Dissertatione II. in qua Philosophus quærit εἰ τὸν ἀδικήσαντα ἀνταδικητέον, egregiè ostendit injuriam ipsam iis, qui eam inferunt, maximum esse malum; exemplo Lacedæmoniorum & Atheniensium, qui dum æmuli imperii occasiones omnes captant sibi invicem nocendi, sibi ipsi gravissimas calamitates contraxerunt, quas memorat, tum exclamat: Ὦ δίκης ἀφανοῦς καὶ πλανωμένης, in quibus verbis *Dan. Heinsius*, malebat legi τύχης, cùm verterit: *ô occultam, instabilémque Fortunæ potentiam!* Rectè vidit *Davisius* mutandum nihil esse in vulgata lectione. Loquitur *Maximus* de Dea quæ Δίκη & Νέμεσις à Poëtis, præsertim ab *Hesiodo*, vocatur, cùm in Theogonia, tum in Operibus & Diebus, ubi inducitur quasi occultè errans inter homines, ut de iis, qui aliis injuriam faciunt, pœnas exigat. Sic *Hesiodus* Operum & Dierum vers. 222. περὶ τῆς Δίκης:

Ἡ δ' ἕπεται κλαίουσα πόλιν τε καὶ ἤθεα λαῶν
Ἠέρα ἑσσαμένη, κακὸν ἀνθρώποισι φέρουσα,
Οἵ τέ μιν ἐξελάσωσι καὶ οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν.

Hæc verò sequitur deflens urbémque & sedes populorum, aëre (aut *caligine*) *induta malum hominibus adferens, qui ipsam expellere, neque rectam sententiam ferre solent.* Quo in loco ἠέρα ἑσσαμένη, perinde est atque ἀφανὴς, ut in superioribus verbis Δίκης ῥόθος ἑλκομένης ᾗ κ' ἄνδρες ἄγωσι eam πλανωμένην significat. Vide

&

& vſ. 256. & *Ammianum Marcellinum* Lib. XIV. c. 11.

II. DISSERTATIONE V. p. 54. ubi probat πρακτικὸν βίον eſſe ἀμείνονα τοῦ θεωρητικοῦ, ita loquitur Philoſophus: τί γὰρ καὶ τὴν ἀρχὴν σεμνὸν τὸ τἀληθῆ εἰδέναι καὶ τεταμιεῦσθαι ἐν τῇ ψυχῇ θησαυρὸν ἄγονον καὶ ἀργὸν, καὶ ἄκαρπον, μηδὲν αὑτοῦ (ſic lege non αὐτοῦ) ὀνήσασθαι μέλλοντα, μηδὲ ὠφελήσειν ἑτέρους ; Quæ ſic vertit *Dan. Heinſius: Præterea non poſſum videre quid omnino minùs cum gloria ac dignitate ſit conjunctum, quàm ut veritatem aliquis cognoſcat, ſterilémque in animo ſuo theſaurum, inertem atque infecundum colligat, qui neque ipſi, nec alii cuiquam prodeſſe poſſit.* Sententia quidem hæc eſt verborum *Maximi*, ſed non intelligo cur paraphraſi, potiùs quàm ſimpliciore tranſlatione, uti maluerit. Sic igitur verterim : *quid eſt ullâ ratione honeſtum, ſi cognoveris quæ vera ſint, recondideris verò in animo theſaurum ſterilem, & otioſum & ſine fructu, qui neque tibi ipſi proderit, neque alium juvabit?* Optimè quidem ſenſit vim loquutionis τὴν ἀρχὴν, in qua paſſim *Marſilius Ficinus* in verſione *Platonis* ceſpitavit, ſed τὴν ἀρχὴν σεμνὸν incommodè vertit *Heinſius* additâ negatione, *quid omnino minùs cum gloria & dignitate conjunctum.* Videtur ea loquutio inde nata, quòd res quæpiam nullo modo ſit, cujus ne *initium* quidem eſt. Sic nihil σεμνὸν eſſe poteſt, cui ne ἀρχὴ quidem σεμνότητος inſit. Quod ſi obſervaſſent viri, ceteroquin eruditi, tam ſæpe in eo loquendi genere vertendo lapſi non eſſent. Vide Interpretes ad Joan. VIII, 25.

III. DE Xerxe, qui amore Artayntæ, filii uxoris, non Ameſtris, ut memoriâ lapſus habet, captus erat, ſic loquitur *Maximus* Diſſert. X. p. 111. Οὕτω καὶ Ξέρξην τὸν μέγαν ἐκεῖνον τὸν ἐν Σαλαμῖνι, καὶ Πλατειαῖς τοῖς Ἕλλησι παραταξάμενον, τοσούτων σωμάτων θεατὴν καὶ δεσπότην γενόμενον, οὐκ ἐπηγάγετο εἰς ἔρω-

τα

ἡ οὐκ Ἰνδικὴ κόρη ὑψηλὴ, οὐδὲ Μηδικὴ τιαροφόρος, οὐδὲ Μαρδονικὴ μιτροφόρος, οὐδὲ Καρικὴ ὡπλισμένη, οὐδὲ Λυδία ᾄδουσα, οὐκ Ἰωνικὴ, οὐκ Ἑλλησποντία, ἀλλ' ἐπὶ Ἄμηστριν ἧξε τὴν τοῦ παιδὸς γαμετήν. *Sic etiam magnum illum Xerxem, qui ad Salamina, Platæasque cum Græcis congressus est, qui tot corporum spectator erat & dominus, non perduxit in amorem sui Indica puella procera, nec Medica tiaram gestans, nec Mardonica mitrâ ornata, nec Carica armata, nec Lydia canens, non Ionica denique ulla, aut Hellespontia; sed (amor) ad Amestrin, filii conjugem duxit.* Fateor me nescire quæ sit Μαρδονικὴ μιτροφόρος, nam fuerunt quidem *Mardi* populi, inter eos, qui Xerxi parebant, sed *Mardones* nulli; nec de Mardis scriptum memini fuisse μιτροφόρους. Itaque Μυγδονικὴ legendum esse crediderim, nam Mygdones Asiæ minoris populi, ad Olympum montem, pars, aut vicini Phrygum, ut docent *Strabo*, *Plinius*, aliique, erant, sicut gentes finitimæ μιτροφόροι. *Virgilius* Æneid. IV, 216. describit Æneam

> *Mæonia mentum mitra, crinemque madentem*
> *Subnixum.*

Ad quem locum vide Interpretes.

IV. MAXIMUS Dissertationem XIX. sic claudit: φιλοσοφία πολλοὺς καὶ αὕτη δήμους ποιεῖ, καὶ νομοθέτας μυρίους διασπᾷ καὶ διασκίδνησι τὴν ἀγέλην, καὶ πέμπει ἄλλον ἀλλαχοῦ, Πυθαγόραν μὲν ἐπὶ μουσικὴν, Θαλῆν δὲ ἐπὶ ἀστρονομίαν, Ἡράκλειτον δὲ ἐπὶ ἐρημίαν, Σωκράτην δὲ ἐπὶ ἔρωτας, Καρνεάδην δὲ ἐπὶ ἁγνείαν, Διογένην ἐπὶ πόνους, Ἐπίκουρον ἐφ' ἡδονήν: *Philosophia multos & ipsa populos facit, rem in multos legislatores distrahit, dissipat gregem & aliò alium mittit; Pythagoram ad Musicam, Thaletem ad Astronomiam, Heraclitum in solitudinem, Socratem ad amores, Carneadem ad castitatem, Diogenem ad labores, Epicurum ad volup-*

ta-

tatem. Quæ singularia tribuit singulis Philosophis, ea illis optimè convenire nemo non videt, exceptâ dote quam peculiarem Carneadis facit; nam ad eum ἀγνείαν pertinere, potiùs quàm ad ullum alium antecedentium, non videmus. Quamobrem legendum conjeceram *Bibliothecæ Selectæ* Tom. XI. p. 309. ἀγνοίαν, *ignorantiam*; quia notum est Carneadem professum esse nihil se certò scire, & totum in eo fuisse ut ostenderet nullam ullius rei certam nobis esse scientiam. Arcesilas, Academiæ novæ conditor, quem Carneades est sequutus, *negabat*, ut docet *Cicero*, Academic. Quæst. Lib. I. c. 12. *esse quidquam quod sciri posset; ne illud quidem, quod Socrates sibi reliquisset;* se hoc ipsum scire, nihil sibi esse notum. *Metrodoro* etiam hoc tribuit *Sextus* in Mathematicos p. 153. ὅς εἶπεν, ὐδὲν ἴσμεν, ὐδ' αὐτὸ τῦτο ἴσμεν, ὅτι ὐδὲν ἴσμεν. Pergit *Cicero* de Arcesila sic verba facere: *Sic omnia latere censebat in occulto, neque esse quidquam, quod cerni aut intelligi possit; quibus de causis, nihil oportere neque profiteri, neque adfirmare quemquam, neque adsensione adprobare.—— Huic rationi quod erat consentaneum faciebat, ut contra omnium sententias, dies jam plerósque deduceret; ut, cùm in eadem re paria, contrariis in partibus, momenta rationum invenirentur, faciliùs ab utraque parte adsertio sustineretur.* Hæc omnia rectà deducunt ad ἀγνοίαν, quam *ignorantiam*, aut *inscientiam*, si ita videtur, dicere possis; quæ fuit Academiæ, atque adeò Carneadi peculiaris.

Cùm hanc meam conjecturam dudum aperuissem, in *Bibliotheca Selecta*, accepi litteras à doctissimo Jurisconsulto *Henr. Brencmanno;* qui cùm maximè Florentiæ est, ut Pandectas illas Florentinas cum editis conferat, unde non exiguum emolumentum ad antiquæ Jurisprudentiæ amantes redundabit; in illo ipso exemplari, quod *Janus Lascaris*, dono dederat *Laurentio Mediceo*, atque ex quo omnes editiones manarunt,

runt, clarè legi ἄγνοιαν. Hoc eum monuit vir longè doctissimus *Anton. Maria Salvinus*, publicus Litterarum Græcarum Florentiæ Professor, qui in collatione Pandectarum sociam operam ei, Magni Etruriæ Ducis jussu, navat. Quamvis non sit res difficilis intellectu, aut magni per se momenti, lætatus sum, fateor, conjecturam hanc meam membranis consentaneam fuisse.

CAPUT X.

Aristotelis locus emendatur ac illustratur.

1. *Proponitur locus* Aristotelis, *de quinque exercitationum generibus, cujus corruptio ostenditur.* 2. *Qui possit emendari aperitur, ex Epigr. ultimo Lib.* I. c. I. *Anthologiæ.* 3. *Quid sit Pancratiastes, apud* Aristotelem & *alios.* 4. *Quid Quinquertio, apud* Aristotelem *&* Platonem, *cujus locus emendatur.*

EX quo cœpit Aristotelica Philosophia vilescere, quod ei sanè merito suo contigit, quia tyrannidem in animos planè usurparat & se docere profitebatur quod minimè probabat; cœpit simul *Aristotelis* Scriptorum lectio sperni ac negligi. Nec Philosophiæ addicti ampliùs ea evolvunt, quòd meliora in Recentiorum Scriptis invenire se posse putent; nec Philologi ac Grammatici in ea oculos conjiciunt, quòd sint obscuriora & difficiliora, quàm ut facilè intelligi queant; cùm propter ipsum argumentum, quod est supra plerorúmque Grammaticorum captum, tum propter dictionis obscuritatem, quæ profectò minimè est laudanda. Labor, nam fatendum est verum, ingratus est, cùm & per se magnus est, nec utilitatis ex eo capiendæ spes ulla satis certa est; quid enim,

enim, in hac vitæ brevitate ſtudiorúmque immenſa varietate, adtinet ad alienam mentem intelligendam diu, multúmque ſudare, ut, cùm intellexeris, te æquè ac antea à Veritatis cognitione remotum eſſe ſæpiſſimè ſcias? Attamen eos, qui hunc laborem ſuſcipere volent ac poterunt, minimè operæ navatæ pœnitebit, ſi antiquioris Sapientiæ cognitionem ſibi comparare aveant; aut verò etiam, ſi Linguæ tantùm Græcæ, & Antiquitatis notitiam ſibi adquirere ſtudeant. Si à ſubacti judicii viris legatur *Ariſtoteles*, cognoſcendæ veteris Sapientiæ causâ, multa hinc haurient, quæ minimè ſpernenda eſſe videbunt; nec operam ludent Philologi, qui Vetuſtatis peritiam adipiſci cupiunt. De priore hîc non agam, & poſterioris exemplum protuli harum *Silvarum* Cap. I, 11.

I. ALTERUM tamen nunc addam, ex Rhet. Lib. I. c. 5. ubi de quinque exercitiorum generibus: Ὁ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥιπτεῖν πῶς καὶ κινεῖν ταχὺ καὶ πόῤῥω, δρομικός· ὁ δὲ θλίβειν καὶ κατέχειν, παλαιστικός· ὁ δὲ ὦσαι τῇ πληγῇ, πυκτικός· ὁ δ' ἀμφοτέροις τούτοις, παγκρατιαστικός· ὁ δὲ πᾶσι πένταθλος: *qui poteſt crura projicere quodam modo, & velociter & longè movere curſor eſt; qui verò ſtringere & tenere, luctator; qui pellere ictu, pugil; qui ambobus hiſce, pancratiaſtes; qui omnibus quinquertio.* Cùm πένταθλος dicatur, qui πέντε ἄθλοις victor eſt, ſatis liquet debuiſſe antecedere quinque certaminum genera; ſed quatuor tantùm memorat *Ariſtoteles*, unde patet locum in mendo jacere.

II. QUÆRENDUM verò quodnam ſit omiſſum; nec aliud certaminis genus hîc memorari potuit, præter ſaltum, ut patet ex ultimo Epigrammate Cap. I. Lib. I. Anthologiæ, in quo quinque certamina ſic recenſentur:

> Ἴσθμια καὶ Πυθοῖ Διοφῶν ὁ Φίλωνος ἐνίκα,
> Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Interprete *Grotio:*

> *Victorem Delphis Diophonta Philonis & Isthmo*
> *Discus habet, saltus, lucta, pedes, jaculum.*

Fateor quidem hîc memorari *discum* & *jaculum*, quorum non meminit *Aristoteles*; sed ea hîc non spectari ideò puto, quòd non tam vi brachiorum opus esset, quàm dexteritate quadam, ad discum & jaculum procul mittendum, agat verò hîc Philosophus de viribus corporis. Itaque crediderim ab eo scriptum: ὁ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥιπτεῖν πῶς ἄνω ἁλτικὸς, ὁ δὲ κινεῖν ταχὺ καὶ πόῤῥω δρομικὸς, aut simili quopiam modo.

III. PANCRATIASTEN eum dictum, qui totis viribus ad victoriam niteretur, ipsa vocis origo ostendit, ad quam nec rarò adlusere Veteres, ut *Plato* in Euthydemo p. 215. ubi Socratem inducit de Euthydemo & Dionysodoro Sophistis, qui antea Pancratiastæ fuerant, dicentem: ἔγωγε οὐδ' ᾔδειν πρότερον ὅτι εἶεν οἱ παγκρατιασταί. τούτω γὰρ ἐστον κομιδῆ παμμάχω, οὐ κατὰ τὼ Ἀκαρνᾶνε, τὼ παγκρατιαστὰ ἀδέλφω. ἐκείνω μὲν γὰρ τῷ σώματι μόνον οἵω τε μάχεσθαι. τούτω δὲ πρῶτον μὲν τῷ σώματι δεινοτάτω ἐστον καὶ μάχῃ ἣ πάντων ἐστὶ κρατεῖν: *priùs nesciebam eos fuisse Pancratiastas, sunt enim hi duo profectò ad omne certaminum genus parati, non ut Acarnanes duo fratres Pancratiastæ; illi enim solo corpore poterant pugnare, hi verò corpore primùm erant acerrimi, & sunt eo pugnæ genere quo omnia possunt superare.* Nihil addam hîc de Pancratiastis, at adcuratè de iis egere doctissimi viri *Joan. Brodæus* ad Epigramma adlatum, & præsertim *Pet. Faber* in

Agonisticôn Lib. I. cap. 9, 11, 10. & alibi. Hoc unum obſervabo, *Ariſtotelem* hîc propriè Pancratiaſtæ tribuere brachiorum vires, quibus cùm conſtringere complexu, tum etiam propellere ictu adverſarios poſſet. At Suidas παγκρατιασαῖς interpretatur τοῖς χερσὶ καὶ ποσὶ πυκτομαχοῦσι, minùs, ut puto adcuratè; nam luctatores utebantur quidem pedibus, quibus antagoniſtas ſupplantarent, & ad terram adfligerent, ſed Pancratiaſtæ ὀρθοστάδην pugnabant; ut ex *Lnciano*, in Dialogo de Gymnaſiis, docuerunt memorati à me eruditiſſimi viri, quos vide.

IV. Ad quinquertiones quod adtinet, ſic poterunt dici, ex ſententia *Ariſtotelis*, qui curſu, ſaltu, luctâ, pugilatu, & pancratio; vel qui curſu, ſaltu, luctâ, diſco & jaculo ſuperiores erant, ſi Epigramma ſequamur; utrobique enim ſunt *quinque certamina*, πέντε ἆθλα. *Plato* etiam in Amatoribus p. 6. ita loquitur, ut innuat potuiſſe πεντάθλους vocari eos, qui curſoribus inferiores eſſent, quibus addit quoque *peltaſtas* : δοκεῖς γάρ μοι λέγειν οἷον ἐν τῇ ἀγωνίᾳ εἰσὶν οἱ πένταθλοι πρὸς τοὺς δρομέας, ἢ τοὺς πελτασὰς, καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τούτων μὲν λείπονται κατὰ τὰ τούτων ἆθλα, καὶ δεύτεροι εἰσὶ πρὸς τούτους, τῶν δὲ ἄλλων ἀθλητῶν πρῶτοι καὶ νικῶσιν αὐτούς. Quæ verba ſic vertit *Marſil. Ficinus* : *videris enim mihi talem dicere, quales in certamine ſunt pentathli curſoribus, vel jaculatoribus collati. Etenim illi curſoribus, vel peltaſtis, in eorum certaminibus, inferiores ſunt, ſecundúmque locum tenent, reliquorum verò athletarum primi atque victores.* Videtur vir doctiſſimus crediſſe *peltaſtas* eſſe aliquando *jaculatores*; nec negandum milites, qui peltâ inſtructi erunt, jacula etiam habuiſſe; ſed in exercitibus erant, non in ludis. Itaque legendum omnino hic videtur πα-

λαι-

λαισᾶς non πελτασᾶς, poterant enim esse πένταθλοι, qui vincerent disco, jaculo, saltu, pugilatu, & pancratio, licèt cursu & luctâ non certassent. Non fuere semper eadem certamina, aut par eorum numerus. Vide quæ de Pentathlis habet *Pet. Faber* Agon. Lib. I. c. 30, 31 & 32.

FINIS.



INDEX I.

Scriptorum, qui illustrantur aut emendantur, in notis ad Æschinem & *in* Silvis.

INDEX II.

Rerum & loquutionum insigniorum, quæ in Æschine, notisque ac Silvis leguntur.

INDEX III.

Vocum & loquutionum insigniorum Græcæ Linguæ, quæ apud Æschinem *occurrunt, aut explicantur in* Notis & *in* Silvis.

B

Γ

Δ

Δίκη

FINIS.